Digitized by Google

XV
E.
28.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
E
28
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. F.

FRANCISCI MARIAE SAMVELLI,

PRÆDICATORVM ORDINIS,

CLVSINI PATRITII, AC NOBILIS SENENSIS:

PRAXIS

Noua obſeruanda, in Eccleſiaſticis Sepulturis, Chriſti Fidelibus Catholicis tradendis;

DISPVTATIONVM CONTROVERSIÆ

Plauſibiles ſanè, ac ſummopere ſcitu dignæ, & deſiderabiles: Cum ſuo præuio Apparatu In duos Tractatus diuiſæ.

In primo namque de his, qui liberè, ac Canonicè ſepulturam deligere valeant, diſſeritur:

In ſecundo verò, quibus perſonis de iure Canonico eſt totalitèr Sepultura Eccleſiaſtica interdicta, diſputatur.

Romanorum Summorum Pontificum Bullis, diuerſarum Congregationum Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, Authenticis Declarationibus, nec non etiam Sacræ Romanæ Rotæ Deciſionibus Allatis, vnà cum DD. Allegationibus perornatæ ſunt.

Non modica quipppe eruditione varia conſertæ, vtiles, ac neceſſariæ locorum Ordinarijs, Prælatis Regularibus, Parochis, Sacriſtis, Confeſſarijs, præſertim Monialium, Aduocatis, Procuratoribus, Doctoribuſque, pro quotidiana Praxi, ad continuas lites ſedandas, exiſtunt.

Duobus Indicibus Diſputationum, ac Controuerſiarum, vno Materierum altero locupletatæ.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

TAVRINI, M DC.LXXVIII.

SVMPTIBVS IOSEPHI VERNONIS. IN SIGNO IESV.

DE CONSENSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIONES.

EX *Commiſſione Reuerendiſs. Patris Magiſtri Vicarij Generalis totius Ordinis Prædicatorum, Fratris Dominici de Marinis; perlegi hunc Librum, cuius titulus eſt:* Tractatus de Sepulturis.

Auctore Admodum Reuerendo Patre, Fratre Franciſco Maria de Samuellis: & nihil in eo fidei Catholicæ diſſonum, ſed omnia conſona deprænhendi.

Quàpropter, cum ſit opus valdè vtile, doctrina Theologica plenum, continens varias, & curioſas difficultates valdè vtiles, & neceſſarias ad praxim exercendam; Ideò dignum iudicaui, vt in omnium vtilitatem typis demandari debeat.

In quorum fidem, manu propria ſubſcripſi in Conuentu Sancti Marci de Florentia, die quinta Octobris, 1647.

Frater Albertus Galli, Sacrę Theologię Magiſter, eiuſdem ordinis Alumnus.

EX *Præſcripto Reuerendiſs. Patris Magiſtri Fratris Dominici de Marinis, totius Ordinis Prædicatorum, Vicarij Generalis:* Tractatum de Sepulturis, *ab Admodum Reuerendo Patre Fratre Franciſco Maria Samuellio, eiuſdem Ordinis conſcriptum; vidi, & perlegi: Quàpropter, cum Doctrina, quæ in eo continetur, neque à fide Catholica, nec à ſanis moribus abhorreat, dignum cenſeo, quod typis mandetur. Senis in Conuentu Sancti Spiritus, die 3. Nouembris. 1647. Frater Petrus Burgheſius, Sacræ Theologiæ Lector, & Prior Conuentus Sancti Spiritus de Senis.*

Facultas edendi.

NOs *Frater Dominicus de Marinis Sacræ Theologiæ Magiſter, ac totius Ordinis Prædicatorum, Vicarius Generalis.*

Cùm Nobis expoſcas vt Tibi licitum ſit, elaboratum opus de Sepulturis *ad publicam vtilitatem in lucem edere; Tenore præſentium, noſtriq; Authoritate officij, Tibi Reuerendo Patri Fratri Franciſco Mariæ de Samuellis, Prouinciæ noſtræ Romanæ, hanc facultatem, quantum in Nobis eſt; Concedimus, præmiſſa Recognitione, & Approbatione Admodum RR. PP. Fratris Alberti Galli Magiſtri, & Fratris Petri Burgheſij Lectoris, ac Prioris Conuentus noſtri Sancti Spiritus de Senis, quibus hanc curam demandauimus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, die 14. Decemb. 1647.*

Google

FRANCISCI MARACCI.

In ſtemma Palmis, ac Lilijs implexum, quod à Typographo calce Libri pro coronamento poſitum, in Operis tamen fatum, Authoriſque laudem optimè collineat.

EPIGRAMMA

Ad Lectorem.

AN caſus, non cauſa fuit, quod lilia palmis
Miſta coronarent, candide Lector, Opus?
Cauſa fuit, nam præla inter ſua prælia vicit.
Inuidiamq; Hominum, Tartareumq; genus.
Vicit iò Virtus. Auctoris tempora ſacrum
Stemma decet, pectus lilia, palma manum.

Eiuſdem. Epigramma

IN AVTHORIS LAVDEM.

PRo Tumulis eſſent lites Maneſq; quietos
Nemo præterea, buſtauè Sacra cias.
Decidit lites doctè Samuellius omnes
Et quid iura velint, quid remaneq; docet.

Eiuſdem. In Inuidiam,

AC AVTHORIS LAVDEM.

RVmpere Tartareo ſubmiſſum limine Monſtrū
Inuidia: & Rabie Te pete cæca tua.
Notior è Tumulis Samuellius ibit in Aſtra,
Tu, nec nota Tibi lurida buſta coles.

Guidonis Vanninij

EPIGRAMMA AD LECTOREM.

QVis quis ades prius hos Lector mirare labores,
Et lege Franciſci, quæ monumenta viaes.
Iure vetuſtatis ſacros hinc collige flores,
Mortis, & horribilis, ſic memor eſſe velis?
Si Tibi ſcripta placent Doctorum, ſcriptaq; ſacra,
Hæc vtrumque tibi pagina docta parit.
Non claudit Cluſinus opes, ſed ſp[illegible]e miniſtrat.
Et dices Superum quas tibi ſun tis opes;
Hinc abeat tinctus vultum ferrug ne Liuor,
Hæc ſunt æterna ſcripta linenda Cedro.

SONETTO.

Di Fra Gio. Battiſta Calamai.

O Genti, ò Voi, che con eterni inchioſtri,
Glorie ſcriuendo altrui, honor bramate;
Et à Sepolchri guerra, e à gli anni fate;
Per viuere Immortali à i tempi noſtri.
Se fu viſto nel Mondo, ò, pur ne i Chioſtri
Miracol' così grande, ò, in altra etate,
Di tal'opra, e sì bella, omai cercate;
Che memoria in Volumi à noi ſi moſtri.
Per lo ſtupor di quella in viui eſſempi,
Seran ſue carte, Altari, e ſeran ſuoi
Come de' Numi, Simolacri, e Tempi.
Seran future Genti inuidi à noi,
Che ſiate, ò, Samuelli, à i noſtri tempi,
Per viuer Voi nell' opre, e l'opre in Voi.

DEL MEDESIMO

IL Core, ò, Samuelli hai ſempre affiſo;
Doue gloria t'inuita à ſuoi ſplendori:
Segui l'orme de' Saui, e de' migliori,
Per andarne dal Volgo à pien diuiſo.
Mà chi vago è di gloria, hoggi è deriſo,
Per l'eſempio di molti e di peggiori:
Ciaſcuno in queſta età ſolo à Teſori:
Come al Sommo de' beni hà il penſier fiſo.
Pur con baſſa fortuna hai il cor ſublime:
Frà i primi nel valor trapaſſi il ſegno;
T' alza virtù, ſe reo deſtin ti opprime.
Se nulla all'opre di sì raro ingegno
Non haueſti, d'honor calchi le cime,
Nulla poſſiedi, & hai nell' Alma vn Regno.

VBi Vates in fine ſuorum verſuum ad D. Caſarij dictum alluſit, dicentis ad rem. Valdè dura, & nimium dolenda conditio eſt, omni intentioni ſtudium corpori impendere, & fructum non recipere poſt laborem.

Hic-

Digitized by Google

Hieronymi Bindi Sergardi, in Authoris laudem.

E L O G I V M.

SCriptorum optimo Patri Franciſco Mariæ Samuellio
Per quem mortuis aſſignantur ſedes æternaq; tranquillitas;
Tumulorum iura, quæ iam fregerat Pythoniſſa Sauli
Reſtituere, ſcribendo, Samuel, par erat.
Alter Violatus è Tumulis, hic de tumulis coronatus loquitur;
Scriptori veſtro tàm benè merito, quale præmium dabitis Manes?
Amori quale, luſtranti apud Elyſias myrtos
...... Heroidas dediſſe fertur.
Siliceruiat igitur tuo ſuperſtes ſilicernio.
Dapes hæ tuæ ſunt, ò Samuel, gloriæ
Quarum dum æſtuas ſiti, tuis propinas labijs vndas Pireneas
Quarum dum laſciuis in fontibus
Tua ſcribunt fata,
Et immortalitatis auguria ſumunt Elarides aues
Vel Thebanæ,
Quæ dum te non intelligunt, ſis illis, aut tibi omen.
Loculorum genij ſerpentes, æternitatis tuæ, ac prudentiæ
Hyerogliphica ſunt,
Tibi laurus cupreſſus, eſt Ambroſia lethe.
Hinc cum Amphione ſacer Vates
Fata cumules tam præclaro veſtigio,
Vltimos gloriæ tangas ſinus, dum Angitia melius loqueris;
Quò Corinthi iter aggreſſus eſt Achori patruelis
Sic gradiens aſpera Pindi culmina eò molleſcas honore
Quo patrias arenas Egilius
Tequè ſuo Filio Aidono ad Aidoneum ducat.
Hæc tuis præclaris vigilijs augurari fas eſt.
Ac talia eſt precatus præclariſſimo Authori
Obſcurus famulus, ſed non incerto amore deditiſſimus
Qui talibus animi ſenſibus ſuam ingenuitatem
Aperuit.

AVCTOR
BENEVOLO LECTORI.

EN tandem, Beneuole Lector, Praxim hanc nouam noſtram obſeruandam in Fidelibus Ieſu Chriſti Catholicis, Sepulturis Eccleſiaſticis tradendis, quandò Deo placitum fuit, in lucem dedimus in totius Reipublicæ Chriſtianæ Catholicæ vtilitatem; quam ſanè ex Scriptoribus, Nemo hactenus tali methodo, Stylo, Ordine, atq; materijs nouis varjis, vtilibus maximè, ac per neceſſarijs, ſub prælo miſit. hoc prorſus opus, quale, quale exiſtat, typis planè depromendum erat, anno Domini 1646. & vt vulgò dicitur, poſt nubila, Phœbus, Dei auxilio, ortus eſt, atq; toti Mundo ad illius vtilitatem, commodum, ac profectum, eſt promulgatum, velint, nolint non nulli, ipſis omninò inuitis. quod proinde haud ingratum, niſi me, mea fallant legentibus, futurum erit cum non pauca nouitate, varietate pulcherrima, cum non modica etiam eruditione, hucuſq; planè in eo neceſſaria reperiantur: qua de cauſa, mihi detrahentium linguas,& maledicentium inuidiam, minimè gentium à ſcribendo deterruiſſe, quæ in illo habentur neceſſaria,& vtilia, quo ad praxim in tota Chriſtiana Catholica Reblica. Etenim nec veteres Scriptores, eorum ęmuli, ac inuidi à ſcribendo nullatenùs deterruere, *D. Hieronymo Teſte, in præmio in epiſt. ad Epheſios Paulæ*, & Euſtochio exarante ſic. *Humquid, aut Tertullianus B. Martyrem Cyprianum, aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hyllarium deterruit à ſcribendo? Taceo de cæteris minutalibus, qui mecum in libris ſuis garriunt; niſi & parua fuerint, magna eminere non poſſunt. Primum non dicitur, niſi ſecundum ſequatur, & tertium, ad ſumma non ſcandimus niſi per ima gradiamur.* ille.

Fateor, benigne Lector, verum proinde eſſe, quod idem *Hieronymus*, *tom. 1. epiſt. 2.* ſcribens Nepotiano, ait. *Libros edere, eſt confodientium linguis ſe prodere, atq; omnium maledicorum tela ſe torquere*. quid ad Nos? eorum maledicentiam contemnimus, ac flocifacimus. valeant hi, & qui diſſidium volunt; figant ipſi ſtylum, vt dicitur, tria, ſcilicet verba coniugant; paululùm ſudent, ſemetipſos experiantur, & ità ex labore proprio diſcant laborantibus in Domini vinea Sabaoth ignoſcere. Recordentur hi; ventum aquilonarem nubes diſſipare, ac vultum triſtem detrahentium linguas: & ſi ſagit-

ſi ſagitta mittatur contra duram materiam, nonnumquam reuertitur, ac vulnerantem vulnerat, & illi completur. Audiant me Detractores, ac Inuidi huiuſmodi liberè proclamantem. Nemo cogitur legere, quod non vult: ego petentibus hanc de Sepulturis Eccleſiaſticis praxim compoſui, non faſtidioſis, gratis, non inuidis, ſtudioſis, ac non oſcitantibus. ſi beneuole Lector, Accuſatorem audis, ſiſte; me Supplicem, quàm vindicem eſſe volo. nam vel ille aliquid ediderit, & pœnam taglionis non depoſco; vel nihil, & ego eum non contemno. quò enim væhementius arguar, eò modeſtius de me ſentiam. Nos eſſe in mala tempora lapſos, nulli eſt dubium. verùm, nihil tàm facile eſt, quàm otioſum, & dormientem, Inuidum, ac æmulum de alterius labore diſputare: quiq; bona cum imitari non valeant, quod ſolum facere queunt, inuident, & in eo ſe doctos, & eruditos arbitrantur ſi de alijs detrahant.. de quibus ratiocinans *Euſebius Enniſſenus, in homil. exiens Ieſus, &c. adducunt ei ſurdum, & mutum, &c.* inquit. *Si videas hominem mendacem, litigoſum, maledicum, malè loquentem, malè ſuadentem, & vaniloquijs vacantem, dic illius linguam non eſſe baptizatam.* ille.

In præſentia autem placet Typographos admonere, ne cum ad eorum hanc noſtram praxim nouam de Sepulturis manus peruenerit, ſitim habeant illam denuò edendi abſque Authoris ſcientia; quia ſi aliqua addere occurrere ne in vanum, & abſque fructu diem, & operam perdant, & laborent, &c. ſapienti pauca. ſin autem, benigne Lector, errores aliquos inueneris, corrige humanitate tua, ac ſapientia; quia in operum impreſſione, Argi oculos cicutire compertum eſt; proinde ne maledicito, ſed æqui, ac boni conſulito. Nec tibi ingratum fortaſſe erit Authoris infra, Elenchum poſitum, cæterorum operum, quæ in promptu habet, mittenda prælo; Deum proinde ora, vt quàm primùm præſtet in lucem, ac prolixorem vitam ſanam condonet ei. Vale.

AVTHO-

A V T H O R I S

Omnium Operum, quæ in promptu ſunt, committenda prælo; Elenchus.

1. *Praxis noua obſeruanda in Chriſti fidelibus Sepulturis tradendis.* *tom.* 1. *in fol.*

2. *Apologetica Diſputatio Selecta de Vnico D. Petri Primatu, ac ſucceſſorum eius Romanorum Summorum Pontificum.* *tom.* 1. *in fol.*

3. *Addictiones copioſæ ad Tractatus de Canonica electione, Venetijs.* 1644. *editos, diſputationum Controuerſiæ.* *tom.* 1. *in fol.*

4. *Diſputationum Controuerſiæ de Regularibus, & Monialibus cum triginta Controuerſijs de Munerum Largitione.* *tom.* 1. *in fol.*

5. *Diſputationum Controuerſiæ, de Regularium priuilegijs tàm in corpore Iuris, quàm extrà illud exiſtentibus, à Romanis Summis Præſulibus emanatis, atque eis præſtitis in ſeptem Eccleſijs Sacramenta.* *tom.* 3. *in fol.*

6. *Diſputationum Controuerſiæ de pace in ſcriptis præſtanda Inimico veniam petenti.* *tom.* 1. *in fol.*

7. *Viridarium elegans; Plauſibile, deſiderabile, & vtile rerum nouarum Selectarum, omnibus ſtudioſis, Prædicatoribus, Accademicis, & ſimilibus Virtuoſis deſeruiens.* *tom.* 1. *in fol.*

Et Opera alia ab Authore exaranda, & conficienda, ſi Deus benedictus vitam ei incolumen prolixorem ſua benignitate præſtiterit.

Ad Impreſſores Admonitio.

Quæſo omninò Typographi caueant, nè hanc noſtram praxim de Sepulturis nouam in lucem denuò mittant, abſque Authoris ſcientia; quia ſi aliqua addere occurrat, ne diem, ac operam perdant, & in vanum laborent, &c.

APPA-

Digitized by Google

APPARATVS
SEPVLCHRALIS
IN PLVRA DIVISVS PRÆLVDIA.
PRÆLVDIVM PRIMVM.

VT clarè, ac facilè methodo quadam procedamus in hoc
1 opere noſtro per quàm vtili, & neceſſario de Sepulturis tradendis omnibus Chriſti Fidelibus ſub Romani Pontificis obedientia Videntibus; in præſentia placet, benignum Lectorem admonere, nos priuilegia in eo adducentes ſumpſiſſe ex Tomo priuilegiorum Ordinis Fratrum Prædicatorum, cuius eſt Titulus huiuſmodi.

Priuilegia per compl ures Summos Pontifices Ordini Fratrum Prædicatorum conceſſa, & communicata, non quidem omnia; ſed tantùm ea, quæ ex Archetypis, aut eorum Authenticis tranſumptis haberi potuerunt Iuſſu, Impenſis, & opera Reuerendiſſimi Patris Fratris Stephani Vſus maris Genuenſis tranſumpta, & impreſſa, & per R. F. D Auditorem Apoſtolicæ Cameræ Authenticata.

Ac proindè illa allegantes nos intelligat beneuolus Lector minimè procedere voluntariè, ſed ratione, & authoritate ipſorum, quatenus ſunt in viridi adhùc obſeruantia, & vigore, & authentica exiſtunt, & quibus omnes cæteri Religioſi vti valeant per communicationem priuilegiorum licitè, legitimè, ac validè vſque modo.

Præludium II.

Regularium namq; priuilegia per 2
non vſum, ſeu contrarium, vſum, aut per præſcriptionem minimè ſanè tolluntur. Hoc aſſerimus, & hic hanc propoſitionem ponimus ob multorum Eccleſiaſticorum neſcientiam circà Regularium priuilegia, quæ inuidi, & male ipſorum affecti deſtruere totaliter vellent; at velint, nolint, hactenus in ſua efficacia permanent, & Dei auxilio permanebunt in viridi obſeruantia.

Huius autem noſtræ propoſitionis
ratio ſubſtantialis, & adæquata eſt, 3
quoniam Regulares, neq; illis renunciare, neq; per contrarios actus valent eis præiudicium inferre penes ea, quæ *à Panormitano notantur in cap. acceſſiſſet de conſtitut.* in fine, vbi inquit, *quod*

Digitized by Google

quandò vnus vtitur, & non alter priuilegio amborum Vniuerſitati conceſſo, tunc non vtens, vtenti non præiudicat.

4 Quod confirmatur ex Indulto Apoſtolico Eugenij IIII. cuius bulla incipit: *Etſi quaslibet perſonas, & eſt regiſtrata fol. 252. inter priuilegia Ord. Prædicator. facta benedictinis; cuius verba hæc ſunt. Adijcientes etiam, quod, ſi quandoq; contigerit per aliquem, aut plures actus contrà huiuſmodi, aut quæcumq; alia decreta, priuilegia, Indulta, gratias, immunitates, &c. Volumus in ſuo vigore, atq; robore permanere, licèt à quouis eorundem Regularium negligenter, ſeu ignoranter, aut ſcienter contra ipſa priuilegia aliquid attentari, quod nullum propter hoc eis præiudicium generatur, & aſſerit Gloſſa in cap. Abbat. de verb. ſignificat. & ibi Butrius, ac Panormit. cum alijs.*

5 Contra Monaſteria, loca, perſonas, & alia bona Religioſorum minimè currit præſcriptio non vſus, & exemptus renuntiare nequit, quandò, videlicet, non ſolum cedit in ſuum fauorem, ſed etiam aliorum; vt habetur *in cap. cum tempore de arbitris. vndè in Conſtitutio. ordin. Prædicat. diſt. 1. cap. 18.* pœna grauioris culpæ imponitur Renuncianti alicui priuilegio, ordini conceſſo abſq; conſenſu totius Capituli generalis; & huiuſmodi Renunciatio facta ſine illo eſt ſtatim nulla, *vt Syluest. Armilla, verb. exemptio, Ioan. de la Crux, lib. 2. cap. 3. dub. 2. concluſ. 5. de priuileg.* omnes Dominicani edocent cum cæteris recitandis Scriptoribus, in tract. de priuilegijs.

6 Quando Romanus Summus Pontifex aliqua priuilegia confirmat cum tali clauſula: *quatenus ſunt in vſu*, id eſt, *quæ ad hùc ſunt in vſu*, per huiuſmodi clauſulam, efficitur quòd, ſi ſint aliqui anni tranſacti pro præſcriptione contra talia priuilegia, incipiant de nouo priuilegia ex inſtanti talis confirmationis, ac ſi de nouo concederentur; & ſic anni tranſacti nil deſeruiunt præſcriptioni; vt docet *Corduba in addict. ad compend. priuilegio. tit. abſolutio quo ad ſæculares 2. verſ. quod dic. §. 15. Ioan. de la Crux concluſ. 6. vbi ſuprà, cum alijs nominandis communiter.*

Pari modo, ſi in confirmatione priuilegior. addatur talis clauſula, *de nouo concedimus*, ſubintelligitur de priuilegijs aliàs non reuocatis, vt *Iulius II. ſua bulla 9.* declarat; niſi alioquin addatur iſta clauſula: *Non obſtantibus reuocationibus Apoſtolicis*. Tunc enim per talem clauſulam viuificantur, & de nouo conceduntur etiam priuilegia reuocata: vt aſſerunt *idem Corduba, Ioan. de la Crux vbi ſuprà, Panor. in cap. cum ſuper de cauſ. poſſ. & propriet. Roſella, tit. abſolutio, 1. §. 122. & 123. Rodriquez, tom. 1. qq. regul. q. 8. art. 2. videant Parochi Sæculares Confeſſium Sæcularem, qui Clementi VIII. ſuam collectam priuilegiorum Mendicant: dedicauit*, vbi accuratè de his, & egregiè pertract. Nam, aliàs dicta clauſula nihil operaretur, cum tamen verba poſita in litteris Apoſtolicis aliquid operari debeant. 7

Nèc hactenus dictis, obſtat conſtitutio Gregorij XIII. qua priuilegia à Pio V. omnibus Regularibus conceſſa, ſua bulla exordiente, *etſi Mendicant: ordin.* reuocantur; quoniam per aliam ſuam poſteriorem conſtitutionem confirmatoriam priuilegiorum, ordin. S. Franciſci ipſemet Gregorius, non ſolum litteris Apoſtolicis contrarijs ſuorum prædeceſſorum, ſed etiam ſuis derogauit, inter quas dicta Conſtitutio reuocatoria edita reperiebatur; ſicut ſub eiuſdem Gregorij Papatu per tunc temporis Cameræ Apoſtolicæ Auditorem D. Hieronymum Matthæum executorem litterarum Apoſtolicarum in vim dictarum litterarum 8

con-

confirmatoriarum ipſa, & Pij V. priuilegia, ad inſtantiam procuratorum ordinum Mendicantium, executioni demandata fuere, in illis dumtaxat partibus, & declarationibus, in quibus nonnulla decretis Trid. concilij contraria, ipſis Regularibus conceſſa videbantur. Nam in cæteris alijs priuilegia eiuſdem Pij V. per dictam, ipſius Gregorij, Fratribus S. Hieronymi Ieſuatorum,& Sixti V. poſteriorem confirmationem, & renouationem, ſunt in priſtinum ſtatum reducta, cum de rogatione pleniſſima, quibuſcumquè cōtrarijs, &c. cuius litteræ præludio quinto referuntur.

9 Ex quibus concluditur, Regulares, omnibus, & ſingulis priuilegijs prędictis, tàm per Breue, quàm viuæ vocis oraculo, ac per ſupplicationem, cum clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat in iudicio, & extrà, etiam in foro conſcientiæ, veluti, vt ſuprà confirmatis, & innouatis, frui, & vti liberè, & licitè poſſint; tradunt *Confectius, fol. 293. & 294. mihi, Rodriquez, Corduba, Ioan. de la Crux in locis citatis, cum alijs dicendis.*

Præludium III.

1 Omnia viuæ vocis oracula ante Pium quintum emanata in fauorem Regularium, tunc ab ipſius Papæ Pij V. tempore vſq; modò, non ſunt amplius oracula, ſed facta ſunt priuilegia bullata ſicut cætera alia Papalia Indulta, & priuilegia.

Primo probatur huiuſmodi propoſi-
2 tio verbis eiuſdem Sanctiſſimi Pij V. in ſua bulla ſupra relata, exordiente, *Etſi Mendicantium ordinis*, in lucem data die 15. Iulij 1567. vbi confirmat omnia priuilegia, & viuæ vocis oracula, ſub ſequentibus clauſulis, & illa facit priuilegia bullata, ſicut cætera Indulta, & priuilegia; ſic ante finem, dicentis ibi.

Ac inſuper, vt facilius, præmiſſa om- 3
nia illibata perſiſtant, omnia, & ſingula priuilegia, Immunitates, Indulgentias, facultates, libertates, Indulta, diſpenſationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Trid. aliàs, quam vt ſuperius eſt dictum, conceſſum, & declaratum non contrariatur expreſsè eiſdem fratribus, nec non monialibus quibuſcumq; & ſororibus tertij ordinis Prædicatorum Ordinum, reſpectiuè ordinibus, ac illorum Eccleſijs domibus, & perſonis, etiam viuæ vocis oraculo, *in genere, vel in ſpecie tàm per reco. me. Eugenium IIII. Sixtum IIII. Leonem X. Paulum III. & dictum Paulum IIII. & Pium etiam IIII. alios quoſcumq; Romanos Pontifices, etiam prædeceſſores noſtros, ac Nos, & ſedem eamdem, quomodolibet conceſſa, confirmata, innouata, nec non noſtras, & prædeceſſorum noſtrorum, ac alias quaſcumq; deſuper confectas litteras, quarum omnium tenores, ac eorumdem prædeceſſorum noſtrorum, nomina, & alia de neceſſitate exprimenda, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ex forma in illis tradita obſeruata inſerta forent etiam præſentibus, prò ſufficienter expreſſas haberi volumus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illiq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruare debere, &c.*

Quid clarius? totam Bullam per extenſum recitat Confectius fol. 243. vbi
Sanctiſſimus Pontifex declarat multa 4
capitula Trid. Concl. in fauorem Regularium, cuius declarationes hactenus à nemine Papa ſunt ablatæ,ſed permanent in ſuo robore, & obſeruantia viridi, & Gregorius XIII. vt infrà demonſtrabimus, non abſtulit, ſed authenticare fecit duas conſtitutiones Pij V. hanc, & aliam, quam condidit in fauorem Regularium, per ſuum Auditorem

Digitized by Google

torem Cameræ Apoſtolicæ, D. Hiero-
nymum Matthæum, cuius litteræ, ſta-
tim recitabuntur.

Secundò probatur verbis bullę Gre-
5 gorij X I I I. relatæ à Laurentio Peyri-
no, tom. 2. Priuilegior. conſtitu. 1. vbi
hæc ad rem habentur, in fauorem ſui
ordinis Minimorum.

*Omnia, & ſingula priuilegia, Immu-
nitates, exemptiones, libertates, prero-
gatiuas, fauores, conſeruationes,* decla-
rationes, *facultates, diſpenſationes, gra-
tias, conceſſiones, Indulgentias, & In-
dulta ſpiritualia, & temporalia, etiam
per modum communicationis, & extenſio-
nis inter ſe, & cum alijs ordinibus mendi-
cantibus, eiſdem Correctori generali, &
Zeloſis, ac alijs fratribus, Eccleſijs, domi-
bus, Conuentibus, & locis eorum quibuſ-
cumq; in genere, & in ſpecie, etiam per
ſolam ſignaturam,* etiam viuæ vocis ora-
culo, *vt præfertur, aut aliàs, tam præfa-
tos, & alios quoſcumq; Romanos Pontifi-
ces prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Se-
dem præfatam quam Imperatores, Reges,
& alios Principes, ſub quacumq; forma,
& expreſſione verborum conceſſa, &c.
quatenus ſint in vſu, & ſacris Canonibus,
& decretis Sacri Concilij Trid. non ad-
uerſentur; approbamus, confirmamus, &
innouamus, perpetuumq; robur, firmita-
tem obtinere, & firmiter obſeruari, &c.*

6 3 Probatur verbis bullæ Sixti V. rela-
tæ à Confectio fac. 221. quę incipit:
Etſi Mendicantium ordines; edita die
3. Octobris 1587. anno 3. ſui Papatus,
vbi confirmat omnia priuilegia, & vi-
uæ vocis oracula, his verbis.

*Etiam ſingularibus perſonis, nec non
Monaſterijs, domibus, & Eccleſijs, &
locis quibuſcumq; in genere, & in ſpecie,
etiam per ſolam ſignaturam,* etiam viuæ
vocis oraculo, *vt præfertur, &c. vbi
eadem verba Pij V. relata, repetuntur.*

*4 Probatur verbis Bullæ Clementis VIII
7 incipientis. Ratio Paſtoralis Officij noſtri,
&c. relata à dicto Confectio, fac. 237. edi-
ta die 20. Decembris, 1597. anno 6. ſui
Pontificatus*; vbi confirmat, & inno-
uat omnia priuilegia fratrum mino-
rum de obſeruantia, & monialium S.
Claræ, & his vtitur verbis.

Etiam per ſolam ſignaturam, etiam
viuæ vocis oraculo, *vt præfertur, &c.*
dicens eadem verba relata prefatorum
Summorum Romanorum Pontificum,
quę breuitatis gratia tranſcribere con-
ſultò omittimus.

5 Probatur verbis bullæ Pauli V. ex- 8
ordienti *Iniuncti Nobis*, 1609. edita in
fauorem patrum Predicatorum, & 1616.
bulla exordiente, *Iniuncti Nobis*, in
fauorem condita Cæleſtinorum, tom.
3. Bullarij, in Paulo V. regiſtrata; vbi
confirmat, & innouat omnia priuile-
gia, & oracula facta à ſuis Anteceſſo-
ribus Romanis Pontificibus, vtens his
verbis.

Etiam per ſolam ſignaturam, & viuæ
vocis oraculo; *aut aliàs quomodolibet
conceſſa ac ſemel, aut pluries confirmata;
cum omnibus, & ſingulis in eis contentis
clauſulis, decretis, & declarationibus,
&c.* igitur manifeſtiſſimè ex his recita-
tis conſtat, *iam viua vocis oracula*, antè
Pium V. Sanctiſſimum conceſſa Regu-
laribus, per relatorum Summorum An-
tiſtitum confirmationem, & renoua-
tionem, non eſſe amplius oracula, ſed
priuilegia de nouo facta bullata, & id-
cò eis vti valent Religioſi vtriuſque
ſexus.

6 Probatur hac ratione adæquata. 9
Nam communis eſt ſententia omnium
Iuriſtarum, quod quando Romani
Summi Pontifices priuilegia confir-
mant cum his clauſulis, & ſimul *viuæ
vocis oracula*, id eſt *ex certa ſcientia mo-
tu proprio, de plenitudine poteſtatis*, & ſi-
milibus; tunc per talem confirmatio-
nem, oracula euadunt, & fiunt priui-
legia bullata, & vim eandem habent,
quam

Digitized by Google

quam priuilegia ipſa. Ergo.

10 7. Quotieſcumq; enim, oracula, & priuilegia de nouo conceduntur, & renouantur cum tali clauſula. *Non obſtantibus reuocationibus Apoſtolicis, &c.* viuificata, & de nouo conceſſa intelliguntur, quæ fuerant reuocata, vt communiter *omnes Doctores de priuilegijs ſcribentes, & de legibus, vt Suarez lib. 6. cap. 19. num. 12. Collector. priuilegior. Mendicant. verb. priuilegia, §. 14. Portellus, p. 2. moral. caſ. 26. num. 7. Peyrinus, Confectius, Ioan. de la Crux, Corduba, Rodriquez, Parnormitanus, & alij dicendi.*

Præludium IIII.

1 Omnia viuæ vocis oracula, conceſſiones, ac Indulta Regularibus præſtita per ſupplicationem S. R. E. Cardinalium, & eorumdem propria manu firmata, nullatenùs ſunt à Gregorio XV. abrogata nec ab Vrbano VIII. ſed in ſuo priſtino ſtatu, & valore adhuc permanent, & in ſua viridi obſeruantia perſeuerant.

2 Conſtat hæc noſtra propoſitio, verbis eiuſdem Gregorij XV. bullæ exordientis, *Romanus Pontifex*, die 2. Iulij 1622. edita, & eſt regiſtrata tom. 4. Bullarij, fol. 132. vbi §. 2. hæc habentur verba. *Firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus Indulgentijs, & alijs conceſſioibus prædictis viuæ vocis oraculo. S. R. E. Cardinalium, ad ipſorum, vel aliorum quorumcumq; fauorem, propria manu. S. R. E. Cardinalium firmatis pro ipſis, vel alijs factis, & de quibus, ijdem S. R. E. Cardinales teſtimonium in ſcriptis præbuerunt.*

3 Bulla verò Vrbani VIII. exordiens: *Conceſſi nobis, &c.* data in lucem die 5. Maij 1629. regiſtrata tom. 4. Bullarij fol. 429. non tractat de oraculis, ſed de quibuſdam clauſulis, quibus in litteris vtebantur non nulli Religioſi ad Indias proficiſcentes, & in fauorem Regularium condita eſt, & nihil ad rem noſtram facit, vt videri eſt in ipſa Bulla.

Conſultò hanc poſuimus propoſitionem in præſentia, vt nonnulli, has duorum Pontificum Bullas neſcientes, nec vnquam legerunt, neq; viderunt, vt ob id falſa loquantur contrà Regularium oracula. 4

Præludium V.

Sanctiſſimi Pij V. Bullæ; *Etſi Mendicantium ordinis, &c. die 15. Iulij 1567. & alia, Ad hoc nos Deus, &c.* data in lucem 23. Septembris 1571. nullatenus à Gregorio XIII. fuere ablatæ, ſed benè fuerunt authenticatæ, & publicatæ per ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ D. Hieronymum Matthæum, & de nouo confirmatæ ad inſtantiam Procuratorum generalium ordinum, &c. proindè in ſua viridi obſeruantia adhuc perſeuerant ſub ſequentibus verbis. 1

Hieronymus Matthæus Protonotarius Apoſtolicus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Gregorij XIII. eiuſq; Camerarij, & curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæ Curiæ Iudex ordinarius, &c. Vniuerſis, & ſingulis Dominis, &c. 2

Noueritis, & quod nuper fuit Nobis pro parte, & ad inſtantiam Procuratorum Generalium Reuerendiſſimorum Patrum Dominorum Superiorum Generalium, & Prouincialium, ac Priorum, ſeu Guardianorum, & aliorum fratrum ordidinum, fratrum Mendicantium, & ſingulorum eorum in domibus, ſeu Monaſterijs dictorum ordinum, & cuiuslibet eorum extrà Vrbem Almam commorantium principalium, maxima cum querela, reuerenter expoſitum, quòd licèt iuxtà plura, & diuerſa priuilegia indulta, & conceſſiones, Apoſtolica authoritate, tam per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Gregori- 3

um, diuina Prouidentia, Papam X I I I. quam fœlicis recordat. Pium V. & Pium I I I I. & Paulum III. & quàm plures alios Romanos Pontifices ſupradictorum prædeceſſores, dictis ordinibus, & eorum fratribus, & ſingularibus perſonis in genere, vel in ſpecie ex iuſtis tunc expreſſis cauſis, etiam, motu proprio, ſpecialiter, & expreſsè conceſſa, & facta iuxtà eorumdem conceſſionem, & priuilegiorum litteras Apoſtolicas deſuper confectas, & expeditas. & præſertim in vim diuerſarum litterarum Apoſtolicarum, à fœlicis record. Pio Papa V. prædicto ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum 17. Kalend. Iulij, anno D. 1567. Pontificatus ſui anno ſecundo, & ſub datum Romæ, etiam, apud S. Petrum, ſub annulo piſcator. die 23. Septembris. 1571. Pontificat. eiuſd. Pij Papæ V. anno 6. deſuper expeditarum, & in vim, confirmatoriarum litterarum earumdem per litteras Apoſtolicas eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Gregorij X I I I. ſub annulo quoque piſcatoris, die 25. Martij, anno Dom. 1575. Pontificatus ſui anno I I I. expedita.

4 *Quilibet dictorum ordinum, & quilibet eorum Frater, & Regularis perſona in Eccleſijs ſuorum Ordinum, quando eis placuerit, & ſuis Superioribus deputari feceerit abſq; alicuius ordinarij loci contradictione, vel licentia; verbum Dei, populo prædicare, Chriſti fidelium quorumlibet confeſſiones audire, & per dictos ſuperiores tranſmiſſi, & examinati ad ſacros etiam, preſbyteratus ordines, etiam abſq; eorum Ordinarij dimiſſorialibus litteris recipi, & admitti poſſint: atq; coram Iudicibus Conſeruatoribus ſupradictorum ordinum Mendicantium, huiuſmodi ſuas lites, & cauſas decidi, & terminari facere poſſint: & à Solutione cuiuſcumq; decimæ, & quartæ etiam funeralis, & alterius cuiuſcumq; ordinarij, vel extraordinarij, ordinis, & impoſitionis, exempti ſint, & eſſe debeant.*

5 *Atq; etiam valeant Miſſas ab auroræ vſq; ad meridiem, & alia diuina officia vbiq; locorum celebrare; Chriſti fidelium animarum curam in Eccleſijs eorum reſpectiuè ordinibus cunctis exercere, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, & cuiuſcumq; Chriſti fidelium, pro tempore defunctorum cadauera, qui ſe in Eccleſijs dictorum ordinum ſepeliri ordinauerint, vel ſi ab hæredibus defunctorum, ſeù curam funeralium habentibus ad id vocati fuerint, cruce ſui ordinis eleuata, ad domum dictorum defunctorum accedere, & illa exinde auferre, ac ad ipſorum Eccleſias, alicuius Rectoris, ſeù Capituli præſentia, vel interuentu, minimè expectatis, ex ipſorum defunctorum domibus leuare, accipere, & aſſociare, atq; ad ipſorum fratrum eccleſias directè deferre, & illis ſepeliri facere.*

6 *Quaſcumq; nouas dictorum ordinum, & cuiuslibet eorum, tàm virorum, quam mulierum domos, Conuentus, Collegia, loci ordinarij, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita, erigere, & fundare liberè, & licitè quoq; valeant, & in poſſeſſione omnium, & ſingulorum præmiſſorum, & cuiuslibet partis eorum exiſtant, & plura alia priuilegia, Indulgentias, gratias, & conceſſiones ſuper diuerſis alijs rebus, & negotijs, quietem, & tranquilitatem ſpiritualem, & temporalem, ſtatus dictorum ordinum concernentem, apoſtolica authoritate ſibi, vt præfertur conceſſa, habeant, in quorum pacifica poſſeſſione, vel quaſi exiſtunt, & ab aliquo propterea, quouis prætextu, & colore, vel ingenio, impediri, perturbari, aut inquietari non deberent, nec debeant.*

7 *Nihilominus, nonnulli potentes maleuoli, & dictorum fratrum principalium forſan inuidi, & æmuli, nullo Iuris adminiculo, nullaq; cauſa, ſaltem legitima moti, litteris Apoſtolicis præfatis, ac mandatis Apoſtolicis, in eis expreſſis, temerè de facto malitioſè contrauenientes dictos exponentes,*

ponentes, & eorum libito ſingulos ſuper præmiſſorum priuilegiorum conceſſorum licentiam, & aliorum indultorum Apoſtolicorum, & cuiuslibet eorum libero vſu, & exercitio, atq; ipſorum Iudices, Conſeruatores præfatos, diuersè, & indebitè moleſtare, perturbare, inquietare, & impedire velle ſe iactarunt, & iactant.

8 Cætera quæ ſequuntur in his litteris Auditoris Cameræ Apoſtolicæ ſupradicti, petantur à *Confeſtio, fol. 209. mihi, in ſua collectione priuilegiorum mendicant. ordinum, dedicata Clementi VIII.* quæ quidem litteræ expeditæ fuere, *anno* 1584. *die* 14. *Martij, & duodecimo anno Papatus Gregorij XIII.* Ex quibus litteris manifeſtiſſimè apparet veritas noſtræ propoſitionis, quæ amplius in dubium non eſt reuocanda, ſi fuerint dictę duæ Bullæ Pij V. reuocatæ à Gregorio XIII. vt benè etiam Nauarra teſtatur hanc veritatem in ſumma Romæ edita, vbi cap. 27. ſic aſtruit. *Quoniam verò, in cap. 21. num. 5. promiſimus inſerere tenorem cuiuſdam Bullæ fœlicis recordat. Pij V. & moderationem eorum de quibuſdam in ſubiecta Gregorij XIII. Bulla, ſi exiret intereà, quæ quia non exiuit ſolam ſubijcimus; prout ſuprà cap. 15. num. 68. & iam promiſimus. Ille: Idem aſtruit Peirinus, tom. 2. de priuileg. conſtitut. 7. Pij V. §. 1. num. 2. Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 24. num. 8. Thomas à Ieſu, de procurator. omn. gent. ſaluand. lib. 12. cap. 8. Lalamas p. 1. Metho. cap. 7. §. 6. Diana part. 3. tract. 2. reſolut.* 107. & alij nominandi, vt de communi ſententia, & certiſſima.

9 Ex quibus omnibus hactenùs recitatis, ſequitur; Regulares omnes teneri ad conſeruationem, ac obſeruantiam ſuorum priuilegiorum, & ea manu tenere facere à Parochis, & à cæteris Eccleſiaſticis, quando in ſuis Eccleſijs defuncti ſepeliuntur, & neceſſariò amputare facere, ac de medio omninò tollere, ac totaliter abuſus, corruptelas, ac omnes malas conſuetudines ab illis contra priuilegiorum iura ſuorum tùm dictę, tùm dicenda in progreſſu huius operis de ſepulturis; & ſi opus eſt, ad Sedem Apoſtolicam recurrere; quæ dubio procul, vt à Iure communi emanantia, & ab ipſamet ſancta Sede conceſſa, indubitanter illa manutenebit; *Cum nemini abſtrahi debeat Ius ſuum, Inſtitu. de his, quæ ſunt ſui, §. Final.* & quia etiam, Ius ſuum vnicuiq; illæſum conſeruari debet, & non derogare cum malis adinuentis conſuetudinibus, in aliorum præiudicium, & contrà Ius tertij, vt de facto videtur in praxi.

Preludium VI.

Leges Synodales Eccleſiarum particularium condi non poſſunt, nec Conſuetudines introduci valent contrà ius, & in præiudicium tertij, id eſt, contrà Regularium priuilegia bullata Papalia, & à Iure communi conceſſa in materia de ſepulturis eiſdem Regularibus præſtita.

Nàm huiuſmodi opus de ſepulturis eſt à nobis elaboratum, & confectum penès Iura communia, Indulta Apoſtolica, & declarationes authenticas Congregationum diuerſarum Dominorum Cardinalium, & deciſiones Sacrę Romanæ Rotæ, & minimè ſecundum Synodales leges Eccleſiarum particularium, cum opus confecerim tale in genere, & in vniuerſali pro omnibus Eccleſijs, & locis, in communi, iuxtà doctrinam Ariſtotelis docentis, ſcientiam eſſe tradendam de Vniuerſalibus; & non de particularibus, & Plato iubet ad indiuidua quieſcere.

1 Probatur igitur pręfata noſtra propoſitio. Nàm Inferior non poteſt tollere legem Superioris, *cap. cum inferior.* 3
16. de maiori. Clement. ne Romani, de

elect. ſed leges Synodales, & conſue-
tudines Eccleſiarum particularium ſunt
inferiores Papa, qui Regularibus con-
ceſſit priuilegia bullata in materia de
ſepulturis, non valent proindè in eo-
rum fauorem conceſſa auferre eis. Er-
go nullæ ſunt,& irritę,ſic introductę,&
conditę. ergo vera noſtra propoſitio.

4 2 Probatur: Nàm Regularium pri-
uilegia, à nemine Papa Inferiori ſunt
violanda, neq; directè, neq; indirectè,
cap. quanto 26. de priuileg. ſed conſuetu-
dines locorum, & leges Synodales ne-
queunt violare priuilegia bullata, &
declarationes diuerſarum Congrega-
tionum DD. Cardinalium, authenticè
emanatas, in fauorem Regularium, in
materia de ſepulturis, & in communi.
ergo vera propoſitio.

5 3 Leges Synodales, & conſuetudines
locorum, dum contrà Iura communia,
& priuilegia bullata papalia mercan-
tur, bonam fidem non præſumitur ha-
bere, *regul.* 82. *de regul. Iuris* in 6. er-
go ſic factæ, nullæ ſunt, & irritæ. ergo
vera propoſitio.

6 4 Quæ namq; contrà ius fiunt, de-
bent vtiq; pro infectis haberi; regu-
la 64. de regul. Iuris in 6. ſed quæ con-
ſuetudines ſunt introductæ, & leges
Synodales conditæ contrà ius commu-
ne, & priuilegia Regularia bullata Pa-
palia, in materia de ſepulturis, pro in-
fectis haberi debent, & vt non exiſte-
rent, nec factæ eſſent. ergo.

7 5 Leges Synodales, nec conſuetudi-
nes introduci, & condi poſſunt in de-
trimentum alterius, ideſt, contra Ius
commune, & priuilegia regularia bul-
lata Papalia, in hac materia de ſepul-
turis, ſed ſi quæ ſint huiuſmodi, nullæ
& irritæ manent. ergo vera noſtra pro-
poſitio.

8 6 Probatur Iuris auctoritate, *de con-
ſuetudine lib. 1. decretalium, cap. ad no-
ſtram*; vbi Papa Innocentius III. ad
rem noſtram inquit: *Nos igitur atten-
dentes, quod conſuetudo, quæ Canonicis
obuiat inſtitutis nullius debeat eſſe momen-
ti, cum ſententia à non ſuo Iudice lata,
nullam obtineat firmitatem.* Sed quæ
conſuetudines ſunt locorum, & Syno-
dales leges conditæ, ſunt contra Iura,
& priuilegia Regularia bullata Papalia,
nullius ſunt momenti in hac materia
de ſepulturis. ergo vera.

7 Nulla etenim conſuetudo introdu- 9
ci valent cum præiudicio, & damno
alieno, iuxtà *cap. cum olim, de conſuetu-
dine, in fine, lib. 1. decretal. vbi idem In-
nocentius III. ſtatuit.* Sed ſi quæ ſint
conſuetudines introductæ in materia
de ſepulturis contra ius commune, &
Priuilegia regularia Papalia, nullæ exi-
ſtunt: quia ſunt contrà ius tertij, ideſt
in præiudicium, & damnum Regula-
rium, ergo nullæ ſunt, ergo vera noſtra.

8 Conſuetudo quoties non eſt ratio-
nabilis, eſt irrita, & inanis, ac nullius 10
momenti, & valoris, ſed quæ intro-
ducitur contra ius tertij, ideſt in dam-
num, & præiudicium priuilegiorum
Regularium, non eſt rationabilis, ſed
irrationabilis, nimirum improbans pri-
uilegia, & Iura communia conceſſa
Regularibus, & præiudicans. ergo ve-
ra noſtra propoſitio.

9 Conſuetudo namq; nulla deroga-
re, aut contrariare valet, non dum 11
iuri communi in pręiudicium tertij ſed
nec Papalibus bullatis Priuilegijs, in
quibus etiam multò magis cauetur
clauſula huiuſmodi in fine, conſuetu-
dinibus immemorabilibus quibuſcum-
que non obſtantibus, vt apponitur in
Bulla *Etſi mendicantium ordinis*, relata
Pij V. vbi multæ declarationes capi-
tum Trid. Concil. à Papa ponuntur in
fauorem Regularium, & præſertim,
de materia ſpectante ad funera. ergo
vera manet noſtra propoſitio.

10 Probatur; nàm conſuetudines lo-
cales, 12

cales, & leges Synodales vim non habent derogandi priuilegijs Papalibus bullatis in fauorem Regularium præſtitis in materia præſenti, de ſepulturis; quia Regulares huiuſmodi conſuetudinibus locorum, & Synodalibus legibus minimè ſubuntur; cum totaliter à Iuriſdictione Ordinariorum locorum eximantur, & immediatè Sedi Apoſtolicę ſubdantur. Ergo debent in Funeralibus Regulares agere, & operari iuxtà
9 ſua priuilegia ſibi præſtita à Sede Apoſtolica, in materia præſenti de ſepulturis, quandò defunctorum corpora ad Regularium Eccleſias deferuntur tumulanda. ergo.

13 11 Nemini debet enim ius ſuum abſtrahi, *Inſtit. de his, quæ ſunt, ſui, &* §. *final.* ſiuè per Synodales conſtitutiones, ſiuè per conſuetudines quaſcumq; quæ in ſimili, abuſus, & corruptelæ ſunt
10 dicendæ; ſed Regularibus non ſunt ſua Priuilegia Papalia bullata authentica per dictas conſuetudines, & Synodales conſtitutiones tollenda. ergo.

14 12 Ius ſuum vnicuiq; illæſum conſeruari tenemur, & quod ſuum eſt tribui debet; ſed nullæ conſuetudines valent contrà ius alienum, nec Synodales conſtitutiones, contrà Regularium iura, quæ circa materiam de ſepulturis, à Sede Apoſtolica, & à Iure communi habent. ergo. vera propoſitio.

Præludium VII.

Sepultura eſt poſſeſſio, ſeù Terra, vbi quis eſt ſepeliendus: vel dicatur; quod eſt locus concauus, in loco Eccleſiaſtico, vel Cœmeterio factus, in quo corpus catholici Chriſtiani requieſcit. *cap. cum nullus.* 1. *q.* 2. *ſic S. Antonin.* 3. *p. tit.* 10. *cap.* 1. §. 3. *Cardinal. in clement. dudum, de ſepultur. in* 6. *num.* 2. *Sylueſt. Tabiena, Roſella, Armilla, Angelus, Piſanella, cum cæteris ſummiſtis, verb. ſepultura.*

Quod, verò ſit locus concauus patet *Ex cap. penult. de ſepult. verb. effodit.* Quòd ſit in loco Eccleſiaſtico, vel cœmeterio, clarè conſtat, *ex cap. aurum* 12. *q.* 2. *diximus, corpus Catholici Chriſtiani, ex cap. ſacris, de ſepulturis.* Nam, qui non eſt Catholicus, nec ſub D. Papæ obedientia viuit non eſt in loco ſacro ſepeliendus; quia omnibus Catholicis ſepultura Eccleſiaſtica conuenit; niſi aliàs nominatim fuerint cenſurati, *cap. in Eccleſiaſtico, & cap. conqueſtus* 12. *q.* 2.

Diximus, *Requieſcit.* quoniam Defunctorum corpora requieſcunt: qua de cauſa conſecrationis ratione, à ſpiritibus immundis minimè vexari queunt, ſicut in alijs locis, *Gloſſa ſcribit, cap. grauia* 13. *q.* 2. Terra, autem huiuſmodi ſeù poſſeſſio, vel quodlibet aliud vas, pro ſepeliendis defunctorum corporibus, ſi eſt per Dominum Epiſcopum, ſeù per alium, de illius authoritate ad ſepulturam deputatum, erit locus Religioſus dicendus, ſiuè ibi quis ſepultus ſit ſiuè non; *ex cap. eccleſiaſ.* 13. *q.* 1. Si verò non eſt, D. Epiſcopi authoritate, talis terra ſeù locus deputatus pro Eccleſiaſtica ſepultura, licèt ibi quis tumulatus ſit, non proindè eſt *Religioſus dicendus iuxtà iura canonica, vt benè aduertit Innocentius in cap. abolenda, de ſepulturis, cum alijs, & fauet cap. ad hæc de Religio. Dom.*

Qua de cauſa dicitur ſepultura, terra deputanda, ſeu locus deputandus pro ſepultura Eccleſiaſtica, qui locus, abſq; ſimoniæ labe vendi, & emi licet dubio procul, vt infrà, ſuo loco diffuſè ratiocinabimur, ſecùs verò, eſt, aſſerendum, ſi iam ab Epiſcopo, pro ſepultura, locus ille fuerit deputatus, ſeu illius authoritate ab alio: *cap. abolenda, de ſepultura: & cap. quæſta eſt, cap. poſtquam, & cap. præcipiendum* 13. *q.* 2.

Sub

5 Sub ſepulturę autem nomine venit etiam locus quilibet, in quo mortui ſepeliuntur, *L. Prætor ait, ff. de ſepultur. violator.* & habetur, 2. *Regum, cap.* 2. *verſ.* 32. *&* 3. *Regum, cap.* 15. *verſ.* 3. quia ſepultura eſt humanæ conditionis memoria, iuxtà illud. *Homo es, ergo morieris; & cap. in Eccleſiaſtico*, 13. *q.* 2. *dicitur Terram feris, terram geris, & in terram conuerteris.*

Præludium VIII.

1 Sanctus Thomas, diuinæ voluntatis ac mentis Interpres, Angelicus Doctor *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 3. *quæſtiuncula* 3. de ſepultura Eccleſiaſtica ratiocinans, ad rem hanc noſtram, iſta ſic ſcribit.

Sepultura adiuuenta eſt, & propter viuos, & propter mortuos: propter viuos quidem, nè eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur; & hoc quantum ad corpus: ſed etiam ſpiritualiter prodeſt viuis, in quantum per hoc aſtruitur Reſurrectionis fides; ſed mortuis proſunt ad hoc, quod inſpicientes ſepulturam, memoriam retinent defunctorum, vt prò defunctis orent. Vndè, & monumentum à memoria accipit nomen; Dicitur enim monumentum; quia monet mentem, vt dicit Auguſtin. in 1. *de ciuit. D. & in lib. de cura prò mortuis agenda. Paganorum tamen error fuit, quo ad hoc; quod ſepultura mortuo proſit, vt eius anima quietem accipiat, non enim credebant, prius Animam quietem poſſe accipere, quam corpus ſepulturæ daretur: quod omninò ridiculum, & abſurdum eſt.*

2 *Sed quod vlterius ſepultura in loco ſacrato, mortuo prodeſt; non quidem eſt ex ipſo opere operato, ſed magis ex ipſo opere operantis; dum ſcilicet, vel ipſe defunctus, vel alius, & corpus eius tumulari in loco ſacro diſponens, patrocinio alicuius Sancti eum committit; cuius precibus, per hoc credendum eſt adiuuari; & etiam patrocinio eorum, qui loco ſacro deſeruiunt, qui pro apud ſe tumulandis, frequentius, & ſpiritualius orant.*

Sed illa, quæ ad ornatum ſepulturæ exhibentur, proſunt quidem viuis in quantum ſunt viuorum ſolatia; ſed poſſent, & defunctis prodeſſe, non quidem per ſe, ſed per accidens, in quantum ſcilicèt per huiuſmodi, homines excitantur ad compatiendum, & per conſequens, ad orandum: vel in quantum ex ſumptibus ſepulturæ, vel pauperes fructum capiunt, vel Eccleſia decoratur. ſic enim, ſapient. cap. 4. *ſepultura inter cæteras eleemoſinas computatur.* hactenùs D. Thom. 3

Et eidem Sanctiſſimus Magiſter. 2. 2. *q.* 32. *art.* 2. *ad primum* hæc in propoſito habet. *Sepultura mortui, non confert ei, quantum ad ſenſum, quem corpus poſt mortem habeat: & ſecundum hoc, dominus dicit, quod interficientes corpus non habent amplius, quid faciant. Et propter hoc etiam. Dominus non commemorat ſepulturam, inter alia miſericordia opera, ſed enumerat ſolùm illa, quæ ſunt euidentioris neceſſitatis. Pertinet ad defunctum, quid de eius corpore agatur, tum quantum ad hoc, quod viuit in memorijs hominum, cuius honor dehoneſtatur, ſi inſepultus remaneat: tum etiam quantum ad effectum, quem adhuc viuens, habebat de ſuo corpore cui piorum affectus conformari debet poſt mortem ipſius, & ſecundum hoc commendantur aliqui de mortuorum ſepultura, vt Tobias, & illi, qui Dominum ſepelierunt, per Auguſt. in lib de cura pro mortuis agenda cap.* 3. *tom.* 4. Ille. 4

Præludium IX.

Dubitandum minimè eſt, Sepulturam mortuis ſuorum corporum proficuam eſſe quoque vt *D. Gregorius Papa, Magnus, cap. cum grauia*, 13. *q.* 2. mirabiliter demonſtrat. Nàm in charitate mortui, aliquid purgabile ſecum deferunt; ne enim fidelium deuotio fruſtretur, eſt proinde, probabile. Ideoquè aliqui ex deuotione in 1

al-

aliquibus locis Religioſis ſepeliri diſponunt : vt proinde, *D. Auguſt. dixit, lib. 1. de Ciuit. Dei, Antiquorum Iuſtorum funera, officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepulchra prouiſa, ipſiq; cum viuerent, de ſepeliendis, aut transferendis ſuis corporibus, filijs mandauerunt, ſicut pater Abraham, Iſaac, & Iacob, &c.* ille. ſed hoc non feciſſent niſi ſepultura, & huiuſmodi aliquid mortuis conferret, & conſequenter, proficua eſt.

2 Nàm ex diuina ordinatione, Eccleſia triumphans, ſpecialiter pro mortuis orat, qui in loco ſacrato ſepulti ſunt, & qui in loco ſacro deſeruiunt, tenentur, cæteris paribus, frequentius, & ſpecialiter pro illis orare. Luminaria vtiq; & panni, & cæteri ſumptus proſunt, & ſi non per ſe vt ſuprà cum D. Thoma dicebamus, per accidens tamen proſunt eis, quatenùs videlicèt homines excitantur per huiuſmodi, ad compatiendum, & ad preces Deo fundendas, & in quantum pauperes fructum vtiq; capiunt, & Eccleſia decoratur.

3 Vnde ſi quis nullam eligat ſepulturam in vita, ſed vult, ac mandat ſuum corpus inhumatum exiſtere, non eſt ei obediendum, quia, e. g. vult canibus dari, aut in mari, ſeu flumine proijci demergendum non eſt, inquam exaudiendus, *ex cap. nunc autem, diſt. 21. in Gloſſa nota: & ff. de condi. inſtit. l. quidam, ſicut, enim legitur, Marcellinum Papam feciſſe, in deteſtationem Idolatriæ,* quam commiſit, *vt referunt D. Antoninus, 3 p. tit. 10. cap. 5. de ſepultur. Sylueſt. eod. verb num. 5. §. quintò quæritur, Angelus, Roſſella, & cæteri ſummiſtæ verb. ſepultura.*

Præludium X.

1 Sepultura Eccleſiaſtica trifariam deſumitur. Primo ſcilicèt pro iure ſepulchri ſeu ſepeliendi. Secundò pro ipſo officio, quod cadaueribus impenditur. Tertiò pro loco, in quo quis eſt ſepultus, vel eſt ſepeliendus, ſiue Terra ſit, ſiue arca lapidea, ſiue aliud.

De ſepultura, primo modo dicendum eſt, quod ius mortuos ſepeliendi, licèt de iure ciuili omnibus competat, quibus ius ineſt cadauerum corpora inferendi, *ff. de mortu. inferend. per totum.* Iure verò Canonico hoc non competit, niſi Eccleſijs parochialibus, vel populum habentibus ſub ſe, vel quibus eſt per priuilegium conceſſum vt patribus prædicatoribus, & minoribus, & cæteris Regularibus. 2

Nàm Honorius Tertius Papa, qui ordinem patrum Prædicatorum confirmauit, in tali ſua confirmatione ad rem præſentem ſic habet; *Sepulturam quoq; ipſius loci, liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Sic dicitur fac. 5. & 6. libri priuilegiorum, huius prædicator. ordinis, cui idem indulſit Gregorius Nonus, vt fac. 9. habetur priuilegiorum. Et in Iure communi, in extrauaganti: commun. in 6. cap. ſuper Cathedram, de ſepultur. & in cap. inter cunctas, de priuilegijs, in 6. & in Clementin. dudum, de ſepultur. in 6. quod ſanè non eſt amplius priuilegium, ſed lex communis canonica.* 3

Quod quidem huiuſmodi ius competit etiam cæteris Regularibus ſepeliendi, ac funerandi, ex Clemente IIII, Sixto IIII. Martino IIII. Leone X. Eugenio IIII. & nouiſſimè, ex Pio V. Sanctiſſimo, ex ordine patrum Prædicatorum aſſumpto ad Papatum, ſua Bulla exordiente, *Etſi mendicantes ordinis, quæ reperitur tom. 2. Bullarij, in Pio V. fol. 41.* & adeſt declaratio nouiſſima Sacræ Congregationis Epiſco. & Regular. *die 8. Martij 1643.* infrà ſuo loco recitanda. 4

De

De ſepultura tertio modo, nempè
5 de loco, vbi cadauera ſepelienda ſunt, ille eſſe debet Eccleſia, vel circà Eccleſiam poſitus: & quoad Regulares attinet, ſat eſt, vt ſit Clauſtrum, Sacriſtia, & Capitulum poteſt eſſe locus ſepulturæ pro Secularibus, & minimè eſt neceſſe; vt conſecratus ſit, ſed tantum ſufficit, vt benedictus ſit. Et hic locus ſepulturæ deputatus eſt porrò religioſus, licèt nullus ibi ſepultus ſit, *cap. quæſta eſt, cap. poſtquam, & cap. præcipiendum*, 13. q. 2.

Verùm ſi non eſt ſic deputatus, ſe-
6 cundum Iura canonica, non eſt Religioſus, vt ſuprà ratiocinabamur, quamvis ibi ſit aliquis ſepultus; at vero licèt per ſolam illationem mortui, locus Religioſus efficeretur, de iure ciuili, *L. intantum, in fine. ff. de rerum diuiſio: Innocent. in cap. abolenda, de ſepultur. Sylueſt. verb. ſepultura q. 1. ibid. Angelus, num. 2. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 58. art. 3. Genuenſis in ſua praxi Neapolitana, cap. 33. Theſaurus, p. 2. verb. ſepulchrum, cap. 1. cum alijs.*

Præludium XI.

Secundum fidem catholicam, pro
1 certò aſſerendum eſt, mortuos ſepelire, opus eſſe bonum, ac ſtudioſum. Nàm Tobias maximè ob id laudatur in ſacris litteris, quòd mortuos ſepeliebat, de qua re, *D. Ambroſ. lib. de Tobia, cap.* 1. & in nouo teſtamento laudantur mulieres, Ioſeph, & Nicodemus, quia Chriſti corpus honorificè ſepelierunt.

Defunctos ſepelire cum debito ho-
2 nore, ac moderata pompa; pium eſt, quia eſt maximum teſtimonium fidei reſurrectionis, defunctos religioſè, & honorificè tumulare: vnde religioſum eſt mortuos in Eccleſia ſepelire, & in eorum memoria, oblationes, & ſacrificia offerrè in templo iuxrà *lib. 1. Machabæor. cap.* 12. vbi Iudas laudatur quod miſerit pecuniam multam offerendam in templo pro mortuorum peccatis.

Peccatum eſt mortale, nolle defun-
ctos ſepelire, cum homo poſſit facere 3
abſq; incommodo ſuo; & alius non ſit, qui faciat. nam opera miſericordię in pręcepto ſunt, ergo obligant in aliquo caſu vt præſertim in extrema neceſſitate.

Præludium XII.

Authorum, ſeu ſcriptorum opera mit-
tenda prælo, pro totius Reipublicæ 1
Chriſtianæ Orthodoxæ vtilitate, profectu, ac commodo virtuoſo; quotiès enim, in eis minimè gentium, contra fidem, ſacra concilia, Iura Canonica, Bullas Papales, atq; contra bonos mores, dicta reperiuntur, nè in lucem dentur, interdici nequeunt ab ijs, ad quos ſpectat, ob malam animi paſſionem, odij, inuidiæ, ac maleuolentiæ contrà ipſos Authores; & hoc multò magis, ſi ad alterius inſtantiam, vel multorum inuidentium Authores ipſos, fiat: ſed ſanè tenentur ſub culpa mortali, licentiam libentiſſimo animo gratis præbere; nam alias, Iniuria, & offenſio magna irrogaretur ipſis Authoribus, quod multò magis augeretur, & aggrauaretur, ſi Regulares ſint Authores.

Nàm ad damnorum reſtitutionem,
& ad iniuriarum ſatisfactionem omni- 2
nò tenerentur: tum ipſis Authoribus, tum ijs, qui ipſorum opera approbarunt, tum ipſis Religionibus, tum ijs, qui ex Superioribus Religionum facultatem præſtarunt, ipſa opera ſubmittenda prælo; tum Reipublicæ Chriſtianæ, tum demum ipſis met Typographis, cum quibus eſt contractatum, illa edendi. quod Idcircò, §. 5. *in Trid. Concilio, in Iudice librorum prohibitorum de librorum impreſſione, poſt regulas traditas hæc habentur.*

Cu-

Curent Epiſcopi, & Inquiſitores, quorum Muneris erit facultatem libros imprimendi, & concedere; vt eis examinandi ſpectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide, & integritate ſibi polliceri queant; nihil eos gratiæ daturos, nihil odio, ſed omni humano affectu poſt habito, Dei dumtaxat gloriam ſpectaturos, & fidelis populi vtilitatem. hæc ibi.

Aſſerimus vlterius, Illos, qui libros, ſeu opera approbant, haud tuta conſcientia, tale onus ſuper ſe ſuſcipere valent, niſi ſe tales ſufficientes, ac idoneos agnoſcant; tum in materia ciuili, & canonica, tum Theologica morali, & ſpeculatiua, habito reſpectu materierum, quę ſunt videndæ, ac approbandæ; & ſi Inſufficientes, ac Inidonei ſunt, non ſe temerè, & auſu temerario ſe intromittent ad illa perlegenda, iura canonica ignorantes, Bullas Pontificias, ac conciliaria decreta, & ſimilia.

Præludium XIII.

1 Pro Coronide huius ſepulchralis apparaus placet, in medium opponere pœnas, & cenſuras emanatas à diuerſis Summis Romanis Præſulibus contra illos, qui Regularium priuilegia labefactant, & contra faciunt, aut illorum vſum impediunt, & ſimilia.

2 Alexander IIII. pręcipit Eccleſiarum Prælatis, vt permittant fratres Prædicatores, & minores vti ſuis priuilegijs, Indulgentijs, ac Regularibus obſeruantijs, & ſtatutis per Sedem Apoſtolicam approbatis. *B. fol.* 22. & *fol.* 24. *conceſſ.* 11.

3 Idem Alexand. IIII. decreuit Irritas, & inanes omnes ſententias, quas Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & Prælati, Rectores, & Clerici ferre præſumpſerint contra fratres Ordinis Prædicatorum, ſeu in eorum aliquem, aut in loca eorum, ſeu quoſcumq; alios occaſione ipſorum fratrum contrà Indulta conceſſa ordini pręfato à Sede Apoſtolica, vel in poſterum concedenda. *B. fol.* 115. *conceſſ.* 509. *Ità Caſſarubius, & Sorbus in compendio priuilegiorum mendicant. verb. priuilegia, num.* 3. & 4.

4 Sixſtus IIII. ſua Bulla, quæ incipit, *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*, authenticè regiſtrata, *in tomo priuilegiorum ordinis prædicat. fol.* 148. & *à Caſſarubio, & Sorbo, vbi ſupra, num.* 11. & 12. Diſtrictiùs inhibuit Prælatis Ordinarijs locorum ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à Regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, & Rectoribus Eccleſiarum, & alijs quibuſcumque ſub excommunicationis latæ ſententiæ,& priuationis earumdem parochialium Eccleſiarum, ac omnium Eccleſiaſticorum beneficiorum, quæ obtinuerint, nec nòn inhabilitatis ad illa,& alia in poſterum obtinenda, pœnis; eo ipſo, per eos, qui contrafecerint incurrendis, ne ordines fratrum Prædicatorum, & minorum,& illorum domos, & profeſſores præter, aut contra priuilegia, & indulta Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum vel contra noſtrarum litterarum tenorem, inquietare, ſeu moleſtare præſumant, &c. *B. fol.* 61. & *fol.* 141. *confeſſio* 355.

5 Et in ſua Bulla aurea propè finem, ponit pœnas graues, & cenſuras, contrà quaſcumq; perſonas: inhibentes,ſeu impedientes quominus fratres ordinis Prædicatorum, & minorum, vtantur liberè priuilegijs, & gratijs ſibi conceſſis, & ponit ibi, *non obſtantias notabiles. B. ff.* 150. *conceſſ.* 368.

6 Idem Leo X. ſtatuit, & prohibuit ſub pœnis magnis, & cenſuris ijs omnibus, qui vſum priuilegiorum impediunt, ac contra ea faciunt. Ideo caueant Eccleſiaſtici omnes ne in tales pœnas, & cenſuras incurrant ſepulturarum cauſa.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS

DE ECCLESIASTICÆ SEPVLTVRÆ ELECTIONIS LIBERTATE;

DISPVTATIO PRIMA.

De ſepeliendis Mortuis in Eccleſia, de Sepulturæ Nominibus varijs, ac de Sepulturarum Iuribus.

CONTROVERSIA PRIMA.

Quandò namq; Catholicorum Fidelium Corpora in Eccleſijs ſepeliri incœperunt.

EXPLICATIONES.

VArijs relictis modis, & locis, tumulandi mortuos, tum apud Gentiles, tum apud Hæbreos, cum noſtrum minimè ſit inſtitutum, de his ſermonem habere; ideò, dumtaxat de locis, vbi defunctorum corpora fidelium ſunt ſepelienda, ratiocinabimur modò, omnia per ſequentes Theſes reſoluemus.

CONCLVSIO I.

Nulla quamuis Gens ſit adeò barbara, ſeu ab humanitatis vſu aliena, quæ cadauera ſepeliri non probauerit. cum ſepultura iuris ſit naturæ, *L. ſcriptus hæres*, §. *ſed tunc locus*, *ff. de religio. & ſumpt. funer. quod etiam D. Chryſoſt. aſtruit in tract. de moribus*.

CONCLVSIO II.

In primitiua Eccleſia, augeſcente in 3
dies Chriſtiana Religione, animarum cauſa, nè paſſim ferarum more, Chriſtianorum Catholicorum cadauera cōderentur, locus quidam ſeparatus ac ſacer, ad defunctorum corpora excipienda præparata in Eccleſia maiori, quadraginta paſſuum; in minori vero, aut capella, triginta paſſuum, à San-

ctis

Digitized by Google

ctis Patribus fuit conſtitutus. *cap. antiquitus tit. 17. q. 4. & Cœmeterium appellarunt.*

4 Id, quod etiam à Licurgo olim fuit permiſſum, *teſte Plutarcho, in eius vita*; ea ratione, vt Iuniores humandis cadaueribus aſſueti, à continua quodammodo eorum conſuetudine, neq; turbarentur, neq; mortem horreſcerent, aut reformidarent.

CONCLVSIO III.

5 Loca, in quibus defunctorum Catholicorum copora ſepeliebantur, immunitate Eccleſiaſtica gaudebant. *Ex cap. antiquitus, 17. q. 4.* & ſic vel in atrio, ſeu porticu ſiue in exedris Eccleſiæ condebantur.

CONCLVSIO IV.

6 De iure antiquo prohibitum erat, vt in Eccleſia vllatenùs humana corpora ſepelirentur, *cap. præcipiendum, §. prohibentes, 13. q. 2. ex Concilio Verenſi, Bracarenſi, & Moguntino, de quo in cap. nullus, cap. quibus, 13. q. 2. & patet in L. nemo, Cod. de ſacro Sancta Eccleſia.*

7 Quæ dicta prohibitio procedit in Capella maiori, vt declarauit *Rota in Calaguritana de Amurio 11. Decembris 1603. coram Ludouiſio, qui fuit poſtea Gregor. XV. Papa.*

Doctorum Allegationes.

8 *Noſtras præfatas Theſes autumant Burchardus, lib. 3. cap. 157. Durandus de modo celebrandi concil. generale p. 3. cap. 11. cum cæteris allegandis.*

CONCLVSIO V.

9 In progreſſu temporis autem conceſſum eſt aliquibus perſonis dignis, ac præſtantiſſimis: qui pietatis laude, ac geſtarum rerum magnitudine celebriores fuere aliquando, vt in Eccleſia ſepelirentur, fuit permiſſum.

Doctorum Allegationes.

Ita namq; de nonnullis Summis Romanis Præſulibus, Epiſcopis, Imperatoribus, & alijs perſonis Eccleſiaſticis legitur; Concil. Triburicenſe, cap. 17. Euagrius, lib. 4. cap. 3. & 30. Burchardus, lib. 3. cap. 17. Optatus Mileuitanus, lib. 3. de ſchiſmate donatiſtarum. Nicephorus, lib. 14. cap. 58. & alij. 10

CONCLVSIO VI.

In Eccleſia ideò interdictum fuit mortuos ſepeliri fideles; quia locus ille eſt ſpecialitèr Deo dicatus, cui mors vltrà non dominabitur, & quoniam non cenſuerunt eſſe tumulanda in Eccleſia defunctorum corpora; vbi quotidie diuina celebrantur officia, ac Deus colitur, & veneratur, humata adeſſe cadauera, turpe ſit, *cap. nullus 13. q. 2. cap. præcipiendum, ibidem.* 11

Doctorum Allegationes.

Ità Gloſſa in d. cap. præcipiendum verb. ſepeliatur, aſtruit Gratianus tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 110, num. 34. Rota, in pampilionenſi ſepulturæ, 30. Maij, 1591. coram Decano, cum alijs. 12

Non temerè ſanè poſtea corpora fidelium in Eccleſia inoleuit tumulari, quia, vt *D. Gregorius, in cap. cum grauia, 13. q. 2. ait. Cum grauia peccata non deprimunt, prodeſſe mortuis, ſi in Eccleſijs ſepulti ſint, & cap. non æſtimemus, 13. q. 2. vnde minus eo in loco, à ſpiritibus vexantur in mundis*: ac proinde dicitur in Cœmeterijs eſſe defunctorum requies, *cap. aurum, 12. q. 2.* 13

Exedræ verò dicuntur quædam volſæ, quæ anterius Eccleſiæ parietibus adhærent, *ex Gloſſa, in d. cap. præcipiendum verò in Exedris*, quæ hodie dicunt quæunt loca, quæ in Præſiligijs Canonicorum, & Regularium, ideſt, Clauſtris, *vulgo dicuntur; vt ibid. Gloſſa aduertit, Buda in adnot. ad ſi verò. ff. de his.* 14

Digitized by Google

his. Vbi Exedræ cubiculum ſignificant columnis fultum. Aliæ ſignificationes petantur *ab Alexandro ab Alexandris, lib.* 5. *dierum genial. cap.* 11. *ex Durando de diuin. offici. tit. de rebus Eccleſiaſ. cap.* 6. *fol.* 335. vbi Exedra eſt obſida quædam ſeparata, modicum quidem à Templo, vel Palatio, ſic dicta, quia extrà hæreat.

CONCLVSIO VII.

15 Quæ antiqua conſuetudo renouata, & inſtaurata fuit à Carolo Magno; ſic enim legitur de Theodoſio Iuniore, qui iuſſit, Senioris Theodoſij, ac Archadij corpora in porticu ſepeliri.

Doctorum Allegationes.

16 *Autumant hanc Theſem noſtram, D. Chryſoſtom. homil. quod Chriſtus eſt Deus, aduerſ. gentes, & homil.* 66. *ad populum Antiochen. vbi agens de ſepultura Coſtantini Magni, aſtruit, præ foribus. SS. Apoſtol. Conſtantinopoli, illius corpus ſepulturæ mandatum fuit, & factus ſit Conſtantinus Piſcatoris Ianitor. vbi etiam Reges, & Imperatores Magni pendebant extrà Eccleſiam: Optatus Mileuitanus. lib.* 3. *vbi ſupra, Nicephor. lib.* 4. *cap.* 48. *& lib.* 14. *cap.* 58 *D. Gregorius, lib.* 4. *dialogo: cap.* 53. *Theodoret epiſt. ad presbyterum Aurelium Concil. Bracarenſe* 1 *cap.* 18. *huius conſuetudinis meminit Baronius, tom.* 3. *annal. ad annum.*

CONCLVSIO VIII.

17 Loca præfata dicebantur *Cœmeteria,* quaſi *dormitoria:* nàm Cœmeterium eſt Recubitorium mortuorum, qui etiam ab Eccleſia, *Dormientes dicuntur;* quia reſurrecturi non dubitantur; & domus, in qua Hoſpites dormire ſolebant, *à Cretenſibus Cœmeterium appellatur;* & dormire, pro mori, paſſim in nouo Teſtamento ſumitur: *vt de Lazaro legitur; Ioan. cap.* 11. *& ad Theſſalonicens: cap.* 4.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc concluſionem D. Auguſt. epiſt. 22. *D. Hieronym. epiſt.* 49. *ad Theodorum, D. Chryſoſt. homil.* 21. *ad Populum Antioch. nam relatus D. Hieronym. in cap.* 12. *Matth. appellat tumulum mortuorum, ſepulchrum vocat Plutarchus. lib. de Homero, Vualfridius, ſtabulum, lib.* 1. *de rebus Eccleſiæ, cap.* 6. *Durandus, lib.* 1. *cap.* 5. *ratio: diuin. offici. Durant. de ritibus Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 23. *& alij.* 18

CONCLVSIO IX.

Cœmeterium dicitur, à *cimen,* quod eſt dulce, & *ſterion,* quod eſt ſtatio, id eſt *dulcis mortuorum ſtatio,* qui requieſcunt, expectantes aduentum Domini, vel originem ducit, *à Cis,* quod eſt, *antè;* ex eo quod ante Eccleſias conſtitui ſolebant; & locus ſit, iuxtà Eccleſiam ſepulturis deputatus: vel à *Cimicibus,* quaſi quod ibi *Cimices,* ideſt *vermes,* continui ſint: ſeu dicitur à verbo *Sopio,* vel *Dormio,* & ſic *Dormitorium;* quia ibi, mortui dormiunt, quouſq; Tuba canet, *Surgite mortui, venite ad iudicium,* vel etiam *Cœmeterium dicitur,* quaſi *Ciniſterium:* quia ibi *Cineres,* & oſſa mortuorum teguntur, & reponuntur, quando à ſepulchris extrahuntur. tandem, dicitur à *Cemen,* ideſt, *Aurum,* & *Teron,* videlicèt, *Terra,* quaſi *aurea terra,* quæ eſt cæteris prætioſior. 19

Doctorum Allegationes.

Docent hanc noſtram Theſem Belethus, de diuin. offic. cap. 159. *Amalarius, de eccleſ. offici. lib.* 3. *cap.* 35. *Barboſa in collectan. doctor. ad hac ſ. num.* 6. *de priuilegijs, alios citans ſcriptores.* 20

CONTROVERSIA II.

AN Chriſtianorum Cœmeteria primitùs extrà Vrbem extiterint, ac poſt pacem præſtitam, cum Eccleſia,

Digitized by Google

cleſia , intrà Vrbem fuerint ?

CONCLVSIO I.

1 Chriſtianorum Cœmeteria primitus varia patent exempla , extrà Vrbem fuiſſe , deindè poſt datam pacem intra extitiſſe , vt de corpore *Conſtantini Magni , & Honorij , Imperatorum , l. 2. Cod. de ſacro Sancta Eccleſia* dicitur.

CONCLVSIO II.

2 In Cœmeterijs antiquitùs Epiſcopi vetuſtiores Synodas congregabant , & pſalmos canebant , & Sacramenta adminiſtrabant, & Chriſtianis tunc erant, quæ nunc Templa , & Orationum loca ſunt ; quare *Cœmeterium , pro oratorio etiam ſumitur* .

Doctorum Allegationes.

3 *Auctores ſunt harum aſſertionum, Concil. primum Bracarenſe , canon. 36. Nicephorus , lib. 8. cap 13. vbi ſcribit , Helenam Auguſtam , Hieroſolymæ agrum figuli parari curauiſſe , ad peregrinorum , atque aduenarum ſepulturam , S. Clemens, lib. 7. conſtitu. apoſtolicarum , cap. 29. D. Athanaſ. in apologetic. Caſſiodorus, lib. 5. hyſtori. tripar. cap. 3. Euſebius, lib. 6. cap. 13. & lib. 7. cap. 11. & lib. 9. cap. 2. hyſtor. eccleſ. cum alijs.*

CONCLVSIO III.

4 Templa à Cœmeterijs diſtincta fuere , *cap. 1. de conſecrat. Eccleſ. cap. ſi ciuitas, de ſent excomm.* & S. Dionyſius , ex Monacho electus Papa *anno* 270. Cœmeteria , & Eccleſias reſtituit; cum perſecutio Samoſetenorum intulerat confuſionem , ac dilacerationem .

Doctorum Allegationes.

5 *Sic narrat Iacobus Gualterus in ſua tabula , fol. 224. in vita ipſius Papæ Dionyſi , qui eſt vigeſimus ſextus , in Dei eccleſia ; & alia Cœmeteria, intra, & alia extra Vrbem conſtructa erant , vt refert D. Chryſoſt. ſerm. de fide , & alia erat Aduenarum, & Exterorum, alia quoq; Ciuium, vt autumat Euagrius , lib. 4. cap. 34. & de huiuſmodi Cœmeterijs loquitur Rituale Romanum Pauli V. tit. de exequijs , vbi dicitur . Vbi viget antiqua conſuetudo ſepeliendi mortuos in Cœmeterio, retineatur, & vbi fieri poteſt reſtituatur .*

CONCLVSIO IIII.

Succeſiuis temporibus rigor eſt mitigatus , ac omnibus Chriſti fidelibus indultum eſt , ſiue Perſonis Eccleſiaſticis, ſiue Laicis, vt in Eccleſia, ſi velint, ſepelirentur. *cap. nullus , 13. q. 2. cap. Eccleſiam , de conſecrat. diſt. 1. cap. ex parte , cap. cum liberum , de ſepulturis* .

Huius fuit ratio permiſſionis , vt Propinqui , Conſanguinei , Affines , & Amici ſepulturas in Eccleſia aſpicientes , pro mortuis orent , & ſpecialiter Sanctis commendentur , quibus Eccleſia dedicata exiſtit , & vt minus à ſpiritibus immundis vexentur , *cap. cum gratia* , 13. q. 2.

Doctorum Allegationes.

Docent Gloſſa , in d. cap. cum gratia , 13. q. 2. & ibi Turrecremata , & in cap. d. nullus , 13. q. 3. D. Gregorius , lib. 4. dialogor. cap. 50. Durant. lib. 1. cap. 23. num. 7. de Rit. Eccleſ. verſ. at hodie, Guglielm. Rodanus , de Simonia mentali , p. 3. q. 16. num. 32. tom. 15. p. 2. fol. 95. Sylua , de beneficijs , p. 1. q. 5. num. 102. fol. 15. Belus , in repet. d. cap. nullus , 13. q. 2. Rota , coram Caualerio , pampilonenſi ſepultura , de Artazana , 27. Ianuarij, 1608. cum alijs .

CONCLVSIO V.

Diximus in aſſertione, *ſi velint*; quia hodie ſepulturæ electio eſt omninò libera .

Digitized by Google

bera, *cap. de vxore, de ſepultur.* & in Eccleſia, vbi quis ſibi ſepulturam elegit, eſt ſepeliendus; *cap. nos inſtituta, cap. fraternitatem. cap. cum liberum, cap. in noſtra de ſepultur.* licèt loca minus religioſa ſint, quis elegerit prò ſepultura, *cap. cum quis, §. ſi quis antiqua, de ſepultur. in 6.*

10 Nàm, vltima voluntas vniuſcuiuſq; in hoc eſt omninò ſeruanda. *cap. vlt. §. quia ergò, 13. q. 2.*

Doctorum Allegationes.

11 *Ità aſtruit Rota, deciſ. 333. p. 1. num. 1. inter impreſſas, Gloſſa cap. 1. 13. q. 2. & cap. 1. de ſepultur. in 6. in fine, cum alijs; quale indultum originem habuit, ex veteri teſtamento, in quo fidelium corpora, in Templis, & locis ſacris ſepeliebantur; vt de Iacob, Ioſeph, qui in terra Ægypti mortui, in terra promiſſionis ſepeliri voluere, vbi Chriſtus naſciturus erat, & Templum Domini facturum erat. Geneſi, cap. 45. & 50.*

CONCLVSIO VI.

12 Vſus, & mos collocandi cadauera in monumentis, varius fuit apud Veteres, an videlicèt, ad ſolis ortum, vel occaſum, nihil ſanè, certus reperitur: niſi quod Athenienſes facie orientem verſus, Megarenſes vero, & Phenices ad occaſum reſpicientes, poſuiſſe narratur.

Doctorum Allegationes.

13 *Aſſerunt ſic Ælianus. lib. 5. variar. hyſtoriar. Plutarchus, in Solone, Diogenes Laertius, Aſinius, in L. 1. Prætor ait, num 15. ff. de religio. & ſumpt. funer fol. 95. Thom porcacchius de funeral. antiquor. fol. 68. vbi inter alia ſcribit, quod in quolibet ſepulchro, ſeu loco, tria collocabant, aut quatuor corpora, viſu terram verſus.*

CONCLVSIO VII.

14 Chriſtianus Catholicus homo ſepeliri debet, vt capite ad occidentem poſito, pedes ad orientem dirigat, in quo, quaſi ipſa poſitione orat, & innuitur, quod promptus eſt, vt de occaſu ad ortum feſtinet, de mundo ad Cœlum; cadauera, etiam ſupina poſita, legimus, vt hodie ſeruari videtur.

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt Ioan. *Baptiſta de Rubeis, de*
diuin. offici. lib. 4. cap. 45. Nicolaus, de 15
moribus gentium, lib. 1. Olaus Magnus, lib. 4. cap. 7. Sil. Italicus, lib. 12. punicor. Textoris officina, tit. de vario inhu. mandi ritu, Caſſaneus in ſuo cathalogo glori. mundi, p. 2. conſid. 5. Volaterans philologia, lib. 31. tit. de modo funerandi, fol. 741. Herodianus in commodo Imperatore, vbi de modo funerandi principes, quem morem hodie, in Romanis Papis, & Cardinalibus, obſeruant. Diogenes Cynicus interrogatus à Xeniade, quomodo poſt mortem ſepeliri vellet; Reſpondit, in faciem verſus; quia paulò poſt, Inferiora, in contrariam partem conuertentur, vt in eius vita, Laertius narrat.

CONCLVSIO VIII.

In quocumq; loco extrà Cœmete- 16
rium, Chriſtianus Catholicus ſepelitur, Crux eius capiti apponi ſemper debet, ad denotandum, illum fuiſſe Chriſtianum Catholicum; quia hoc ſignum, Diabolus valdè veretur, & timet ad Crucis locum accedere, ſignaculo inſignitum.

CONTROVERSIA III.

AN nomina ſepulturarum ſint varia, & quomodo inter ſe differant? vbi plura curioſa ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Loca in quibus mortuorum corpo- 1
ra

Digitized by Google

ra ſepeliebantur, varijs, ſanè nominibus appellari ſolebant, videlicet, *Cæmeterium, polijandrium, ſeu polijandrium, monumentum, Area, Tumulus, Pyramis, Mauſoleum, Sacrophagus, Buſtum, Vrna, Puticuli, Dormitorium, Ergaſtulum, Cenotophium. Defunctorum Sacraquies, Sedes, Domus, Domus æterna, Theſaurus, Orcium, Conditorium ſeu Conditium, Area, Feretrum, Depoſitum, Sepulchrum, & Sepultura*.

Si quis vero plura Sepulchri nomina
2 deſiderat, petat à *Gloſſa, in l. quicumq; §. idem ait, de inſtit. rerum, & à florentino, in l. monumentum ff. de religio. & ſumpt. funer.*

CONCLVSIO II.

Cœmeterium idem eſt, *ac locus*, qui
3 deputatur ſepulturis; & dicitur Deputatum per D. Epiſcopi benedictionem, non verò ante; cuius appellatione non continetur Eccleſia, nec ſufficit, quod ibi ſit ſepultus aliquis, niſi ſit ab Epiſcopo benedictum; *de conſecrat. Eccleſ. cap.* 10.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram Theſem commu-
4 *niter Doctores, Cardinalis, in Clement.* 1. *q* 4. *de ſepultur. Barboſa, de offic. epiſco. p.* 2. *allegat.* 27. *num.* 29. *Sylueſt. verb. ſepultura*, §. 1. *& alij*.

CONCLVSIO III.

Polijandrium, ſeu polijandrium dici-
5 tur quaſi *Pollutum Antrum*, propter cadauera ibi ſepulta; vel *Polijandrium dicitur*, vbi publica ſepulchra reperiuntur.

CONCLVSIO IIII.

6 Monumentum dicitur factum ad perpetuam memoriam honoris cauſa nullo corpore in eo exiſtente, quaſi monens mentem; in quod ſi corpus, vel reliquiæ inferantur; fit ſepulchrum; ſi nihil, erit monumentum memoriæ cauſa factum, *l.* 2. §. *monumentum ff. de religio. & ſumpt. funer.*

Vnde ideò dicitur *à monendo*, quia
cuiuslibet Inſpicientis mentem mo- 7
uet, vt recordetur, quod cinis eſt, & in cinerem reuertetur. Vel *à memoria*, cum ſit in defuncti memoria. vel *à muniendo*, quod muniendi cauſa fiat.

De memoria fit mentio in Afræ, & 8
Sociarum paſſione, & de vtraq; *D. Auguſt. in Tract. de cura pro mortuis habenda, cap.* 4. *vbi hæc ſcribit*.

Non ob aliud, vel memoria, vel monumentum, dicuntur ea, quæ inſignita fiunt ſepulchra mortuorum; niſi quia eos, qui Viuentium oculis morte ſubtracti ſunt, ne oblinione etiam ſubtrahantur, in memoriam reuocant, & admonenda faciunt cogitarè. ille.

Et quamuis ad memoriam, aut ho-
norem ponatur, attamen, pro tumu- 9
lo quandoq; ſumitur, ideoq; vbicumq; ſolent hæc verba apponi, *ob honorem*, ſeu *in memoriam Cænophicum* eſt aut *monumentum*, & non ſolum pro *Cænotophio*, ſed pro qualibet re quæ ad nominis æternitatem paratur, poni ſolet. hinc cecinit Poeta.

Qui candido Dido
Eſſe ſui dederat monumentum, & pignus,
Amoris, &c.

CONCLVSIO V.

Area, ab Areis illis, in quibus fru-
mentum trituratur, dicitur: de qui- 10
bus Areis Sepulchrorum, D. Cyprianus ratiocinans in actis paſſionis, quæ hodie *Cæmeteria dicuntur*, ſic inquit.

Eius corpus propter gentilium curioſitatem; in proximo poſitum eſt cum cæteris, & Scolaribus in Areis Macrobij Candidi Procuratoris.

De huiuſmodi etiam Area, in Mar- 11
tyrologio Romano, *ſub* 3. *die Septembris ſic habetur. Sancta Serapia paſſa eſt*

quarto Kalend. Auguſti, & à B. Sabina in ſuo monumento, iuxtà Aream Vindiciani, ſepulta eſt. Et Tertulianus ad Scapul. ſub Hilarino Præſide, cum de Areis ſepulturarum noſtrarum acclamaſſent, Areæ non ſint, Areæ ipſorum non ſuerunt, meſſes enim ſuas non egerunt.

CONCLVSIO VI.

12 Tumulus quaſi tumens humus, quę eleuatur, Sepulto homine, & ponitur pro ſepulchro; quia coaceruatur terra. *hinc dixit Iob*, cap. 10. *de vtero translatus ad tumulum.*

13 *D. Hieronymus in cap.* 10. *Matth. & Cicero lib.* 3. *qq. tuſculan. ex Homero, ſic loquitur.*

Quo magis eſt, æquum tumulis mandare peremptos, & poeta 3. *Æneid.*

Hoſtilem ad tumulum Troiæ, ſub mœnibus altis,
Iuſſa mori.

CONCLVSIO VII.

14 Pijramis dicitur à *Pyra*, quæ erat Aceruus lignorum accenſorum, dum comburebantur corpora, quorum cineres in Pijramidibus poſtea collocabantur, hinc pro ſepulturis accipiuntur ex Herodoto. Erant altæ, & acutæ, & inſtar illius, quæ hodie cernitur propè portam Hoſtienſem à latere dextro, verſus, D. Pauli Templum; in qua fuere collocatæ cineres Caij Ceſti.

15 De quibus cecinit Martialis. *Barbara Pijramidum, ſilet miracula Memphis.*

16 Duæ, inter alias Pijramides reperiuntur vltrà Nilum, propè Babylonem, tertia verò Cluſi in Tuſcia Ciuitas Regalis, vbi Rex Porſena reſidebat, cuius Ciuitatis Author huius operis, eſt patritius antiquus: quæ Pijramidis dicitur Sepulchrum fuiſſe ipſius met Regis Porſenæ, immenſæq; magnitudinis extitiſſe, *vt eſt Author Thomas Porcacchius in ſeptima tabula ſepulchrali*, *fol.* 44. in quibus cineres Regum, & Imperatorum ſeruari ſolebant.

17 Pijramides Ægypti, inter ſeptem orbis miracula annumerantur; ſic dictæ; quòd in formam ignis aſcenderent, & inter has tres numerantur; præſertim Pijramis ampliſſima ex Arabicis lapidibus conſtabat, trecenta quadraginta ſex milia hominum, viginti annis eam conſtruxiſſe; *tradit Plinius, lib.* 32. *cap.* 21. *Herodotus, lib.* 2. *Ariſt.* 3. *politico Diodorus, lib.* 2. *Phyloſtratus, lib.* 1. *Plutarchus, lib.* 5. *de Pyramidum diſtinctione, Epigramatarius Grecus, lib.* 4. *Marcellinus, lib.* 22. *Vilapandius in Ezechielem, tom.* 2. *p.* 2. *lib.* 5. *diſp.* 4. *cap.* 63. *fol.* 559. *& alij.*

CONCLVSIO VIII.

18 Mauſoleum eſt propriè Principis ſepulchrum, & dictum eſt, à *Mauſolo Rege*, cuius Vxor Artimiſia, pudicitia inſignis conſtruxit Sepulchrum miræ pulchritudinis: hinc alia ſepulchra per Antonomaſyam, ſic appellata ſunt, & præſertim illud Cæſaris Auguſti, quod Romæ cernitur.

Doctorum Allegationes.

19 *Ità aſſerit Gloſſa, cap. bene, diſt.* 96. *verb. in Mauſoleo, Valerius Maximus, lib.* 4. *cap.* 6. *cum alijs. Mauſoleum Regis Cariæ, inter ſeptem Orbis miracula adſcribitur, hac vna potiſſimum de cauſa, quod in illo erat Columna, in qua ſculpenda, quatuor Excellentiſſimi, & Eminentiſſimi Scultores claruere, ideſt, Scopus, Brixes, Timotheus, & Leochares.*

CONCLVSIO IX.

20 Sarchophagus etiam pro ſepultura multotiès deſumitur à Sarcophago lapide marmoreo, vel ſutuli, in quo primùm

mùm corpora mortuorum condita , infra quadraginta dies, exceptis dentibus aſſumebantur ; ſic dictus, quod eſt *Caro* , & quod eſt , *comedere* , quaſi *carnem comedens* , *& conſumens.*

Doctorum Allegationes.

21 *Meminit D. Auguſt. lib. 18.de ciuit. Dei cap. 5. tom. 5. dicens. Arca enim , in qua mortuus ponitur, quod omnes iam , Sarcophagum vocant , à noſtris pro ſepulchro vſurpatur. L. libertis, ff. de aliment. & cibar. legati, Plinius, lib. 2. cap. 96. & lib. 35. cap. 17. iſtor. Valer. Maxim. lib. 11. & alij .*

CONCLVSIO X.

22 Buſtum pro loco , in quo mortui Corpus fuit combuſtum , & ſepultum , *quaſi benè vſtum.* Vrna , in qua cineres combuſtorum , & exuſtorum conſeruabantur. Puticuli, in quibus cadauera plebeorum humabantur , à putreſcendo dicti.Dormitorium,à dormiendo ; quia ibi mortui requieſcunt: Mori namq; pro requieſcere ſumitur : *vt D. Paulus primò ad Theſſalonicenſ. cap. 4. dicit. Nolumus vos ignorare de dormientibus , &c.*

CONCLVSIO XI.

Ergaſtulum , per antiphraſim, à ver-
23 bo greco , quod eſt , *Operari* , vel *Laborare* , quaſi quod cadauera in ſepulchris non laborant , ſed quieſcunt in Domino , vt dicitur *Apocal. cap. 24. Amodò dicit ſpiritus , & requieſcant à laboribus ſuis .*

CONCLVSIO XII.

24 Cænotophium etiam honoris dumtaxat,& memoriæ cauſa factum dicitur , nullo corpore exiſtente in illo : quod à Grecis dicitur *ſepulchrum inane, & tumulus. L. monumentum , ff. de religio. & ſumpt. ſuner.*

De huiuſmodi Cænotophio fit memoria *in l. vel quæ , 6. ff. de religio. & ſumpt. funer. §. ſi adhuc , ſuper quo Aſinius , fol.* 204. dum diſputat an Cænotophium dicatur Religioſum , & *num.* 2. aſtruit honorarium appellari, tumulum à Suetonio in Claudio , & apud Athenienſes eſt maximè vſurpatum hoc nomen . 25

CONCLVSIO XIII.

Sepulchrorum nomina alia , vt Sacra quies, Sedes, Theſaurus,Orciuum, Conditorium , ſeu Conditiuum mentiontem agunt infraſcripti Scriptores : Domus æterna , Arca , &c. 26

Doctorum Allegationes.

Ità ſcribunt Caſſiodorus , lib. 6. epiſt. 8. l. penult. cod. de ſepultur. violat.Tibullus , lib. 3. eleg. 2. Tertullianus , de Reſurrect. car. cap. 37. Accius Poeta , apud Gellium , lib. 1. c ap. 24. Plinius , lib. 7. cap. 16. L. qui in inſulis , §. diuerſos. ff. de religio. & ſumpt. ſuner. 27

CONCLVSIO XIIII.

Feretrum eſt quoq;Sepulchrum plebeiorum , ac damnatorum , *vt Gloſſa autumat , in l. quicumq; §. libiſtinarij , ff de inſtitut. act.* ponitur aliquando pro ſepulchro Potentum , 2. *Regum, cap.* 3. 28

CONCLVSIO XV.

Depoſitum eſt capſa in altum poſita in qua corpora defunctorum deponuntur , quæ depoſita à Summo Papa Pio V. ablata fuere per ſuam Bullam incipientem, *Cum primum, &c. §. & vt in Eccleſijs , &c. die* 1. *Aprilis* , 1566. *de qua in Bullario , tom. 2. fol.* 179 *Vnde Rituale Romanum , tit. de exequijs , verb. vbi viget.* dicitur : *Cui locus ſepulturæ dabitur in Eccleſia, humi tantum detur.* 29

Digitized by Google

CONCLVSIO XVI.

30 Sepulchrum eſt, vbi Corpus, & hominis oſſa condita ſunt, vel in quo mortuus eſt ſepultus. *L.2.§. ſepulchrum. ff. de religio & ſumpt. funer.* nunc vero eſt locus ſepulturæ, & ſepulchri appellatione omnes ſepulturæ continentur. *L. Prætor ait §. ſepulchrum. ff. de ſepulchro: violat.*

31 Dictum eſt autem à ſepeliendo, ſicut ſimulacrum, quaſi *ſemipulchrum*; cum non ità intus, vt foris eſt, pulchrum exiſtat: vel quod ſit ſine re pulchra, ſeu quia, ſine pulſu mortui ſint; ſiue quod in eo corpora à viuis ſepelliantur, hoc eſt, ſeparantur; aut à ſupino ſepultum ſit, ſepulchrum, mutato T. in C. vnde ſepulchrum, pro *ore* ſeu *ventre*, ſępè vſurpatur; vt aſtruunt *Artemidorus lib. 1. cap. 82. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6. de Artemiſia*, & alij, & dicta nomina pro ſynonimis accipiuntur in præſentia, licèt differant nomine. *L. ſi idem, Cod. de codicillis.*

CONTROVERSIA IIII.

An Iura Sepulturarum, ſeu Sepulchrorum dentur? vbi plura ad rem ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Ius ſepulturæ eſt ius competens Eccleſiæ ad ſepeliendum in ſuo Cœmeterio, ab Ordinarij loci aſſignatione proueniens. *ex cap. Eccleſia. 13. q. 2.*

CONCLVSIO II.

2 Actus vnicus, quaſi poſſeſſionis ſufficit, ad effectum manutentionis in poſſeſſione ſepeliendi; *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſio. & proprietatis.*

CONCLVSIO III.

Ex depoſitione Teſtium extraiudicialiter, de Sepultura Corporum, in 3 aliqua Eccleſia reſultat acquieſcentia Curati. *L. 1. §. an opere, ff. de noui oper. nunciat.*

Doctorum Allegationes.

Tradunt has noſtras Theſes Abbas, in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 23. Ruinus, conſil. 106. num. 9. lib. 5. Puteus, deciſ. 192. & lib. 1. deciſ. 17. inter impreſſas, Gloſſa, ad l. 1. §. an opere, ff. de noui oper. nunciat. Rota in vna Vlixbonenſi, declarationis concordiæ, 5. Maij. 1599. coram Iuſto, cum alijs referendis. 4

CONCLVSIO IIII.

Ius Sepulturæ acquiſitum cenſetur, 5 per cadauerum Maiorum illationem, cum Inſignibus familiæ: & quando illorum deficit progenies, quibus tale ius competit, & extinguitur, mox liberè ad Eccleſiam redit, quæ liberè eundem locum alijs vendere, queit, ſicut de vſufructu illo extincto, cui facta eſt conceſſio, *L. penult. cod. de vſufrctu.*

CONCLVSIO V.

Parte de crimine leſæ Maieſtatis 6 damnato, filius eius iura Sepulturæ perdit. *L. 1. §. interdum, de ſuis, & legitimis hæredibus.*

CONCLVSIO VI.

Ad ſepulturæ Ius acquirendum priuatiuè quoad alios, licentia exigitur 7 ab initio, ſepulturam ædificandi, vnà cum ipſa ædificatione ſubſequuta.

Doctorum Allegationes.

Defenſores harum Theſium ſunt Sylueſt. verb. Sepultura, q 3. Petrus de Vbaldis, 8 *cap. 10. num. 6. de cano. portione Epiſco.*

Rota,

Digitized by Google

Rota, in Calaguritana Sepulturæ. 21. Maij, 1616. coram Coccino, & in Burgenſi Sepultura, 9. Decembris, 1605. coram Ortembergo, Lambertinus, de Iure patronat. p. 1. lib. 1. art. vlt. verſ. bene verum, & verſ. ſi de cœtero, cum alijs. Et tale ius non cenſetur acquiſitum ex ſolo curſu decennali, & Cadauerum illatione, vt in d. Burgenſi. 9. Decembris, & in d. Calaguritana, nec etiam tale ius probatur ex Inſignibus, & deſcriptionibus ſuper lapide Sepulchrali, vt in d. Burgenſi per doctrinam Bartoli, in l. reliqui. ff. de religio. & ſumpt. funer. Bellamerus, decif. 145. nu. 7. & alij.

CONCLVSIO VII.

9 Ius Sepulturæ minimè cenſetur acquiſitum priuatiuè quoad alios, ex iure patronatus, quod quis in Eccleſia habet.

CONCLVSIO VIII.

10 Sepulturæ valida conceſſione haud probata, Eccleſia habet intentionem fundatam, quod illius Sepultura ſit libera, & non alicuius priuatæ familiæ, *iuxtà §. ſacra inſtitu. de rerum diuiſio.*

CONCLVSIO IX.

11 Sepulturæ ſignum, vbi non eſt, dari non poteſt mandatum de manutenenda.

Doctorum Allegationes.

12 *Docent has noſtras aſſertiones Rota Toletana Capellania, & Sepultura. 27. Iunij, 1616. coram Vbaldo, Lambertinus, p. 1. lib. 1. q. 11. art. 13. eadem Rota in d. Burgenſi Sepultura, 9. Decembris, 1605. coram Ortembergo, & Lancellotto 5. Maij, 1603. & de Iure, qualibet Eccleſia ad ſepulturam, quem vult recipere valet. Et eadem Rota in pampilonenſi ſepultura, 15. Decembris, 1606. coram Lodouiſio, qui fuit Papa Gregorius. XV. decif. 283. Innocent. in cap. 1. Abbas, in cap. certificari, de ſepultur. cum alijs.*

CONCLVSIO X.

13 Si quis, in alicuius Sepulchrum, porticum, vel ſtillicidium inmiſerit, cum eo poterit agi, vi, aut clam, etiam quod ipſum non tangat; cum in ſepulchro actum ſit, & ſepulchrum eſt non ſolum, quod reſpicit humationem, sed etiam omne id, ſuprà; Et ideò nomine ſepulchri agi poteſt quia ſepulchri appellatione omnis ſepulturæ locus continetur; *L. ſi quem, §. penult. ff. quod vi, & clam.*

CONCLVSIO XI.

14 Ius ſepeliendi ad deſcendentes, ac Poſteros, minimè vero ad hæredes extraneos tranſit.

CONCLVSIO XII.

15 Ius ſepeliendi dicitur priuatum, & non publicum, quod dari, legari, & vendi poteſt, cum Vniuerſitate bonorum.

Doctorum Allegationes.

16 *Tradunt has concluſiones Genuenſis, cap. 129. num. 2. in ſua praxi, Lambertin. de iure Patronat lib. 1 p. 2. q. 10. art. 3. Rocchus, de iure patronat. verb. Eccleſ. q. 6. cum cæteris dicendis.*

CONCLVSIO XIII.

17 Iura ſepulchrorum ij etiam, retinent quibus vt indignis hæreditas aufertur; L. 1. *& l. cum fratrem, cod. de his, quibus vti indignis.* L. *quia per inde. ff. ad ſenat. conſult. Trebell.*

18 Cuius eſt ratio; quia hæres eſſe non deſinit. L. *ex facto, §. Iulianus, ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. & §. reſtitutum, Inſtitut. de fidei commiſſ.* ſolum ius Sepulturæ filius amiſit, cuius pater eſt

B 4 de

de crimine leſæ Maieſtatis damnatus ; vt ſuprà diximus . Nam Iura ſepulchri nequeunt ſibi conſtituere ij , qui , Iura diuina, & humana profanè polluerunt, & ſuus hæres excluditur à Fiſco Prælato , *ex d. l.* 1. §. *interdum* .

19 Hinc eſt , vt ſi quis offerat ſe , & ſua bona Monaſterio, hoc ius ad poſteros minimè tranſit ; qui ſi grauantur reſtituere hæreditatem , minimè tenentur hoc ius reſtituere.

CONCLVSIO XIIII.

20 Hæreditate reſtituta , ius ſepulturæ apud hæredem remanet. L. *quia patricida* , §. *reſtitutam , ff. ad Trebell.* licèt ille extraneus ſit , & coactus adhiret hæreditatem .

CONCLVSIO XV.

21 Ex hęreditatis ſepulchra familiaria non tolluntur , & licèt , Sepulchrorum Iura tranſeant,cum bonorum Vniuerſitate; non tamen eſt verum in fideicommiſſo vniuerſali .

22 Cuius eſt ratio; quia apud hæredem remanet L. *quia perinde , ff. de ad ſenat. Conſult. Tribell. Imola , in l. ſi patronat. filius , in prin.* Iura vero patronatus remanent apud hæredem, hereditatem reſtituentem : quod non ſolum locum habet in iure patronatus Eccleſiaſtico , ſed etiam Laicorum ; *Baldus in l. cum virum , num.* 21. *verſ. extra quod , Cod. de fidei commiſſo* .

CONCLVSIO XVI.

23 Sepulchrorum Iura fœminæ vtique retinent, quæ in aliam familiam tranſeunt, ſiuè proximiores , ſiuè remotiores ſint. L. *liberorum , ff. de verb. ſignificat.* & ſicut Maſculi ſuccedunt , & maximè quandò ſunt in familia Paterna , & domo Patris, aut ſunt Hæredes .

CONCLVSIO XVII.

Iura Sepulchrorum filij emancipati etiam habent. L. *inſtitu. de hæred.* §. 24
emancipati. quæ ab inteſt. de ſer. & Teſtator iura ſepeliendi prohibere valet , iuſto odio commotus. L. 3. §. *ſi quis in hæreditarium, ff. de ſepult. violat.*

Doctorum Allegationes.

Multi ex Doctoribus relatis has 25
Theſes edocent , Rocchus , de iure patro. verſ. is, vel ipſe , *à quo , num.* 14. *cum cæteris dicendis* .

CONTROVERSIA V.

Sepulchrorum namq; Iura , quo pacto acquirantur ? vbi ſcitu digna multa reſoluuntur ad rem .

CONCLVSIO I.

Sepulchrorum Iura adipiſcuntur *Ex*
l. familiaria , & ex. l. hæreditaria. ff. de 1
religio. & ſumpt. funer. Familiaria certè cibi , ac familiæ, hæreditaria verò ſibi, & hæredibus , quis conſtituit : ſed in vtroq; hæredibus , & cæteris Succeſſoribus , qualeſcumq; fuerint , licet ſepelire , & mortuum inferre.

CONCLVSIO II.

Sepulchra particulari , ſeu ſingulari
titulo transferri haud valent , vt de le- 2
gato. L. *Iulianum* , §. *final. ff. de l.* 1. compræhenditur tamen in legato ius inferendorum Cadauerum . vnde ſi Teſtator velit externæ familiæ , mortuos inferri in eius ſepulchrum , non ipſum ſepulchrum, ſed ius , vt legit inferendorum Cadauerum neceſſe eſt. L. *monumenta , Cod. de legatis.*

CONCLVSIO III.

Sepulchrum Iure dominij vendicari 3
non

Digitized by Google

non poteſt: ſi tamen Monumentum purum fuerit, legari valet.

Doctorum Allegationes.

Ità autumant *Saliceus. L. ſi Sepul-*
4 *chrum*, Cod. *de religiò. & ſumpt. funer. Bertacchinus, de epiſco. lib. 4. q. 13. Lambertinus, lib. 1. p. 2. q. 6. de Iure patronat. cum alijs.*

CONCLVSIO IIII.

5 A Sepulchrorum iure, fide commiſſarius excluditur, ſed apud hæredem remanet etiam, vt quis in minima parte, hæres eſſet, & in iure vtiq; Patronatus, Concluſio iſta extenditur. L. *quia per inde ff. ad Tribell.*

CONCLVSIO V.

6 Sepulchrorum dominium nequit præſcribi, ſed dumtaxat inferendorum Cadauerum. L. *monumenta*, *Cod. de Legibus.*

CONCLVSIO VI.

Sepulturæ ius, quod quis ſuæ fami-
7 liæ conſtituit, ſpectat ad Filios, Nepotes, Pronepotes, & deinceps, ad omnes natos, tàm Maſculos, quàm Fœminas, etiam ſi eſſent emancipati, ſiuè hæredes fuerint, ſiuè abſtineant: quod non procedit, quandò Sepulchra acquiſita eſſent pro ſe, & ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus, & non alijs.

Doctorum Allegationes.

8 *Has Theſes defendunt Sebaſtianus Medices, q. 15. num. 12. de Sepultur. Rocchus, de iure patro. num. 21. de curte, Aſinius, l. familiaria, §. 1. ff. de religio. & ſumpt. funer. num. 3. l. penult. ff. de mortuis inferendis, Couarruuias, in cap. Raynutius, §. 5. num. 11. de teſtam. & alij nominandi.*

CONCLVSIO VII.

In ius Sepulchrorum Subſtituti ſuc- 9
cedunt. *vt Alexander in l. centurio, num. 44. de vulgar. & pupill. autumat.*

CONCLVSIO VIII. 10

Sepulchrum cedit fundo vendito, niſi ſit exceptum, vel niſi habeat aditum ex publico. L. *ſi mercedem*, §. *ſi eum.*

CONCLVSIO IX.

Sepulchri ius non poteſt vſu capi in 11
nullius bonis, vt habetur. §. *nullus inſtitu. de rerum diuiſione.*

Doctorum Allegationes.

Docent has Theſes Bartol. in d. l. ſi 12
mercedem, ff. de actio. emptionis, Baldus, in l. final. Cod. de dict. D. Adriani, cum alijs.

CONCLVSIO X.

In Sepulchri Ius non venit vſus fru- 13
tuarius, etiam omnium bonorum, ſed bene ſuccedit in iure Patronatus; quia vſus fructus, morte finitur, & ius inferendi confertur poſt mortem.

CONCLVSIO XI.

In Sepulchri iure bonorum poſſeſſor 14
ſuccedit. §. *quos autem, inſtitut. de bonorum poſſeſſ.* eſt enim Succeſſor vniuerſalis.

CONCLVSIO XII.

Sepeliri poteſt hæres in Sepultura, quamuis in poſſeſſione non ſit miſſus, 15
quia in puris in corporalibus, ius habere ſufficit, ſecus ſi non adijciſſet hæreditatem.

Doctorum Allegationes.

Docent has aſſertiores Aſinius, in l. 2.
§. *ſed fructuarius ff. de religio. & ſumpt. funer.* 16

Digitized by Google

funer. Lambertinus *, lib.* 1. *p.* 2. *art.* 3. *q.* 15. *de iure patro. Rocchus, num.* 14. *de iure patronat. verſ. ipſe, vel ii, à quo*, Innocent. *in cap. cum in noſtris, de conceſſione præbendar.* Lambertin: *vbi ſuprà, q.* 2. *art.* 34. *& alij*.

CONCLVSIO XIII.

17 Sepulchri ius, ſi hæreditas diuidatur, vni tantum adiudicari nequit; Et ſi hæredes Conſtructores Sepulchri extinti ſunt, ſepultura alijs concedi poteſt. nam mortuo vſuario, ad proprietarium vſus redit, *cap. ad Apoſtolicam, de ſimonia*.

CONCLVSIO XIIII.

18 Ius Sepulchri, cum de re temporali permutari nequit; aliàs, ſimonia committeretur, ſed benè cum alia ſepultura, cum venia ſcilicet Domini Epiſcopi.

CONCLVSIO XV.

19 Ius ſepulturæ per donationem omnium bonorum transfertur, licèt donatum ſit ſpirituale, donatio namque valebit, Domino Epiſcopo conſentiente.

CONCLVSIO XVI.

20 Ius ſepulturæ compræhenditur per locationem perpetuam Vniuerſitatis, ſed pignore dato, Vniuerſitate bonorum, ſepulturæ datum ius non intelligitur, ac dos data, cum bonorum Vniuerſitate, tranſire facit iura ſepulturæ.

CONCLVSIO XVII.

21 Ius Sepulturæ in publicatione omnium bonorum, tranſit ad Fiſcum Eccleſiaſticum, ſecus, ad Laicum.

CONCLVSIO XVIII.

22 Iuri Sepulchrorum renunciari nequit in illorum videlicèt præiudicium, qui de parentela manent, quandò illis tantum de parentela competit, ſicut de iure Patronatus dicitur.

CONCLVSIO XIX.

Ius Sepulturæ transfertur priuilegio, niſi ſit familiare, vel hæreditarium, & habet ſimilitudinem cum Iure Patronatus. nam multa, quæ procedunt cum iure Patronatus, etiam procedunt in iure ſepulturæ. Et ius funerandi præſcribi valet, ſecùs vero eſt aſſerendum, cuius memoria non exiſtit. 23

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur has Theſes Rocchus num. 23. *vbi ſupra, de iure patronatus, & nu.* 30. 37. *&* 65. 72. *&* 89. *& verſ. in Eccleſiam, num.* 13. *Lambertinus, de iure patronat. lib* 1. *q.* 2. *art.* 3. *p.* 2. *cum alijs nominandis*. 24

CONTROVERSIA VI.

AD quem namq; pertinet facultatem concedere ſepeliendi, putà, in tali loco? vbi plura de ſepulchrorum iure, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Ad Dominum Epiſcopum loci ſpectat facultatem præſtare ſepeliendi in tali loco: quandò vero eſt alicui conceſſum priuilegium, in alicuius conſtructione ſepulturæ, ſepeliendi loco tunc ſatis erit Rectoris conſenſus quam, illo renuente dare, ad Diœceſanum eſt reccurrendum. 1

CONCLVSIO II.

Ius ſepulturæ de Epiſcopi conſenſu valeat legari Laico, ſecùs verò eſt dicen- 2

Digitized by Google

cendum, ſi Eccleſiæ legetur.

CONCLVSIO III.

3 Sepulturæ Eccleſiaſticæ ſi quis Iure priuatur, nequit tale ius in alterum transferri, putà, ſi hæreticus ſit, vel huiuſmodi.

CONCLVSIO IV.

4 Donato fundo, ſepulturæ ius cenſetur in illo donatum eſſe, quandò, aliundè ad illud accedi nequit: ſicut etiam, data Vniuerſitate bonorum in feudum, etiam donatum intelligitur ius ſepulturæ; & pari modo de conceſſione facta in emphyteuſim.

Doctorum Allegationes.

5 *Tenent has noſtras concluſiones Rocchus, de iure patronat. verſ. ipſe vel is, à quo, q. 13. Lambertinus, de iure patronat. q. 2. art. 1. & 7. cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO V.

6 Sequeſtro facto, de iure ſepulturæ minimè intelligitur factum eſſe: ac Depoſitarius ius habet mortuos inferendi, atque ius ſepulturæ transfertur ſententia, & iuramento.

CONCLVSIO VI.

7 Sepulturam conſtituet, nulla ſibi facta reſeruatione iuris, cenſetur tacitè ius ſepeliendi reſeruatum; ſicut contingit de conſtruente Eccleſiam; & ſicut plures conſtruunt ſepulturam, omnes æqualiter ius habent ſepeliendi, cum ſepultura ſit indiuiſibilis.

Doctorum Allegationes.

8 *Ità Rocchus de iure patronat. vbi ſupra, & Lambertinus. d. l. q. 2. art. 1. & 4. & q. 3. art. 3. & 4. & alij.*

CONCLVSIO VII.

Teſtator ſi mandat Sepulturam in certo loco conſtrui, cum certa pæna, ſi hæres non poteſt, quia à Superiore denegatur facultas; tamen menti Teſtatoris ſatisfecit, ſi alibi eam conſtruat, *Ex cap. nemo de conſecrat. diſt.* 1. 9

Hàm hæres in tali caſu, alibi tenebitur Sepulturam conſtruere, quando verò locus non eſt à Teſtatore expreſſus, vbi vult vt ſepultura conſtruatur, & hæredes inter ſe diſcordes fuerint, electio ſepulturæ conſtruendæ loci, ad Epiſcopum ſpectabit. *Ex cap. nemo de conſecrat. diſt.* 1. vel in Parochia conſtruetur, niſi ex aliqua Teſtatoris coniectura, mens aliter colligatur. vt citati *Scriptores, Rocchus, & Lambertinus, in allegatis locis aſtruunt.* 10

CONCLVSIO VIII.

In Sepulturæ conſtructione, in Eccleſia patronata non requiritur conſenſus patroni: quia ſicut in illa fundari valet Capella, inuito Patrono, ſic multò magis ſepultura conſtrui valebit. 11

CONCLVSIO IX.

Sepulturam, qui pecunia alterius conſtruit, ſi dominus pecunæ id ratum habuerit ſepulturæ dominus efficitur, ſin minus, ad reſtitutionem conſtruens pecuniæ tenebitur. 12

CONCLVSIO X.

Bona fidei commiſſo ſubiecta, pro ſepulturę conſtructione alienari nequeunt; benè tamen, pro exequijs faciendis Teſtatori, iuxtà ſui ordinis ſtatum alienari queunt. 13

Doctorum Allegationes.

Tradunt has Theſes Lambertinus, lib. 1. de iure patro. p. 1. q. 3. art. 17. Rocchus, 14

de

de iure patron. verſ. Eccleſiam,q.vlt. Paulus, de Cittadinis, de iure patron at. p. 3. q. 3. art. 2. cum alijs.

CONCLVSIO XI.

15 Sepulturam, ſi quis incipit conſtruere, & alter eam perficiat, ambo erunt domini; licèt Diœceſanus eum quiuerit compellere ad perficiendum, qui eam incepit, & infrà terminum ſibi benè viſum, cogere ad eam perficiendam; cum ex ſola inchoatione illius, ſepulturæ Ius acquiratur, minimè ſine eius perfectione.

CONCLVSIO XII.

16 Sepulturam promittens conſtruere, ad illam perficiendam compelli poteſt, quia pollicitatio, de iure canonico actionem producit, vt quis cogatur ad aliquod perficiendum etiam antequam incœperit. *Ex cap. qualiter, de pactis.*

Doctorum Allegationes.

17 *Sequuntur has noſtras aſſertiones Paulus de Cittadinis, de iure patro. p. 3. q. 14.& q.18. Medices, de ſepultur. q. 16. nu. 13.& alij allegati, & referendi.*

CONTROVERSIA VII.

AN valeat conuentio, vt minimè liceat Emptori in loco empto, Eccleſiam, Capellam, aut Sepulturam ædificare? vbi alia de ſepulchrorum iure, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Huiuſmodi conuentio nec valet, nec tenet: quia Laicus, licèt Imperator ſit, vel vir Sanctus, nequit legem rei Eccleſiaſticæ imponere; vel aliquid diſponere contrà libertatem Eccleſiaſticam, *Authent. caſſa*, *Cod. de Sacro Sancta Eccleſ.* ſed dicta conuentio eſt contrà Religionem. ergo non eſt admittenda. *L. ſi quis ſepulchrum, in prin. ff. de religio. & ſumpt. funer.* cum Religionis fauor multa inducat.

Doctorum Allegationes.

Docent Bartol. in l. 2. **Cod. de commu. ſer. manumiſſ.** *Lambertinus, lib. 1. p. 1. q. 3. art. 23. de iure patro. fol. 16. de ſepultu. n. 9. fol. 192. & alij, & concluſio intelligitur, priuſquam Eccleſia ſit ædificata, vel eſſet incœpta ad ædificandum.* 2

CONCLVSIO II.

Ad ſepulturam ædificandam in caſu neceſſitatis, Vniuerſitas, vel aliquis particularis cogi poteſt; putà, ſi Eccleſia eſt adeò parua, vt Cœmeterium ſufficiens non habeat ad mortuos ſummendos ſuæ parochiæ, Diœceſani authoritate. 3

CONCLVSIO III.

Sepulturam ſi quis conſtruat, de Rectoris Eccleſiæ conſenſu, pro ſe, atq; tertia perſona, quæ nihil expendit, ius ſepulturæ, ambobus acquiritur: quia ille, nomine alterius conſtruxiſſe videtur. 4

CONCLVSIO IV.

Sepulturam ſi Teſtator mandet conſtruendam per hæredem, infrà certum tempus, & hic hæres moriatur, mortui hæres tenebitur; ſi centum verò pro ſepultura legauerit conſtruenda, ſub certa forma; ſi centum illa non ſufficiant, poterunt in alium pium vſum, ad Ordinarij arbitrium illa centum conuerti in aliam etiam ſepulturam: ſimiliter, ſi mandauerit, conſtrui ſepulturam in teſtamento imperfecto, eius voluntas eſt ſeruanda. 5

De-

Doctorum Allegationes.

6 *Docent Paulus de Citadinis, p. 3. q. 29. cauſa. 1. de iure patro. has Theſes noſtras, Calderinus, conſil. vlt. de iure patro. Doctores, in l. hac conſultiſſima, §. ex in perfecto, Cod. de teſtam. Lambertinus, lib. 1. p. 4. q. 3. art. 13. de iure patro. cum alijs.*

CONCLVSIO V.

7 Spulturæ ius acquirit, qui illam funditus reædificat collapſam, & adipiſcitur.

CONCLVSIO VI.

8 Sepulturam nequit Meretrix, de bonis turpitèr acquiſitis, ædificare, ac omninò prohiberi debet ab ijs, ad quos ſpectat talis prohibitio.

CONCLVSIO VII.

9 Sepultura conſtructa de bonis, quorum reſtitutio fieri debet, minimè ad hæredes tranſmittitur; quia de illis, nec eleæmoſyna fieri debet: ſi verò illorum bonorum Dominus ratum habuerit, ei ius ſepulturæ acquiritur.

CONCLVSIO VIII.

Mota lite ſuper quaſi poſſidente ius
10 ſepulturæ, non proindè retardatur quò minùs, eo iure vtatur, dummodo non ſit talis vſus clandeſtinus, & Dominus ſtatim reclamauit, notitia habita.

CONCLVSIO IX.

Sepultura conſtructa de Teſtatoris
11 mandato pro tantum videlicèt Doctoribus, nequit Ordinarius diſponere, vt etiam pro alijs deſeruiat: quia aliàs, eſſet contrà Teſtatoris mentem, & voluntatem, & iniuria quoq; fieret Doctoribus; & diſpenſatio, ſine legitima cauſa, & contrà ius tertij fieri nequit, & non tenet.

CONCLVSIO X.

Ius ſepulturæ probatur ex antiquiſſima poſſeſſione, & eiuſdem conſtructione, etiamſi, nulla facta reſeruatio fuerit, & Patronus eius, Teſtis eſſe poteſt, in iuris cauſa ſepulturæ. 12

Doctorum Allegationes.

Tradunt has Theſes Lambertinus, de iure patro. lib. 1. p. q. 6. art. 7. & q. 8. art. 10. & 11. Medices, q. 16. num. 26. de ſepultur. & idem Lambert. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 1. & 7. & 12. num. 6. & p. 2. q. 10. & alij. 13

CONCLVSIO XI.

Sepulturarum cauſa eſt ſummaria, quæ, & quomodo intelligatur, conſuletur, *Clementina, ſæpè, de verbis ſignific.* 14

CONCLVSIO XII.

Sepultura ſi ſit intra fines duarum parochialium, erit communis quoad iura parochialia; quod eſt dicendum idem, ſi intrà fines fuerit duarum Diæceſium; & quo ad Iudicem, locus erit præuentioni, ſi ius ſepulturæ diſputatur, ſi pares erunt, vel æquales, ad Superiorem eſt recurrendum. 15

CONCLVSIO XIII.

Concurrentibus pluribus ad aliquẽ mortuum eligendum in ſua ſepultura, ſi pares fuerint, Eccleſiæ electio ad Parochum ſpectabit; ſi diſpares fuerint, ad maiorem numerum; veruntamen, Parochus Eccleſiæ, caſu quo electio ad eum ſpectet, meliorem eliget, perſonæ inſpecta qualitate. 16

CONCLVSIO XIIII.

Super iure Sepulturæ in cauſa litis vertentis, pro Eccleſiæ intereſſe, in iudicio Rector Eccleſiæ aget. 17

iu-

CONCLVSIO XV.

18 Ius Sepulturæ, Dominus Epiſcopus
nequit alteri concedere, inuito Domino, etiam pio loco: & Eccleſia deſtructa, ius Sepulturæ amittitur, per non vſum ſimpliciter eius ius non amittitur, ſed benè per contrarium vſum.

Doctorum Allegationes.

19 *Tenent has Theſes Gloſſa cum Doctoribus, in cap. licèt 16. q. 3. Medices, q. 16. num. 33 & 41. de ſepultur. Lambertin. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 4. de iure patro. & lib. 3. q. 2. art. 10. & lib. 4. q. 7. art. 6. cum alijs allegandis.*

CONTROVERSIA VIII.

AN iuris cauſa Sepulturæ, ad forum Eccleſiaſticum attineat, & quo pacto, Ius ſepulturæ amittatur? vbi plura ſcitu digna ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Ius Sepulturæ per ſimoniam amittitur, per Rectoris occiſionem, ſi viuus, in illa ſepeliatur; per hæreſim, per crimen leſæ maieſtatis, & alijs modis, & ſimilibus caſibus Eccleſia libera manet, ſi nimirum vnus erat Dominus ſepulturæ; ſecus ſi plures.

2 Nàm in tali caſu vnius amiſſionis, alteri accreſcit, ſi eſt ſepultura familiaris; ſi hæreditaria parocho Eccleſiæ.

CONCLVSIO II.

3 Iuris cauſa Sepulturæ ad forum Eccleſiaſticum pertinet, & proinde, in Laicum compromitti nequit, nec ſuper iure ſepulturæ tranſactio fieri poteſt; ſed ſi quis alicui, Ius ſuum ſepulturæ promittat, à Iudice Laico, in tali caſu compelli queit.

CONCLVSIO III.

A Sepultura de violenta expulſione, Iudex ſæcularis cognoſcere valet, 4
quando nempè eſt inter Laicos merè; & omnis violentia dicitur perſonalis iniuria. *L. itaq; fullo, ff. de furtis, & ex cap. cum ſit generale, de foro competenti.*

Doctorum Allegationes.

Tradunt has aſſertiones Lambertin. lib. 3. de iure patron. q. 8. art. 2. & q. 9. art. 5
7. & 10. p. 3. Gloſſa, in cap. caterum, de iudic. Medices, q. 44. & q. 16. tract. 1. num. 46. & 50. de ſepultur. & alij.

CONCLVSIO IIII.

Funerandi iuris cognitio, eſt verum, ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpe- 6
ctare, quò verò ad expenſas ad Laicúm Iudicem attinere. *L. hareditas, §. final. ff. de petit. hared.* vbi habentur, quod quamuis, ſtricto iure nulla teneatur actione hæres ad ſepulturam faciendam; attamen, principis, vel D. Epiſcopi authoritate compellitur ad ſupremæ voluntatis obſequium. Et hodiè ſtandum eſt *Decreto Trid. Concilij, ſeſſ. 22. cap. 8. de Reformat.* vbi Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, omnium piarum diſpoſitionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos, executores ſunt.

CONCLVSIO V.

Capella alicui conceſſa etiam cum
iure patronatus, non intelligitur Ius 7
conceſſum ſepeliendi niſi de eo mentio expreſſa ſit; ſed ſufficit D. Epiſcopi tacita licentia, quæ eſt intelligenda, quando ſcilicèt ſepultura eſt in loco pa-

patenti, & Epiſcopus non contradicit, & præſertim, ſi dicta Capella, vbi eſt ſepultura, ab eo fuerit viſitata.

Doctorum Allegationes.

8 *Tenent has Theſes Archidiaco. in cap. 1. de pact. in 6. in Clement. dudum §. huiuſmodi, de ſepultur. in 6. Rota, p. 1. diuerſ. deciſ. 222. & ſeqq. Genuenſ. in ſua praxi, cap. 40. nu. 17. Gratianus, p. 2. diſcept. forenſ. cap. 210. fol. 38. cum alijs recitandis.*

CONCLVSIO VI.

9 Actus alienationis Sepulturæ abſq; Ordinariorum locorum venia fieri nequeunt: & qui in ſepulturæ poſſeſſione eſt, dicitur eſſe in poſſeſſione illius, quò ad vſum, ne inutilis dicta poſſeſſio reddatur, contrà diſpoſitionem *Tex. in l. ſi quando, ff. de legat. 1. & l. penult. ff. de vſu, & habito.*

CONCLVSIO VII.

10 Si ſententia feratur, nè Cadauer tradatur ſepulturæ Eccleſiaſticæ, non poteſt appellari; quia hominis ſepultura temporis dilationem non recipit. *Cap. ex parte de ſepultur.*

CONCLVSIO VIII.

11 Hæres non ſepeliens ſui Anteceſſoris Cadauer punitur in pœnam quadraginta librarum auri, fiſco applicandarum; & eandem pœnam patiuntur Creditores defuncti, ſepulturam impedientes.

Doctorum Allegationes.

12 *Afferunt has aſſertiones Abbas, in cap. abolendæ. num. 1. de ſepultur. & cap. ex parte. 1. de ſepultur. Nauarr. conſil. 1. de ſepultu. num. 11. Roccnus, de iure patro. verſ. in Eccleſia, q. 6. Lambertin. lib 1. p. 5. q 41. de iure patro. art. 13. num. 3. Rota, in Abulenſi Sepultura. 20. Februarij, 1611. coram Decano, Gloſſa, & Ioan. Andreá, in d. cap. ex parte, de ſepultur. & ibi Ancharan. num. 4. Bellencinus, de ſubſidio charitatiuo, q. 15. nu. 1. Gramaticus, deciſ 82. Guilelmus, in cap. Raynutius, verb. mortuo, art. 16. de teſtament. Medices, q. 14. num. 9. & 10. de ſepultur. Genuenſ. cap. 41. nu. 16. & alij.*

Dubitatio Curioſa eſt in præſenti.

An ſi fiat legatum fratribus D. Franciſci, ſub conditione; Si ipſi Teſtatorem, in ſua Eccleſia ad ſepulturam receperint, putà, Capuccini, vtrum debeatur, ſi ibi ſit ſepelire prohibitum? ſit in ordine pro Reſponſione. 13

CONCLVSIO IX.

Dicimus, tale Legatum adhuc valere, & tenere, quamuis ibi Teſtator ſepultus non ſit; ſic namque conſtitutionibus Capuccinorum prohibentibus; vel quòd Teſtator manet excommunicatus, & propter alia huiuſmodi. 14

Nàm huiuſmodi conditio, vt impoſſibilis reijcitur, & habetur, prò non appoſita. L. 1 *ff. de condict. inſtitu.* ergo vera aſſertio. Quòd verò Capuccini, & alij fratres Reformati D. Franciſci, capaces legatorum ſint, declarauit Sacra Concilij Congregatio *die prima Martij 1590. ſic. Congregatio Concilij cenſuit, tàm Legatum rerum immobilium, quam inſtitutionem hæredis factam ſub modo licito, nempe, vt celebrentur, & conuertantur in neceſſitates Eccleſiæ, validam eſſe, Idemque ſi modus non fuiſſet adiectus, cum ſub modo licito, Legatum, & illius inſtitutio facta intelligatur. Ita eſt, Anto. Card. Caraffa.* 15

DIS-

DISPVTATIO SECVNDA

DE SEPVLTVRÆ ELECTIONIS LIBERTATE OMNIMODA, AC TOTALI.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN Clerici Sæculares, & Regulares vtriuſque ſexus, licitè valeant infirmum inducere, in propria ipſorum Eccleſia, ad ſepulturam eligendam?

EXPLICATIONES.

Quilibet namq; homo debitam ha-
1 bent ætatem, ſiuè vir, ſiuè mulier ſit, Eccleſiaſticam ſepulturam ſibi eligere valet; dummodo à Iure non prohibeatur; nam Eccleſiaſticæ Electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas auferri nequit. *Ex cap. cum liberum, de ſepultur. cap. contra, 13. q. 2. cap. animarum, de ſepultur. in 6. l. 1.* Cod. *de Sacro Sancta Eccleſia.* Et ex alijs Iuribus, certò id conſtat.

Et cum huiuſmodi electio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, libera eſſe totaliter debeat, ideò nullus valet aliquem, ex Eccleſiaſticis perſonis inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum, ad ſepulturam eligendam in aliqua Eccleſia ipſorum, vel ab electa retrahi, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ à Iure emanata; cuius verba placet per ſequentes Theſes recitare, quarum ſit.

CONCLVSIO I.

Animarum periculis, & ſcandalis,
quæ frequenter, ex his proueniunt, obuia- 2
re volentes; vniuerſis Religioſis, & Secularibus, Clericis, cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtant: In virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione Maledictionis æternæ, diſtrictiſſimè prohibemus, nè aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeù aliàs, promittendum inducant, vt apud eorum Eccleſias, ſepulturam eligant, vel iam electam, vlterius non immutent.

CONCLVSIO II.

Si ſecus autem actum fuerit, talem electionem decernimus, nullius penitus exi-
ſtere firmitatis. Statuentes, vt hi, qui 3
ſic elegerint, nec ſic apud ſic electas Eccleſias, nullatenus ſepeliri, ne contrà votum, iuramentum, aut promiſſionem huiuſmodi à ſe factam, materiam habeant venendi, poſſint eligere ſepulturam, ſed contradictione quacumq; ceſſante, ſepeliantur omnino apud illas Eccleſias, apud quas ſe-

Digitized by Google

ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi aliàs, ſepultura non electa, forſitan deceſſiſſent.

CONCLVSIO III.

4 *Si verò iidem Religioſi, vel Clerici, prædictos in ſuis Eccleſiis, vel Cœmeteriis, præſumpſerint ſepelire, ad reſtitutionem tàm ſepultorum Corporum, ſi petatur, quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eoſdem, infra decendium integraliter faciendam, ipſos eſſe cenſemus: quàm niſi fecerint, Eccleſiæ ipſa, apud quas ſepulti fuerint, nec non, & Cœmeteria earumdem, ex tunc eo ipſo ſint, & tandiù maneant Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſito, donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria omnium prædictorum.*

5 Satis D. Bonifatius Papa VIII. in ſua conſtitutione *cap. 1. lib. 3. tit. 12. de ſepultur. in 6. decretal.* Modò autem audiantur verba pænalia Clementis V. hanc dictam conſtitutionem approbantis, *cap. cupientes, de pænis, in 6. ſic dicentis.*

CONCLVSIO IV.

6 *Sanè, temerarios violatores conſtitutionis illius (ideſt Bonifatii VIII.) quæ Religioſis, & Clericis, Sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs, promittendum, inducant; vt ſepulturam apud eorum Eccleſias eligant, vel iam electam, vlterius non immutent. Similem ſententiam pæna in dicta conſtitutione contenta, in ſuo perdurante robore, incurrere volumus ipſo facto, ab alio, quàm à Sede Apoſtolica, præterquàm in mortis articulo, nullatenùs abſoluendos, nullis priuilegiis, aut ſtatutis cuiuſcumque tenoris exiſtant, ſuper his valituris. hæc Clemens V.*

Dilucidatio Huius Iuris Canonici.

Canonis iſtius Materia eſt auaritiæ, tollens ſepulturæ libertatem: & quòad perſonas eſt particularis, nempè ligans ſolos Religioſos, & Clericos Sæculares, quòad actiones, ponit vnam actionem habentem tres terminos, nempè inducere ad vouendum, iurandum, vel promittendum. 7

Vbi colligendo; tres caſus ſunt adnotandi, in quibus ligat iſte Canon. primus eſt, ſi inducant ad vouendum, ſecundus, ſi ad iurandum, tertius, ſi ad promittendum: & hoc ſiuè promiſſio ſit nuda ſiuè fide interpoſita; duo autem ſunt, quæ voueri, iurari, vel promitti prohibentur, ideſt, vel electio ſepulturæ, vel electæ non mutatio apud inducentium Religioſorum, ſeù Clericorum Eccleſias. 8

Itaut, ad incurrendum hunc Canonem requiritur Primò: quòd agatur de ſepultura apud Inducentis Eccleſiam. ſecundò requiritur inductio ad horum alterum, promittendum, vouendum, vel iurandum. tertiò requiritur, quòd iuſta inductio ſit cum opere ſubſequuto, hoc eſt, quòd Inductus hoc voueat, iuret, vel promittat; quia talis pæna eſt ſtricti iuris, & effectum neceſſariò requirit. quartò, quod Inducens ſit Religioſus, vel Clericus. quintò, quòd interueniat temeritas, propter verbum; *Sanè temerarios violatores*; vnde ſi ex ignorantia, putans ſe benè facere Religioſus, ſeu Clericus tranſgrederetur dictam conſtitutionem, ſed non remaneret excommunicatus: & ſimilitèr ſi exhortatur ad eligendam ſepulturam in ſua Eccleſia, non tamen inducit ad vouendum, nec ad iurandum, nec ad promittendum; non eſt excommunicatus, & eſt Papalis Excommunicatio. Sed magis eluceſcet talis Conſtitutio 9

C Cano-

Canonica ex ſequentibus, Controuerſiæ huius: aſſertionibus.

CONCLVSIO V.

Regulares omnes vtriuſque ſexus,
10 ac Clerici Sæculares ad ſepulturam eligendam in ſuis Eccleſijs inducentes, tamquam aliquid præiudiciale cæteris Eccleſijs facientes, in quibus de iure ſepeliri deberent, non ſolum læthaliter peccant, verùmetiam, eo ipſo excommunicati manent, ſi videlicèt cum voto, iuramento, vel fide inter poſita, aut promiſſione, id faciant.

11 Diximus, *Regulares omnes vtriuſque ſexus*; quia in recitato Canone nomine *Religioſorum*, ſecundum omnem proprietatem, & vſum loquendi compræhenduntur etiam *Moniales*: quæ proindè incurrunt in excommunicationem ipſo iure, ipſæ quoque inducentes, in ſuis Eccleſijs exterioribus, perſonas ad eligendam ſepulturam.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc Theſem noſtram.
12 *D. Caiet. in ſumm. cap.* 49. *Syluest. verb. excommun.* 7. *nu.* 49. *Nauar. in ſumm. cap.* 27. *num.* 103. *Toletus lib.* 2. *ſumm. cap.* 56. *nu.* 3. *Gambaruta, de caſ. reſer. cap.* 7. *num.* 4. *Sayrus, lib.* 3. *de cenſur. cap.* 29. *num.* 39. *D. Antoninus*, 3. *p. tit.* 24 *cap.* 57. *Angelus, verb. ſepultura, num.* 35. & 37. *Rodriquez, tom.* 3. *qq. regulari, q.* 85. *art.* 7. *Miranda, tom.* 2 *q.* 35. *art.* 18. *Suarez, tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 4. *num.* 26. *Pellizarius, cap.* 8. *de Monialibus num.* 16. *Alphonſus de Leone, de cenſur. recollect.* 4. *lib.* 5. §. *ſepulturam eligere, de officio Curati, Barboſa, in collect. Doctorum, ad* 3. *decretal. in cap. de vxore*, & *p.* 3. *de offic. Epiſco. allegat.* 50. *num.* 100. & *cap.* 26. *de officio Curati, Reynerius, in Catalogo cenſurarum, extra Bullam* Cœnæ, *cap.* 2. *Lauorius, tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *variar.* Lucubrat. & *de indulgentijs, cap.* 21. *num.* 21. *Tamburinus, tom.* 3. *de iure Abbat. q.* 6. *num.* 48. *Fillinccius, tract.* 11. *num.* 170. *Paſqualigus, deciſ.* 373. *nu.* 1. *Gloſſa, ad relata iura, Portellus, de dub. regul. verb. ſepultura, num.* 6. *Diana, p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 101. *Bonacina, de cenſur. diſp.* 2. *q.* 5. *punt.* 4. Lezana, *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 25. *tom.* 4. *verb. ſepultura quo ad Regulares, num.* 6. & 7. & *cæteri omnes, de communi ſententia.*

CONCLVSIO VI.

Præfata excommunicatio compræ- 13
hendit omnes, qui ad ſepulturam eligendam inducunt in proprijs Eccleſijs cum obligatione irreuocabili, qualis eſſet, quæ fieret mediante voto, iuramento, & alio quocunque modo promiſſionis, quo, quis ità maneat obligatus, vt ſalua fide, nequeat electionem ſepulturæ mutare, vt diximus concluſione 4. ſuprà, *vel iam electam, vlterius non immutent.*

CONCLVSIO VII.

Regulares vtriuſque ſexus omnes, &
Clerici Sæculares nequeunt illum in- 14
ducere, qui iam in ſuis Eccleſijs ſepulturam elegit, vt cum iuramento, voto, vel promiſſione obligatoria, talem electionem iam factam non mutet, *vel iam electam, vlterius non immutent*, quia dicta Iura volunt, vt quilibet mutare pro ſuo libito ſepulturam queat & aliam eligere, vbi voluerit, vſque ad vitæ finem.

Doctorum Allegationes.

Docent has Theſes noſtras omnes alle-
gati Scriptores, & *inſuper, Geminia-* 15
nus, in cap. licèt; §. *quamuis de ſepultur. in* 6. *Cæſar de Graſſis, deciſ.* 1. *num.* 1. *de ſepultur. Archara. conſil.* 214. *nu.* 5. &

Digitized by Google

5. *& ſeqq. Marianus Antoni: lib.* 1. *variar. reſolutio.* 112. *caſ.* 59. *verſ.* 3. *Corduba de Lara, in l.* 1. *ſi quis à liberis*, §. *parens, num.* 96. *& ſeqq. ff. de liberis agnoſcen. Guttirez, de iuramento confirmatorio, p.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. *Vgolinus, de officio Epiſco. cap.* 17. *num.* 1. *verſ. item locum, Melchior Phebo Luſitanus, deciſ.* 8. *tom.* 1. *Rodriquez, tom.* 4. *ſumma, cap.* 130. *num.* 7. *illius Nepos, Hieronym: Rodriquez, in qq. enucleat. reſolut.* 128. *Barboſa, de Curati officio, cap.* 26. *cum alijs recitandis.*

CONCLVSIO VIII.

Regulares vtriuſque ſexus, ac Cle-
16 rici Sæculares ſi adhortarentur, vel aliquem perſuaderent magnis præcibus ad ſepulturam eligendam, abſque tamen voto, iuramento, & promiſſione in ſuis Eccleſijs; & non intendant eum obligare, vt electionem nequeat mutare; nec peccant, nec in excommunicationem incidunt.

1 Probatur Concluſio ſic. Nam per
17 huiuſmodi perſuaſionem, & exhortationem præcibus factam, libertas haud aufertur, vt aliundè adhuc non poſſit ſibi ſepulturam eligere; quorum licèt, in tali loco ſepulturam elegerit, attamen valet alibi eam eligere; quia non eſt cum voto, iuramento, ac promiſſione facta. ergo vera aſſertio.

2 Huiuſmodi namq; perſuaſio non eſt intellecta ab Hortante præcibus, &
18 Conſulente, ipſum obligare cum voto, iuramento, & promiſſione, in dicto Canone interdictis his modis, vt non valeat proindè, electionem ſepulturæ iam factam immutare. ergo.

3 Cum enim ſimus in materia pænali, & ideò ſatis odioſa, non ſunt re-
19 lata Iura extendenda, vltrà quòd non exiguut, ſed potius ſunt reſtringenda, iuxtà *Iuris regulam in* 6. *odia, &c.* ergo nam Iura allegata non pertingunt ad ſenſum, quem in noſtra Concluſione intendimus.

4 Iuxtà etenim *Gloſſam in cap.* 1. *de* 20
ſepultur. in 6. finis legis extendi nequit qui eſt, liberam poteſtatem eligendi ſepulturam vſque ad mortem; ſed dum non interuenit votum, iuramentum, & promiſſio ſemper libertas remanet electionis. ergo.

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc noſtram Theſem, D. An- 21
tonin. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 51. *Caiet. vbi ſupra, Sylueſt. Angel. d. l. num.* 35. *Archidiaco. in allegata iura, Nauar. & Suarez, in locis citatis, Rodriquez vterque in relatis locis, cum cæteris allatis Doctoribus, vbi ſupra, Iacobus Mancinus, in ſua practica viſitandi Infirmos, p.* 1. *tract* 5. *dub.* 3. *verſ. hoc vere, & alij omnes allegati, & allegandi.*

CONCLVSIO IX.

Regulares vtriuſque ſexus, & Cle-
rici Sæculares, ad ſepulturam eligen- 22
dam inducentes in teſtamento, ſeu codicillo, vel cum obligatione non irreuocabili, ſeu cum voto, aut iuramento, vel promiſſione, non apud propriam Eccleſiam, ſed alienam; non peccant, nec in excommunicationem dictam incurrunt, & qui ſimpliciter idem agunt ſine iuramento, voto, & promiſſione in quauis Eccleſia.

Probatur pars prima huius aſſertio- 23
nis: nam Teſtamentum, ſeu Codicillum, non eſt votum, Iuramentum, aut promiſſio. ergo Coclusio: vera nàm, à diuerſis non fit illatio. ergo.

2 Pars probatur; quia in dictis Iuribus tantum vetatur votum, Iuramentum, & promiſſio, cum quibus libertas Sepulturam eligendi amittitur; at cum eſt reuocabile non impe-

Digitized by Google

ditur libertas ſepulturæ eligendæ. ergo vera concluſio.

24 3 Pars tandem probatur; quia Iura allegata loquuntur dumtaxat de Eccleſijs proprijs, & non alienis, & vbi lex non loquitur, nec nos loqui, & intelligere debemus ſcilicet de alienis Eccleſijs; & pœnæ ſunt reſtringendæ, & non ampliandæ. ergo.

Doctorum Allegationes.

25 *Sequuntur aſſertionem relatus Sylueſt. d. l. citans Ancharanum, & Ioan. Andreæ, Theſaurus, in ſua praxi, p. 2. verb. ſepultura, cap. 3. Rodriquez tom. 4. ſumm. cap. 103. & tom. 3. qq. regular. q. 59. art. 7. dub. 4. Toletus, lib. 1. ſumm. cap. 36. num. 3. Sayrus, lib. 5. de cenſur. cap. 12. num. 9. Boniſatius Vitalin. ad dicta iura, Filliucius, tract. 15. cap. 7. q. 3. Suarez Portellus, Paſqualigus, Lezana, cum alijs ſuprà nominatis in dictis locis, & alij de communi ſententia, Bonaci. diſp. 2. q. 5. punc. 4. de cenſur.*

CONCLVSIO X.

26 Prædicta excommunicatio compræhendit omnes Inducentes, cum voto Iuramento, aut promiſſione, ad ſepulturam eligendam, tàm Electores ſi prò ſe eligant, quàm pro alijs.

27 Nàm conſtitutio dicta vniuerſaliter loquitur de ijs, qui ad ſepulturam eligendam apud proprias Eccleſias inducunt.

CONCLVSIO XI.

28 Sepulturæ electio facta contra allegata Iura, eſt ipſo facto nulla, & irrita, & incurritur in excommunicationem ſtatim, Papæ reſeruatam, à qua non poteſt abſolui, niſi in mortis articulo: & iſte eſt ſepeliendus, vbi fuiſſet humandus, priuſquam ſepulturam elegiſſet.

CONCLVSIO XII.

Inducens ad ſepulturam eligendam cum voto, & Iuramento, aut promiſſione apud alienam Eccleſiam, e. g. Franciſcanus apud Eccleſiam Seruorum, cum fraude ſcilicet ad inſtantiam nempè ipſorum Seruorum, adhùc talis electio eſſet non ſolum ipſo iure nulla, ſed remanet Inducens ipſo facto excommunicatus. 29

CONCLVSIO XIII.

Regularis, ac Clericus Sæcularis ad ſepulturam eligendam in Eccleſia aliena poſſunt inducere; ſicut etiam Laicus valet inducere in certo loco ad ſepolturam eligendam, & talis electio valebit. 30

Cuius ratio eſt adæquata; quia ceſſat fraus, & ratio finalis legis *cap.* 1. *de ſepultur.* cuius verba ſuprà retuſimus; vbi de Sæcularibus inducentibus ad ſepulturam eligendam non fit mentio aliqua, nèc dſt eis interdictum. ergo. 31

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt has omnes Theſes, dicti omnes Doctores, Villalobos, p. 1. ſumm. tract. 17. difficult. 21. num. 4. Hieronymus Rodriquez reſolut. 128. Portellus, num. 5. verb. ſepultura, Lauorius, cap. 11. num. 11. tit. 2. var. Lucubrat. Petrus de Vbald. de Cano. portio. Epiſco. cap. 11. Tamburinus, tom. 2. diſp. 13. q. 15. num. 3. cum alijs dictis ſuprà, & dicendis, de commmuni ſententia. 32

CONCLVSIO XIV.

Regulares omnes, ac Clerici Sæculares ſi præſumpſerint ſepelire prædictos à ſe inductos; vltrà excommunicationem contrhactam; teneutur intrà decendium, reſtituere cadauera illa, ſi petantur, & omnia; quæ 33

occa-

occaſione illorum ſepulturæ obuenèrunt; aliàs Eccleſia ipſo iure remanet interdicta, donèc fuerit plenaria reſtitutio facta in integrum, & totaliter.

Doctorum Allegationes..

34 *Ità autumant Gloſſa, in d. cap.* 1. *de Sepultur. in 6.& habetur in d. cap.eupientes; de ſepultur: in Clement: Syluest: verb: excommun:* 7: *num*: 44: §. 16. *Ancharan: in his iuribus, vbi inquit, Malè accipiens, ſemper eſt in mora reſtituendi, & omnes Canoniſtæ, & Doctores in ſuperioribus allegati.*

CONCLVSIO XV.

35 Parochus, ſi corpus illius, qui alibi ſepulturam elegit, violenter rapuerit, & funus priuſquàm ad illorum manus deueniret, quibus debebatur ſpoliauit; tenetur in integrum reſtituere quid quid accepit, & Cadauer ipſum: & in pœnam huius ſceleris, perdidit quartam parochialem, ad ſimilitudinem hæredis ſubtrahentis res hæreditarias, qui in eis quartam trebellianicam perdit, ac ius inſtitutionis debitum, quod aliàs erat detracturus.

36 Ratio huius eſt eſſentialis; quoniam Prælatus valet præiudicare Eccleſiæ, in acquirendis, ſecùs in acquiſitis. L. *Paulus, ff. ad legem falcidiam. l: reſcriptum, ff. de his, qui vt indign:* 1: *& cap: ſi Epiſcopum*, 16: *q:* 6. *& cap: vlt:* 16. *qu.* 1.

Doctorum Allegationes.

37 *Amplectuntur vterque Rodriquez, Syluest: verb: ſepultura, num.* 11. *in locis ſupra dictis Oldradus conſil.* 224. *Lauorius, num*: 8. *vbi ſuprà, Hoſtien: in cap: liberum, de ſepultur: Portellus vbi ſuprà, Barboſa, cap.* 26. *de officio Curati, Ganantus, in manuali: Epiſco: verb: ſepultura, num*: 2. *Mancinus, dub*: 2. *fol:* 495. *& cæteri ſupra relati, ac nominandi, de communi ſententia.*

CONCLVSIO XVI.

Quilibet motu proprio, cum voto, & iuramento ſibi ſepulturam eligere valet nouam, antiqua relicta etiam in loco minus Religioſo; *Extrà de ſepultur.cap. cum quis,*& ſic facta electione ſepulturæ, tenetur deindè ſeruare huiuſmodi votum, ſeu Iuramentum; niſi, aliàs, ſit factus Epiſcopus, aut Regularis, vel talis ſepulturæ locus ſit quaſi diſſipatus, & huiuſmodi, *cap. inter, de domi. Religio.* 38

Doctorum Allegationes.

Suſtinent aſſertionem hanc noſtram Syluest. verb. ſepultura, num. 5. *& verb. excommun.* 7. *num.* 40. §. 16. *citans Archidiaconum, Lauorius, num.* 16. *d. l. Lapus, allegat.* 59. *cum cæteris allegatis in ſuperioribus, & allegandi.* 39

CONCLVSIO XVII.

Quis ſumens fideicommiſſum Maioratum, aut donationem, & ſe obligans cum Iuramento, ad ſepulturam eligendam, ſecundum Teſtatoris voluntatem; tenetur ad eius obſeruantiam, & ſibi imputet, quòd cum ea conditione ſe obligauerit. 40

Cuius rei eſt ratio ſubſtantialis; quia res tranſit cum ſuo onere. L. *Meuius, & l. qui hæredi, ff. de condict. & l. de cendit. Inſtitu.* 41

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruunt Molina, lib. 1. *cap.* 24. *num.* 40. *de primogenit. Lauorius, cap.* 11. *tit.* 2. *variar. lucubrat. Gratianus, tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 210. *num.* 19. *& alij recitati ſuprà, ac recitandi.* 42

CONCLVSIO XVIII.

Si quis elegit, nullam ſe velle habere ſepulturam, ſed in Mare projci, 43

vel in flumen dari, & huiuſmodi; non eſt ei obediendum, in ſimilibus caſibus, ſicut narratur, feciſſe Marcellinum Papam, in deteſtatione Idolatriæ ab eo commiſſæ, vt dicitur, *cap. nunc autem diſt.* 21. ſed omninò eſt danda tali perſonæ ſepultura Eccleſiaſtica, aliàs, capax, *ſi eſt.*

CONCLVSIO XIX.

44 Propoſitum ſepulturam eligendi, ſine illius ſequuta electione de facto, non ſufficit; cum propoſitum in mente retentum, nihil operetur. L. *ſi repetenda, Cod: de condict: ob caſus.*

Doctorum Allegationes.

45 *Doctores ſunt harum aſſertionum in allegata Iura, cap: nunc autem, & Sylueſt: verb: ſepultura, num: 5. Gloſſa, ad dicta Iura, Hoſtienſ: verb: ſepultura, cum cæteris relatis, ac referendi.*

CONCLVSIO XX.

46 Sæcularis ſi quis, motu proprio, ad nullius inſtantiam Regularis, & Sęcularis Clerici, verè, ac realiter, aliquem, ad ſepulturam eligendam induceret in aliqua determinata Eccleſia, cum voto, ſcilicet, aut iuramento, ſeu promiſſione, ex vi Iuris Canonici recitati, nèc læthaliter peccat, nec eſt excommunicatus.

47 Cuius ratio eſt adequata; quia dicta Iura tantum loquuntur de Religioſis, & Clericis Sæcularibus inducentibus ad ſepulturam eligendam cum iuramento, voto, ac promiſſione, minimè verò, de Sæcularibus, ſeu Laicis, & à diuerſis non fit illatio, L. *Papinianus exuli, ff. de minor: & cap: ad audientiam de decimis:* nàm ad incurrendam talem Iuris pænam, neceſſe eſt vt ſit Religioſus, & Clericus Eccleſiaſticus. ergo.

Doctorum Allegationes.

Docent omnes Doctores allegati num. 12. & ſequentibus, de communi ſententia, & alij allegandi, nulli eſt dubium. 48

CONTROVERSIA II.

AN inducentes ad ſepulturam eligendam cum voto, Iuramento, aut promiſſione, mortaliter peccent, & excommunicati ipſo Iure exiſtant effectu non ſequuto?

CONCLVSIO I.

Illi, qui ſic ad ſepulturam eligendam inducunt ex Regularibus vtriuſq; 1 ſexus, & ex Clericis Sæcularibus, dubium non eſt, quòd mortaliter peccant; ſed in excommunicationem haud incurrunt, effectu minimè ſequuto.

Cuius eſt ſufficiens, ac adequata ratio; quia quantum eſt de ſe, 2 malum actum intendunt, & in obiectum interdictum tendunt quatenus prohibitum eſt, quòd ſufficit, vt actus malitiam contrahat, quæ eo ipſo contrahitur, quòd illius obiectum eſt rationi diſſonum; ergo per illos non ſtetit, effectum huius inductionis non ſequutum fuiſſe.

2 Pars probatur, quòd non ſunt excommunicati; 3 quia talis illorum inductio non eſt operata, ad quod intendebatur ab Inducentibus, id eſt, ſuum effectum, ergo. quia talis actus inductionis conſiſtit in quadam continua ſucceſſione, vt exigatur effectus conſumatio.

Doctorum Allegationes.

Tradunt omnes Doctores allegati num. 12. Superioris Controuerſiæ, 4 vno excep-

to

Digitized by Google

to Emanuele Rodriquez, qui deindè ſe retractauit, tom. 4. ſumm. iam citato ſuprà, Boniſac. Cardinal. & Geminianus in commentar. ad dicta iura, Theſaurus, p. 2. ſua praxis, cap. 3. verb. ſepultura, Zabarella, in cap. cupientes, num. 4. vbi ſcribit; verba eſſe intelligenda cum effectum, & præſertim vbi agitur de pœna ſpirituali, Barboſa, cap. 26. nu. 26. de officio Curati, Hieronym. Rodriquez, reſolut. 128. Auila, p. 2. de cenſur. cap. 5. diſp. 3. dub. 5. Sanchez lib. 3. de matrimo. diſp. 2. num. 5. Coninchus, de cenſur. diſp. 13. dub. 8. num. 75. Nauar. lib. 5. conſil. 37. num. 2. de ſent. excommu: & in ſumm: cap: 27. num: 03. Angelus, verb. ſepultura, num: 37. Sylueſt: ibid: & verb. excommun: 7. num 49. & cæteri de cenſuris ſcribentes.

CONCLVSIO II.

Iura allegata omninò inductionem
5 prohibent ad ſepulturam eligendam cum voto, &c. minimè verò inductionis attentationem, quæ non habetur niſi ſepulturæ electionis effectus ſequatur.

Ratio eſt optima; quia abſque ſe-
6 pulturæ electione quis non dicitur Inductus ad eligendum effectu non ſequuto: ac idcò ſi electio non ſequatur, inductio non habetur; quia hæc eſt illa, qua quis inducitur; ſed non attentatio ad inducendum facit vt quis euadat excommunicatus: ſicut, qui tentat Clericum percutere, & non percutit, non incidit in excommunicationem *ſi quis ſuadente*.

CONCLVSIO III.

Improbabile eſt omninò aſſerere, Inducentes etiam effectu non ſequuto, in excommunicationem incidere.

Iam certè, concluſio conſtat ex dictis rationibus; & quia vtique odia; & pœnę ſunt omninò reſtringendę, & quoniam non debetur plus ſapere, ac intelligere à Legiſlatoribus, & ipſis iuribus, quæ ſolum modo effectum requirunt illius rei, quam ſub cenſura prohibent, & indiſcreta ſatis eſſet tàm lex ipſa, quàm indiſcretus Legiſlator ad innodandum excommunicatione aliquem, propter ſolam inductionem ad ſepulturam eligendam cum voto, &c. abſque huius inductionis effectu non ſequuto.

CONTROVERSIA III.

AN læthaliter peccet, & in excommunicationem incidat, qui ad ſepulturam eligendam inducit cum obligatione apud illam Eccleſiam, apud quam de Iure ſepeliri debuerat.

CONCLVSIO I.

Improbabile omninò non eſt aſſerere, illum non peccare mortifere; nec 7
excommunicatum remanere eo ipſo, qui inducit ad ſepulturam eligendam apud illam Eccleſiam, apud quam de iure ſepeliri debuerat.

1 Probatur aſſertio ſic: Nam iura
recitata ſunt in fauorem Eccleſiæ, vbi 2
defunctus de iure ſepeliri debet. ergo. Inducens ad ſepulturæ obligationem in dicta Eccleſia, vires tribuit dictis Iuribus, nec contrà ipſa agit. ergo vera concluſio.

2 Quæ enim in Eccleſiæ fauorem facta ſunt, in illius damnum, & pœ-
nam, retorqueri non debent, *de regul. Iuris, quòd ob gratiam, &c. in 6.* Sed 3
dictus Inducens agit in fauorem Eccleſiæ, dum cum voto, &c. inducit

ad ſepulturam eligendam in Eccleſia, in qua de iure ſepeliri debet. nàm certat de debito retinendo. *Cod. de condict. l. final.*

Doctorum Allegationes.

4 *Sequuntur Aſſertionem Ioannes An-*
drea, & Ancharanus, in citatis Iuribus, non diſplicet Sylueſtro verb. excommun. 7. *num:* 49: *ad finem, placet Rodriquez, tom:* 4. *ſumm: cap:* 170. *num:* 3. *aſtruit Hieronym: Rodriquez, num:* 6. *reſol:* 18. *& ſunt amplexi alij.*

CONCLVSIO II.

5 Cæterùm, abſolutè aſſerendum eſt,
ſtando in libertate Iuris ſepulturam eligendi, vt dicta volunt Iura, Inducentem huiuſmodi mortaliter peccare, & in excommunicationem incidere cum voto, &c. ad ſepulturam eligendam apud illam Eccleſiam, apud quam, de iure ſepeliri debuerat.

1 Veritas aſſertionis ſtat manifeſtiſ-
6 ſima in dictis Iur.bus, in quibus habe-
tur, *vel iam electam, vlterius non immutent. q. d.* etiam apud illam Eccleſiam, in qua de Iure ſepeliri debet. nam præfata iura, omninò, ac totaliter volunt, & requirunt eſſentialiter liberam poteſtatem vſque ad mortem ſepulturæ electionem, mutandi, & deligendi ſemper, vbi ſepeliri volunt. ergo vera aſſertio.

2 Probatur; quia, vbi inductio in-
7 teruenit cum voto, iuramento, &c.
ſepulturam eligendi in Eccleſia, in qua de Iure eſt ſepeliendus inductus, eam mutare non poſſet ſic; quòd à dictis Iuribus omninò prohibetur ſub peccato mortali, & excommunicatione ipſo facto incurrenda: quia tunc aſtringitur nequire amplius ſepulturam mutare, & aliam deligere. ergo vera concluſio.

3 Vbicumque namq; actus prohibi- 8
tus interuenit, ibi etiam peccatum adeſt; & cenſura ſimul poſita tali peccato, & actui prohibito, ſuum ſortitur effectum: ſed actus per allata Iura, prohibita eſt inductio ad ſepulturam eligendam cum voto, &c. quòd prohibetur, tamquam continens ſpecialem deformitatem ad rectam rationem; quia per hunc actum auaritia oſtenditur; quia præſumitur ex deſiderio emolumenti, quod Eccleſiæ Miniſtris prouenit ex ſepultura. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Sylueſt. verb. ſepultura, num. 4. *in-*
ſituat hanc Theſem noſtram, docet Paſqualigus, deciſ. 375. *num.* 7. *Portellus fauet. de dub. regul. verb. ſepultura, num.* 4. *& alij allegati in ſuperioribus, & allegandi.* 9

CONCLVSIO III.

Si quis, nulla promiſſione, voto, 10
aut Iuramento præcedente, in aliqua Eccleſia ſibi ſepulturam eligat, ac poſtea talem ſuam electionem factam ſepulturæ, iuret, aut voueat, aut promittat eam non mutare, talis electio eſt nulla, vt ſi ab inteſtato, & abſque electa ſepultura obiret, & decederet, per dicta Iura.

CONCLVSIO IIII.

Sepulturæ electio omnibus Adultis
eſt libera, dummodò à Iure non pro- 11
hibeantur, etiam in Regularium Eccleſijs, quòd à parochis minimè impediri valet, & reuocare queunt electam vſque ad mortem.

Iàm ſunt hæ duæ Theſes manifeſtæ,
ex relatis Iuribus; nàm quilibet per 12
teſtamentum, vel alio modo ſibi ſepulturam eligere, vel conſtruere face-

re

re queit vbi vult, *cap. cum liberum, cap. cum quis, de ſepultur. in 6.*

Doctorum Allegationes.

13 *Suſtinent has duas aſſertiones omnes allegati Scriptores, Natta, conſil. 432. num. 6. Caſar de Graſſis, deciſ. 1. num. 1. de ſepultu. Zecchius, de Republica Eccleſiaſt. cap. 28. de parocho, n. 17. Fallentia. 2. Riccius, p. 4. ſua praxis, deciſ. 128. & 563. Belletus, diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 3. num. 17. Ugolin. de officio Epiſco. cap. 17. num. 2. Geminian. in cap. licet, §. quamuis, de ſepultur. in 6. Tuſchus, concluſ. 97. num. 5. lit. p. Barboſa, cap. 26. num. 19. de offic. parochi, vbi refert talem declarationem Sacra Rituum Congregationis, In vna Capuana die 31. Martij, 1619. Reſpondit ad relationem Eminentiſſimi Cardinalis Pij, Curatum Caſalis, Cacapulla, Capuana Diœceſis, non poſſe prohibere Alicornio Natali, eiuſdem Terra, ius ſepultura pro ſe, & ſucceſſoribus in Eccleſia per ipſum Alicornium adificata, reſeruata quarta funerali proprio parocho.*

CONCLVSIO V.

Cadauer tumulatum per vim, aut
per temeritatem, vel alio quo vis mo-
14 do de facto in alia Eccleſia non electa,
eſt omninò reſtituendum illi Eccleſiæ,
vbi de iure erat humandum cum omnibus funeralibus, obuentionibus, & oblationibus. *Ex cap. cum liberum, cap. in noſtra, cap. ex parte, de ſepultur.*

Doctorum Allegationes.

Recitati omnes Doctores in ſuperioribus
aſtruunt theſem hanc, communiter, Ab-
15 *bas, in citatis nunc iuribus, & ibi Gloſ-*
ſa, & Doctores, Oldradus, conſil. 224. Sylueſt. verb. ſepultura, num. 11. §. 2. Hoſtienſ. in cap. cum liberum, de ſepultur. Lauorius, cap. 9. num. 221. tit. 3. variar. Lucubrat. & alij.

CONCLVSIO VI.

Sepultura electa in vna Eccleſia, in
alia mutari fas eſt: vndè, mortua puel- 16
la quadam duodecim annorum, eius pater dixit, velle in parochia humandam eſſe, foueam aperire fecit, & campanas pulſare; voluntate mutatus, fecit ſepelire alibi: cuius rei factum, fuit dubitatum, ſi Eccleſia Parochialis repetere corpus poterat, & omnia emolumenta; reſolutum fuit, non poſſe.

Quia, quilibet poteſt nouam eligere
rè ſepulturam, vt ſuprà dicebamus, 17
relicta antiqua, quamuis, ſit electio facta minùs religioſa, *cap. 2. de ſepultur. & agrum. l. 3. in fine, cum lege ſequenti. ff. de alien. leg.*

Doctorum Allegationes.

Ità ſentiunt citati Doctores ſupra, La-
pus, allegat. 59 Lauorius, cap. 11. num. 18
16. tract. 2. cum alijs dicendis.

CONCLVSIO VII.

Si quis tantum ex deuotione motus,
abſque tertij præiudicio, ſano iudicio, 19
ſepulturam ſibi elegerit, vt vereatur mortis tempore, nè ab alijs ſit impulſus ad ſuam electionem factam, remouendam, eam ſibi elegit cum iuramento; tenetur illam ſeruare, & talis electio tenet, & non eſt in diſpendium ſalutis. *cap. cum contingat, de iure iurando, & cap. 1. de pactis, in 6. iuncta. l. ſi quis, in quibus §. 1. ff. de legat.*

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt hanc concluſionem Hoſtienſ. in 20
ſumm. tit. de ſepultur. §. cum licitum, verſ. quid ei quis, Lauorius, tit. 2. cap. 11. num. 16. Dilectus, de arte teſtandi, Cautela. 7. quo remedio tit. de ſepulturis, & alij.

CON-

CONTROVERSIA IIII.

An ignorantia, & qualis ſit ſufficiens, vt ad ſepulturam eligendam, Inducentes cum obligatione, in excommunicationem non incurrant?

CONCLVSIO I.

1 Inducens ad eligendam ſepulturam cum voto, Iuramento, &c. cum ignorantia probabili, minimè in excommunicationem incidit, per allegata Iura allata in ſuperioribus.

2 1 Probatur aſſertio: quia quandò ignorantia probabilis concurrit, quæ à læthali culpa excuſat, ſeu quòd quis ignoret prohibitionem, vt probabiliter putet ſe poſſe tali modo inducere ad ſepulturam eligendam, cum voto, &c. non peccat, nec conſequenter excommunicatus euadit. ergo vera concluſio.

3 2 Ignorantia ſiquidem probabilis ſi à mortali peccato excuſat, neceſſariò ſequitur, locum excommunicationem non habere; quia excommunicatio non contrahitur niſi ob contumaciam, cum peccato mortali coniunctam, *iuxtà cap. nullus, cap. nemo, 11. q. 7. & cap. 1. de indic. & cap. à nobis, & cap. Sacro Sancta, de ſentent. excommu. & cap. Romano, §. caueant, de ſent. excommu. in 6. ergo*.

Doctorum Allegationes.

4 *Scribentes de cenſuris tenent hanc noſtram Theſem, amplectitur, D. Caiet. in ſumm. verb excommu. cap. 10. caſ. 49. & cap. 49. ſuprà citato, ſequitur Nauar. in manuali, cap. 27. num. 103. Suarez fauet, tom. 5 de cenſur. diſput. 22. ſect. 4. num. 26. docet Paſqualigus, deciſ. 376. & alij proſequuntur illam*.

CONCLVSIO II.

Ad incurrendam præfactam excommunicationem, aliquid amplius requiritur, quàm ad peccandum; vndè ignorantiam aliquam, quæ à peccato non excuſaret, poſſe ab incurſu cenſuræ excommunicationis excuſare. 5

Nàm, relatum *cap. cupientes, §. ſanè de pænis, in 6.* excommunicationem fulminat contrà *Temerarios violatores*; ſed talis dictio, *Temerarios* importat *auſum temerarium*; quippè, qui non interuenit quandò ex ignorantia inculpabili, ſeu probabili, & bona fide, & ſinè malitia, & dolo, ac fraude, & ſimpliciter procedit quis ad inducendum aliquem, ad ſepulturam eligendam cum voto, Iuramento, &c. licèt ignorantia ob negligentiam non excuſet à culpa, dummodò non craſſa, & affectata ſit. 6

Doctorum Allegationes.

Tenent concluſionem hanc noſtram omnes Doctores nuper relati, & qui de cenſur. ratiocinantur, & Nos prolixè ſermonem de hac re habemus, in tract. de Monialibus, Controuerſia de Mulierum ingreſſu, ad Regularium clauſuram. Et cum ſint leges pænales non ſunt extendendæ, ſed ſemper reſtringendæ, & exponendæ, vt minus noceant, vt omnes autumant Scriptores de cenſuris tractantes. 7

CONCLVSIO III.

Probabile admodum eſt, Inducentem ad ſepulturam eligendam cum voto, Iuramento, &c. cum ignorantia, quoque craſſa, & affectata, non proindè in excommunicationem incurrere. 8

Probatur, hac adequata, & validiſſima ratione. Nàm ignorantia affectata, ſeu craſſa ſufficit ad excludendum *auſum temerarium*, qui neceſſariò requi- 9

Digitized by Google

requiritur ad incurrendam dictam excommunicationem *cap. cupientes, de pœnis, quoniam auſus temerarius* dicit contra talem excommunicationem; & ideò velle ipſam *temerario auſu* infringere, & non obſeruare, eam eſt proſumptuosè, & ſuperbè agere in eam.

10 Quarè neceſſaria eſt intentio contraueniendi in hoc ius canonicum, quæ locum non habet, quacumque ignorantia, & craſſa, & affectata interueniente. nàm ignorantia affectata, ſeù craſſa, etiam efficit, vt non habeatur præ oculis dicta conſtitutio, & *audere* importat enim contemptum quendam, vt inter alios Doctores, *Innocentius rectè aduertit, in cap. cum Medicinalis, de ſentent. excommunic. in 6.* ergo vera concluſio.

11 Nàm nullum Ius Papale particulare, in ſuis conſtitutionibus Romani Summi Pontifices numquam intendunt ligare ſibi ſubdictos, ſub alicuius cenſuræ pœna, ſtatim incurrendæ, ſi non adſit *Auſus temerarius* illius, qui in contemptum, & ex induſtria, malitia, & præſumptione, data opera ſuperbè contrafaciat Papalibus conſtitutionibus, vt hæretici agunt; cum omnis noſtra actio à ſuo fine bono, vel malo ſpecificetur, vt egregie more ſuo Sanctiſs. D. Thom. p. 2. de actibus humanis edocet. Et hanc aſſertionem omnes Doctores allegati vſque modò ſequuntur, & docent communiter.

CONTROVERSIA V.

An Sepulturæ electio ex ſuggeſtione facta, ſit nulla?

CONCLVSIO I.

Parochus ad infirmum communicandum accedens, debet ipſum ingenere interrogare, in qua, videlicèt, Eccleſia ſepeliri vult: quia ſi in ſpecie interrogat ipſum, dicens: *Non vis ſepeliri in Parochia, vel in tali Eccleſia?* talis electio, ſecundum communiorem ſententiam, & probabiliorem; eſt nulla, & irrita. 1

Probatur; nàm omnis electio ſepulturæ facta per ſuggeſtionem eſt nulla, *cap. 1. de pactis, in 6.* ſed talis eſt præfata à Parocho facta Infirmo. ergo vera concluſio. 2

Doctorum Allegationes.

Defendunt hanc concluſionem Crauetus, conſil. 16. volum. 1. Burſachius, conſil. 226. num. 18. volum. 3. Riccius, p. 2. deciſ. 662. fol. 782. alios multos allegans, & p. 4. reſolut. 293. num. 3. Lauorius, cap. 11. num. 3. tit. 2. Aſinius, l. 5. ff. de religio. & ſumpt. funer. num. 42. Gratianus tom. 2. diſceptat. cap. 210. num. 18. Barboſa, cap. 26. num. 36. de offic. parochi; & lib. 2. cap. 16. de Iure Eccleſiaſt. Genuenſ. cap. 6. Lezana, tom. 3. verb. ſepultura. num. 10. & alij, de communi ſententia. 3

CONCLVSIO II.

Eſt admodum probabile, ſepulturę electionem factam per ſuggeſtionem, abſque interuentu inductionis cum voto, Iuramento, & promiſſione, à perſonis Eccleſiaſticis, eſſe ratam, validam, & bonam, ſtando in vi dictarum Iurium, *Et cap. 1. de pactis in 6.* 4

1 Probatur; quia cum ſimus in materia odioſa, ac pœnali, non debemus illam extendere, ac dilatare de vno caſu, ad alium diuerſum, ſed potius debemus eam reſtringere, & artare, 5

ctare, iuxta *regulam Iuris in 6. odia.* 11. ergo vera concluſio.

6 2 Verba enim Canonum, & Papalium Conſtitutionum ſunt ſemper in ſua propria ſignificatione ſumenda. *L. non alitèr, ff. de legibus, 3. & ex cap. ex litteris deſponſalibus, & in cap. 1. de pactis, in 6.* & in allegatis Iuribus, nulla fit mentio de ſuggeſtione, ſed tantum de non inducendo à perſonis Eccleſiaſticis ad ſepulturam eligendam cum voto, aut iuramento, ſeu promiſſione. ergo.

7 3 Nàm Caſus, de quo Ius canonicum non loquitur, cenſetur omiſſus ac Iuris diſpoſitioni relictus, *L. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. & l. præcipimus, Cod. de appellat. Rota, deciſ. 675. num. 2. p. 4. diuerſ.* ſed D. Bonifat. VIII. & Clemens V. in recitatis Iuribus ſuis, nullam memoriam agunt de huiuſmodi ſuggeſtione, non facienda ab Eccleſiaſticis perſonis. ergo reliquerunt, & non vetarunt illam. ergo vera concluſio.

8 4 Lex enim, vbi non diſtinguit; nèc nos diſtinguere debemus, *cap. ſolitæ, de maior. & obedient. & l. de pretio, ff. de publ. in rer. act.* Sed duo dicti Papæ in ſuis Allegatis Conſtitutionibus, nullam fecerunt diſtintionem de ſuggeſtione, hoc eſt, illam minimè interdixerunt perſonis Eccleſiaſticis, ſicut vetarunt eis, inductionem cum voto, iuramento, &c. ad ſepulturam eligendam. ergo vera Concluſio.

9 5 A diuerſis etenim, non fit illatio, & conſequentia non valet; *L. Papinianus. Exuli, ff. de minorit. & cap. ad audientiam; de decimis.* ſed à prohibitione inductionis cum voto, aut iuramento, &c. ad ſepulturam eligendam, per ſuggeſtionem non valet illatio, ſeu conſequentia, quia ſunt res diſparatæ, & diſſimiles, & nulla eſt inter hæc, proportio, & vgualitas etiam indirecta, nèc de illa eſſe ſenſum, ac mentem dictorum Summorum Pontificum, vt prohibeatur. ergo.

6 Nullo namque iure cauetur, Se- 10
pulturam electam, eſſe irritam, per ſuggeſtionem factam, & aliàs, etiam ſic facta ſepulturę electio per ſuggeſtionem, in eligente maneat adhuc eius libera voluntas, illam mutandi, & aliam ſumere. ergo.

7 Huiuſmodi ſiquidem ſuggeſtio, 11
nullam irritandi vim habet ſepulturæ electionem. ergo cum fuerit ſic facta, tenet illius Electio; ergo non prohibetur à dictis Iuribus. ergo vera aſſertio.

8 Suggeſtio ſanè electionis ſepultu- 12
ræ, de ſe minimè mala exiſtit. ergo non eſt interdicta. ergo per illam electio ſepulturæ facta, bona, & rata manet; quià ſuggeſtio non eſt de obiecto illicito, ac malo, quod ab Electore fieri non valeat. ergo vera Theſis.

9 Stante igitur, à nullo Iure, Sug- 13
geſtionem interdictam eſſe, dummodo non ſit facta cum obligatoria inductione à dictis Eccleſiaſticis perſonis, nempe, cum voto, aut iuramento, &c. ergo eſt bona, & rata manebit. ergo vera eſſertio.

Doctorum Allegationes.

Per quàm plures Doctores, ex allega- 14
tis in ſuperioribus, docent hanc Theſem noſtram, & precipuè Commentatores ad dicta Iura, Summiſtæ, & Theologi, quos denuo recitare omittimus breuitatis cauſa.

CON.

CONTROVERSIA VI.

AN Regulares vtriuſque ſexus, & Clerici Seculares inducentes aliquem, vt ſe obliget ad ſepulturam eligendam, ſeu electam, non mutandam, apud ſuas Eccleſias, in quibus de iure, & præciſa tali electione, ſepeliri iam debet, adhuc poſſit in illa Eccleſia ſepeliri, poſt talem factam obligatoriam inductionem?

EXPLICATIONES.

1 Prò huius tituli controuerſiæ maiori Intelligentia, ſit huiuſmodi caſus. Petrus de iure debet Florentiæ in Cathedrali Eccleſia ſepeliri, quia ibi ſuorum Maiorum eſt ſepultura. nunc euenit caſus, Vnum, ex Sacriſtis huius Eccleſiæ, Petrum inducere, vt iuret, ſe velle, in ea Eccleſia Cathedrali ſepeliri, in qua, iàm de iure ſepeliri debet, ſi Petrus aliàs, motu proprio, voluntatem non mutet. modo controuertitur, ſi ſtante tali Inductione facta à Sacriſta illius Eccleſiæ cum iuramento iuret Petrus, vt velit in ea Eccleſia ſepeliri, ſi moriens Petrus, poſſit adhuc, in tali Eccleſia ſepeliri, poſtquam totaliter iurauit, ſe velle ibi ſepeliri, per inductionem factam illi, à dicto Sacriſta: his paucis præmiſſis, ſit.

CONCLVSIO I.

2 Sepultura electa, in ea Eccleſia, in qua de Iure debet ſepeliri, per inductionem factam à Sacriſta dicto, cum iuramento à Petro habito non poteſt amplius Petrus in ea Eccleſia ſepeliri, ex vi huius iuratoriæ inductionis à Sacriſta factæ, ſed alibi eſt ſepeliendus, & Sacriſta mortaliter peccauit, & mox euaſit excommunicatus, ſtando in vi dictorum Iurium.

1 Probatur verbis dictorum Iurium, *cap. 1. de ſepultur. in 6.* vbi dicitur ad rem noſtram: 3 *Statuentes, vt his, qui ſic elegerint,* (ideſt, cum iuramento, &c.) *nec apud ſic electas Eccleſias, nullatenus ſepeliri poſſint.* ergo vera concluſio.

2 Nàm, vt dicitur *ex Regula Iuris, in 6. cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur.* 4 ergo interdicta electione ſepulturę facta cum iuramento, &c. interdicitur etiam, vt ibi, in Eccleſia eadem ſepeliatur. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc concluſionem multi Canoniſtæ Gloſſatores ad dicta Iura, & præſertim Gloſſa, in dictum cap. 1. de ſepultur. verb. apud quas, verſus finem, cum alijs dicendis. 5

CONCLVSIO II.

Verùm abſolutè dicimus, Præfatum Petrum ſepeliendum eſſe in Eccleſia Cathedrali, in ſepultura ſuorum Maiorum, licèt, dictus Sacriſta eum cum iuramento induxerit ad ibi ſepeliendum. 6

1 Probatur, quia Papa Bonifatius in ſua prædicta Conſtitutione tantum effectum electionis interdicit, 7 quam electionem declarat nullam, & irritam decernit. Et ità res ad iuris terminos reducitur, ideſt, vt ſepeliatur Petrus, vt de iure erat ſepeliendus in Eccleſia, vbi ſuorum Maiorum adeſt ſepultura; & ideò talis electio ſe habet, ac ſi nulla eſſet habita; & ſicut ſeruando ius commune, ſepeliri debuiſſet in ipſa Florentina Cathedrali, non ſanè, ſe. ex vi electionis eo modò factæ, ſed ex

Iuris

Digitized by Google

Iuris determinatione. ergo vera concluſio.

8 2 Petrus dictus de iure ſepeliendus erat in ſepulchro ſuorum Maiorum, quod reperitur in Metropolitana Florentina, *ex cap. Ebron. 13. q. 2.* cum ſeqq. in quo Petrus eſt ſepeliendus, non certè, iure obligatorio promiſſionis cum iuramento, factæ Sacriſtæ, ſed iuris poteſtate, per quam Petrus debet in ea de iure tumulari; ſicut de duobus ſeruis, vno remiſſo, alter remanet; *de vaſu pol: ff: de ſerui: verbo præced: ſi demos.* ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

9 *Docent hanc noſtram Theſem, ex Canoniſtis, Ioan. Andræ, in cap: 1. Animarum, de ſepultur: in 6. vbi, inquit, quod noſtra aſſertio eſt indubitata: quia talis Iuris Conſtitutio in fauorem Eccleſiæ emanauit, cui ſepultura debetur; vnde in eius pœnam non eſt retorquendum, iuxta Iuris regulam in 6. quod ob gratiam; Syluest: verb: ex commu: 7: num: 49. allegans Ancharanum, & verb. ſepultura, num: 5. Rodriquez, tom. 3. qq. regul. q. 58. art: 7. dub. 1. Hieronym. Rodriquez, reſolut: 128. nu: 6. Paſqualigus, deciſ. 378. & alij communiter.*

CONCLVSIO III.

10 Quamuis prænominatus Petrus, de iure ſic inductus ad iurandum, vt in Eccleſia Cathedrali velit ſepeliri, vbi erat iam humandus, & per dictam Canonicam Conſtitutionem, D. Bonifatij VIII. illa non ſic ſepultura priuatus; attamen dictus Sacriſta, qui cum ſic induxit grauitèr peccauit, cum abſtulerit Petro libertatem alibi, ſepulturam eligendi, contra directè allegata Iura à principio, quæ totalem libertatem volunt, & requirunt circà ſepulturæ electionem.

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruit Syluest: verb: excommun: 7. num: 49. ad finem, vbi ſic ait: licèt inducens peccet, auferendo libertatem eligendi, quem ſequuntur multi ſuprà relati, & referendi ſcriptores. 11

CONTROVERSIA VII.

AN Sepulturam eligens apud Sanctum Marcum, e. g. & deinde, hanc etiam mutans, aliam eligat cum voto, aut iuramento, & promiſſione à Iure interdicta tali electione; debeat in Eccleſia S. Marci prius electa ſepeliri, an pro vt de iure.

CONCLVSIO I.

Stando in iure Conſtitutionis, D. Bonifatij VIII. iam ſuperius relatæ, abſolute loquendo, aſſerimus, præfatum eſſe humandum in Eccleſia S. Marci, vbi ſibi liberè ſepulturam elegit, propter dicti Iuris verba, quæ ſunt, *ſi aliàs, ſepultura non electa, deceſſiſſent.* 1

1 Probatur ſic; nam ſecunda ſepulturæ electio facta cum voto, aut iuramento, &c. eſt nulla per allegata à principio Iura, D. Bonifatij VIII. ergo iſta nulla exiſtente, remanet bona, & rata illa electio ſepulturæ apud S. Marcum. 2

2 Nàm huiuſmodi ſecunda electio ſepulturæ, facta cum voto, &c. nullitèr; non vitiat, nec annullat proindè electionem priorem, apud D. Marcum factam ergo remanet bona, quia liberè eligit eam; ergo in ea eſt tumulandus, cum ſecundum *Iuris regulam in 6. vtile, per inutile non vitiatur.* ergo vera aſſertio. 3

Do-

Doctorum Allegationes.

4 *Defendunt hanc noſtram Theſem Rodriquez, tom. 3. q. 58. art: 7. dub: 2. qq. regul: illius Nepos, Hieronym: Rodriquez, in compendio. qq. regul: reſolut: 128. num: 7. cum alijs relatis in ſuperioribus, & referendis.*

CONCLUSIO II.

5 Attenta tamen Iuris diſpoſitione, benè, & acuratè, probabilius eſt aſſerere, præfatum electorem minimè eſſe tumulandum in Eccleſia S. Marci, poſtea ab ipſo electa; ſed proùt de iure.

6 1 Probatur verbis Canonis Apoſtolici, D. Bonifatij VIII. ſic ſtatuentis, *cap: 1. Animarum, de ſepultur: in 6. Statuentes, vt hi, qui, ſic elegerint, nec apud ſic electas Eccleſias, nullatenùs ſepeliri, nec alibi; ne contra votum, iuramentum, aut promiſſionem huiuſmodi à ſe factam, materiam habeant veniendi, poſſint eligere ſepulturam: ſed contradictione quacumque ceſſante, ſepeliatur omninò apud illas Eccleſias, apud quas ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi aliàs ſepultura non electa, forſitan diſceſſiſſent.* ergo vera aſſertio; nam Papa in pænam ſtatuit huius electionis, quod eligentes nequeant alibi ſepulturam eligere, nè contrà votum, aut iuramentum, &c. faciant, ſed tumulentur apud eas Eccleſias; apud quas de iure humari debuiſſent. ergo ſicut non valebat ſecunda vice, ſepulturam deligere, ſic prima electio irrita manet; quia Iuramentum, &c. à ſe factum, ſuum debet ſortiri effectum.

2 Nàm, præfatus eligens nequit no-
7 uam ſepulturam eligere, nè contraueniat iuramento facto, &c. & conſequenter non vult Papa, vt ſepeliatur ſecundum diſpoſitionem propriæ voluntatis, ſed ſecundum iuris diſpoſitionem; ſed ſi prior electio eius, locum haberet, contraueniret iuramento, &c. ergo vera concluſio.

3 Papa Bonifatius VIII. in ſua re- 8
citata conſtitutione decernit in pænam electionis factæ contra ſuam conſtitunem talem, præfatum eligentem non poſſe de nouo ſibi ſepulturam deligere, ſed humari deberi prout de iure, & talis eius pæna vult ſuum ſortiatur effectum, vt talis non ſepeliatur ſecundum eius voluntatem, ſed ſecundum illius Iuris diſpoſitionem. ergo vera eſt concluſio.

4 Romanus Summus Pontifex va-
let decernere iuramentum, non ob- 9
ligari, quo, quis electionem ſepulturæ fecit, quando videlicèt, legitima cauſa ſubeſt, non obligari, inquam, tali iuramento electæ ſepulturæ, vt patet in citata conſtitutione, in qua declaratur, nullam eſſe de facto, talem ſepulturæ electionem factam cum iuramento, voto, &c. & dicitur proindè, vt ibi talis elector non ſepeliatur, ſed prout de iure, ideſt, aut humetur in Eccleſia parochiali, ſi ſuorum Maiorum non habet, aut in ſepulchro ſuorum Maiorum, ſi habeat.

Doctorum Allegationes.

Tradunt noſtram hanc Theſem Syluest. verb. excommu. 7. num: 49. & verb. ſe- 10
pultura, num: 1. Paſqualigus, deciſ: 379. num. 3. Angelus, verb: ſepultura, num. 39. & alij communiter recitati ſuprà, & nominandi.

CON-

CONTROVERSIA VIII.

AN, ſi vnus ex Regularibus vtriuſque ſexus, & ex Clericis Sæcularibus, ad ſepulturam eligendam inducat apud ſuam Eccleſiam, cum obligatione ipſius eligentis, &c. irrita electio talis, ac nulla maneat?

CONCLVSIO I.

1 Improbabile minimè eſt, ſi dicatur, vnum dumtaxat, ex perſonis Eccleſiaſticis dictis inducere aliquem, cum iuramento, aut voto, ſeu promiſſione, ad eligendam ſepulturam peccare quidem mortaliter, & ſi auſu temerario id faciat, ſtatim excommunicatum manere; attamen, electionem huiuſmodi eſſe ratam.

2 1 Probatur ſic: nàm Eccleſia tantum punit ex omnium, vel maioris partis, facto; *L. iubemus, Cod. de ſacro Sancta Eccleſia, & ex cap. nos, 16, q. 6.* ergo.

2 Ex Iuris regula, *in 6. quæ eſt:*
3 *delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare*: ſed ſi vnus ex Eccleſiaſticis dictis, inducit ad eligendam ſepulturam ex tribus interdictis modis, non debet in Eccleſiæ damnum redundare. ergo.

Doctorum Allegationes.

4 *Aſtruunt concluſionem Archidiaco. in cap. 1. de ſepultur. in 6. Angelus, verb. ſepultura, num. 33. citans Ioan. Andrea, & Hoſtienſ. Syluest. ibid. Rodriquez, tom. 4. ſumm. cap. 130. num. 5. & tom. 3. qq. regular. q. 59. art. 7. dub. 3. Hieronym. Rodriquez, reſolut. 128. num. 8. Portellus, de dub. regul. verb. ſepultura, num. 6. Petrus, de Vbald. cap. 11. num. 11. de cano. Portio Epiſco. Lezana; tom. 3. nu. 8. verb. ſepultura, quo ad Regulares, & alij.*

CONCLVSIO II.

In vi ſtando conſtitutionis, D. Bonifatij VIII. recitatæ, & ad eam manu tenendam, dicimus, vnum ex perſonis Eccleſiaſticis dictis, ſufficere, nullam reddere, & irritam facere ſepulturæ electionem inductam, cum voto, aut iuramento, vel promiſſione obligatoria facta. 5

1 Probatur verbis ipſius conſtitutionis, quæ ſunt talia. 6 *Vniuerſis Religioſis, & Sæcularibus Clericis, cuiuſcumque ſtatus, & conditiones exiſtant &c.* vbi dictio, *Vniuerſis* eſt vniuerſalis compræhendens omnes, & ſingulas perſonas Maiores, & inferiores, Regularium vtriuſque ſexus, & Sæcularium Clericorum cuiuſcumque ſtatus; aliàs talis conſtitutio inanis redderetur, ſi perſonæ indiuiduæ, & ſingulares non compræhenderentur in ea; nàm ſi maior pars alicuius Eccleſiæ Sæcularis, aut Regularis non induceret ad hunc modum, ſepulturam eligendam, numquam contrà talem conſtitutionem contrafieret, ſed hoc eſt falſum; ergo, & antecedens, ex quo hoc falſum ſequitur.

2 Nàm, e. g. Parochus in ſua Eccleſia ſolus exiſtens, inducit ſuum 7 Parochianum, vno, ex dictis modis, ad eligendam ſepulturam in ſua Parochia, & illam habet ſuorum Maiorum, alibi; vel Sacriſta Regularis, aut alia priuata perſona ſilenter, ſuum amicum diuitem inducit ad iurandum, vel vouendum, ad ſepulturam eligendam in ſua Eccleſia. ergo nulla redditur talis Bonifaciana Conſtitutio tàm rigoroſa, &c.

3 Intentio Papæ eſt ſanè, tollere 8 omni-

Digitized by Google

omninò animarum pericula, & ſcandala à populo Chriſtiano, quæ in dies ex mala inductione electionis ſepulturæ cum voto, aut iuramento, &c. fiebat ab Eccleſiaſticis, oriebantur. ergo illius Conſtitutio in præſentia eſt ſumenda in eo ſenſu, & forma, in qua neceſſaria eſt ad finem intentum. ergo vera aſſertio.

4 Præfata Conſtitutio eſt perſona-
9 lis, ideſt ſingulas perſonas comprehendens; nàm Communitas, ſiuè Regularis, ſiuè Sæcularis Eccleſiaſtica ſit, componitur ex ſingulis perſonis, & conſequenter actus perſonalis reſpicit talis Conſtitutio, & non totam communitatem, vel maiorem partem. ergo vera aſſertio. nam Bonifatius VIII. ſingulis perſonis dictis Eccleſiaſticis interdicit inductionem ſepulturæ eligendæ cum voto, &c. apud ſuas Eccleſias. ergo.

5 Si namque præfata electio ſepul-
10 turæ, modo prohibito facta, nulla eſſet; ergo non erit à Papa benè in hoc prouiſum; ſed hoc eſt falſum. ergo & antecedens, quia ad huc eadem ſcandala, & inconuenientia ſequerentur, vt prius, ideſt, ad electionem ſepulturæ faciendam, cum voto, iuramento, &c. ſed eſt aſſerendum tamen, ab illo eſſe benè prouiſum. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO III.

Sepulturæ electio, ex vnius Regu-
11 laris, & Clerici Sæcularis inductione, nulla exiſtens, ex vi Iuris Bonifatij VIII. non proindè eſt in præiudicium alicuius Eccleſiæ, nèc damnum patitur aliquod, in tali caſu.

1 Probatur: quia illa Eccleſia, pro
12 qua fuit talis nulla inductio facta cum voto, aut iuramento, &c. nullo ſuo priuatur iure legitimo, quod ex tali facto acquiſiuit. non enim ratione illius electionis ius acquiſiuit; quia fuit facta contrà Bonifatianam Conſtitutionem, & ideò nulla eſt, & ideò nullum ius transfertur illi Eccleſiæ, apud quam electio ſepulturæ eſt facta. ergo ſi illi ius non præſtatur, non fit ei præiudicium aliquod. ergo vera concluſio.

2 Inducentis enim delictum, & in-
ducti, ad ſic ſepulturam eligendam, 13
Eccleſiæ non præiudicatur in aliquo; nèc damnificatur: quia talis Eccleſia nihil mali patitur, & tunc pateretur, quandò in aliquo ſui læderetur; minime verò quando ei non præbetur id, quod ſuum non eſt. ergo.

Doctorum Allegationes.

Tradunt has duas Theſes noſtras multi 14
ex allegatis Doctoribus, & maximè Zacharias Paſqualigus deciſ. 380. *n.* 2. *& ſeqq. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO IIII.

Prælatus Regularis, aut alius offi-
cialis, & Clericus Sacriſta, ſi nomi- 15
ne Communitatis, aut ipſe Parochus, aliquem inducunt ad iurandum, vel vouendum, ſeu promittendum ad ſepulturam eligendam in ſuis Eccleſijs, non ſolum eſt nulla talis electio, ſed manent ipſo facto excommunicati, vt à principio dictum eſt.

Cuius eſt ratio optima; quia Præ-
latus, ſiuè Regularis, ſiuè Sæcularis 16
ſit, repræſentat totam Eccleſiam, ſeu Conuentum, cum ſit perſona publica, ſicut etiam Sacriſta, in nomine Conuentus, aut Capituli, & Parochus multò magis ergo.

Doctorum Allegationes.

Affirmant hanc concluſionem omnes
Doctores citati nu. 4. *& num.* 14. *cum* 17
alijs nominandis.

D *CON-*

CONCLVSIO V.

Ex vnius Regularis, & Clerici Sæcularis de Eccleſia, delicto, propter prædicta, Eccleſia tota damnum patitur; nàm interdicta remanet, & omnes alij in hanc pœnam incurrunt quouſque male accepta in integrum reſtituant; & ſic ex facto vnius de collegio, tota communitas delinquit.

Doctorum Allegationes.

18 *Tenent hanc Theſem communitèr Doctores, in cap. 1. de ſepulturis in 6. Ancharanus ad cap. Animarum, de ſepultur. in 6. Syluest. verb. excommun. 7. nu. 49. ante finem, Gloſſa in cap. 1. de ſepultur. in 6. cum alijs dictis, ac dicendis.*

CONCLVSIO VI.

19 Sepulturæ electio, quæ fit ex pacto etiam in loco ſacro, vbi quis, aliàs, eſſet ſepeliendus, ſimoniam inducit.

20 Probatur; quia, cum hoc ius ſepulturæ firmum non ſit, ſed variabile, vſque ad mortem; ſed per huiuſmodi pactum non eſſet variabile, ſed ſtabile, & ſic, quaſi per pactum inducitur quid plus, quod non erat de iure communi.

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruunt Felinus, cap. ad audien-
21 *tiam. 2. col. 8. in med. verſ. exprimere, num. 9. Fallent. 1. de reſcript. Dominicus, in cap. 1. de ſepultur. num. 6. verſ. apud quas, & verſ. facienda, Gratianus, Riccius, Laurorius, in locis dictis, num. 3. Contro. quinta, cum alijs relatis, ac allegandis.*

CONCLVSIO VII.

22 Præfatum pactum, ſeu Iuramentum de ſe obligando ad aliquam certam eligandam ſepulturam, ſi liberum fuerit, ideſt, ad nullius inſtantiam, & ſuggeſtionem Parochi, tunc valeret, & cogi poſſet ad illius obſeruantiam, niſi aliquod ſuperueniat, quod ante iuramentum cogitatum non fuit, e. g. ſi fiat Epiſcopus, aut Religioſus, vel locus eſſet occupatus, aut diſſipatus.

Cuius ratio eſt adęquata; quia non prohibetur ſimpliciter promiſſio, ſed conuentio, & inductio ad inſtantiam perſonæ Eccleſiaſticæ. ergo. 23

Doctorum Allegationes.

Tenent concluſionem Syluest. num. 5. verb. ſepultura, Medices, p. 1. q. 15. de ſepultur. Laurorius, tit. 2. cap. 11. num. 4. Vitalin. in cap. cupientes, num. 38. de pœnis, Aymo, conſil. 10. num. 11. & 13. Rota, per Cæſarem de Graſſis, deciſ. 2. num. 12. de ſepultur. Gratianus, tom. 2. num. 20. cap. 210. diſcept. Forenſ. Francus, in cap. 1. num. 3. de ſepultur. in 6. & ibi Ancaranus, cum alijs; Riccius, p. 2. deciſ. 662. & alij. 24

CONCLVSIO VIII.

Pactum initum inter Regulares, & Parochos, licèt teneat de non ſepeliendis in ſuis Eccleſijs non nullos Parochianos: tamen, non valet pactum, quod Parochianus promiſit cum iuramento, voto, & obligatione, ſe electurum ſepulturam, vel electam non dimiſſurus. 25

Nàm aliàs, eſſet *contrà cap. 1. & cap. liberum, de ſepultur. & cap. 1. de pact. in 6. & iura dicta.* 26

Doctorum Allegationes.

Ità ſentiunt Gloſſa, in cap. 1. de pactis, in 6. ad illa verba, & illi, apud vos elegerint ſepeliri, & Gloſſatores ad hunc locum, & ad relata Iura, & citati nuper, cum alijs referendis. 27

DIS-

DISPVTATIO TERTIA

DE ECCLESIASTICORVM, AC PAROCHORVM MVNERB, QVATENVS AD FVNERA SPECTAT, DISSERITVR.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN Eccleſiaſtici Sæculares, vt Canonici, & Parochi in aſſociatione funeris ad Eccleſias Regulares, queant ſuper funus, officium peragere?

CONCLVSIO I.

Eccleſiaſtici omnes, ſiuè Canonici,
1 ſiuè Parochi in aſſociando funere, ad
Regularium Eccleſias, nullo pacto ſuper Cadaueris Corpus valent officium peragere; ſed hoc de iure, dumtaxat ad Regulares ipſos, in quorum Eccleſia humatur defunctus.

1 In primis conſtat aſſertio in iure,
2 *ex Conſtitut. D. Bonifatij VIII. ſuper Cathedram, de ſepultur. in 6. in extrauagant. Commu. & ex cap. inter cunctos, de priuileg. in 6. & ex cap. dudum de ſepultur. in 6. in clement.* in quibus locis, datur ius ſepeliendi, ac funerandi fratribus Prædicat. & Minoribus in ſuis Eccleſijs, & cæteris Regularibus poſtea idem conceſſum fuit.

2 Probatur ex pluribus authenticis
Deciſionibus Sacrarum Congregatio- 3
num DD. Cardinalium. *Nam ſic deciſum fuit in Briunenſi.* 18. *Iunij.* 1591. *in Squillacenſi.* 18. *Nouembris,*1606. *in Catanenſi, Ciuitatis Platiæ,* 12. *Octobris,* 1619. *in Nicotonenſi.* 5. *Iunij,* 1615. *in Adrianenſi,* 18. *Februarij,* 1629. *& die* 2. *Martij,* 1629. *&* 5 *Iulij,* 1631. *& in Eugubina,* 12. *Martij,* 1612. *&* 5. *Iulij,* 1614. *& in Placentina ex Leuin:* 23. *Martij,* 1619. *& in Sulmonenſi:* 7. *Auguſti,* 1629. & aliæ multæ reperiuntur ſimiles factæ ſuper hanc rem declarationes.

3 Probatur ex Decreto emanato ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Auditore
Cameræ Apoſtolicę. 6. Iunij. 1640. cir- 4
cà Cadauerum funera à Parochis, & Regularibus, ex Decretis Sacræ Congregationis obſeruanda, executioni mandari iubentur, ſub pænis, & cenſuris contrà Inobedientes, deſignatis; & eſt ſequentis tenoris.

Digitized by Google

1 *Vniuerſis, & ſingulis, R. R. DD.*
5 *Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Curatoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus earum, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæteriſque presbyteris, nec non Clericis, Notarijs, & Tabellionibus quibuſcumque illiq; vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi; immò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.*

6 2 *Noueritis, ex parte, & ad inſtantiam R. R. Fratrum S. Franciſci Minoris, & ſtrictioris obſeruantiæ, ac quorumcumque eorumdem R. R. Fratrum Conuentuum, in quibus vis Mundi partibus exiſtentium principalium inſtantium Decretum Sacræ Congregationis Rituum, de, & ſuper declaratione, quod officium ſuper Cadaueribus in Eccleſijs Regularium ſpectet ad ipſos Regulares, ad ſuplicationem dictorum inſtantium emanatum, ſub die 17. Nouembris, 1638. nobis præſentatum fuiſſe ſub infraſcripto tenore, videlicèt.*

3 *Sacra Rituum Congregatio, iuxtà*
7 *aliàs, reſoluta: Reſpondit: officium ſuper Cadaueribus, in Eccleſijs Regularium, ſpectare, & pertinere ad ipſos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum: & ita in poſterum ſeruari mandauit, non obſtante contraria conſuetudine. die 27. Nouembris, 1638. C. Epiſcop. Cardinalis Pius.*
8 *Iulius Cincius Secret: loco † ſigilli.*

4 *Nec non aliud Decretum Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij Trid: Interpratum, de, & ſuper declaratione, quod quoties Cadauera defunctorum, & alia, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, ab ipſis met fratribus peragi debeant, ad inſtantiam eorumdem met R. R. Fratrum pariter editum, die 3. Decembris, 1639. Nobis præſentatum fuiſſe ſub infraſcripto tenore.*

5 *Die 13. Decembris, 1639. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concil. Trid. Interpratum, cenſuit, quoties Cadauera defunctorum, ad Eccleſias Fratrum Mendicatium deferuntur, Officia Mortuorum, & reliqua, quæ in huiuſmodi Miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, & peragi debere. Ioan. Bapt. Cardinal. Pamphilius. Franciſcus Paulutius, Sacr. Congregat. Secretar. Concilij. † loco ſigilli.* 9

6 *Conſanguinei verò, talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, alijs presbyterorum, etiam Cathedralibus Eccleſijs compelli nullo modo poſſint. ſi quæ verò, immemorabilis conſuetudo in contrarium ſuper præmiſſis exiſtere prætendatur, legitimè probetur, interim præſens Decretum ad vnguem ſeruetur, pro vt eadem Sacra Congreg. ſeruari mandauit. Romæ die 14. Ianuarij, 1639. Cardinalis Antonius Barbarinus. Cæſar Facchinettus Secretarius: loco † ſigilli.* 10

7 *Néc non aliud decretum. S. Cong. Rituum, ſub die 14. Ianuarij, 1640. ad ſupplicationem dictorum R. R. inſtantium, emanatum ſub eo, quod electio, & numerus Religioſorum pro aſſociandis Cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectet, Nobis præſentatum fuiſſe, ſub infraſcripto tenore videlicèt.* 11

8 *Sacra Congregatio Rituum, iuxtà aliàs, reſoluta, reſpondit, electionem, & numerum Religioſorum, pro aſſociandis Cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectare, & pertinere, & ità vbiq; ſeruari debere, declarauit die 14. Ianuarij. 1640. Paulus Cardinalis Creſcentius. Iulius Cincius Secret. loco † ſigilli.* 12

9 *Néc non pariter, aliud decretum S. Congreg. Eminentiſſimorum, DD. Cardinalium negotijs Epiſco. & Regul. præpoſitæ, ad ſupplicationes pariter eorumdem R.R. Fratrum inſtantiam, emanatum die* 13

14.

Digitized by Google

14. *Ianuarij 1639. de, ſuper eo, quod defunctorum cadauera ſepelienda, ab Ædibus defunctorum, ad eorumdem Fratrum Eccleſias, recto tramite deferri licitè poſſunt: Nobis præſentatum pariter fuiſſe, ſub infraſcripto tenore videlicet.*

14 10 *Sacra Congregat: Cardinalium, negotijs Epiſco. & Regular: præpoſita, cenſuit, defunctorum cadauera in Eccleſijs dictorum Fratrum ſepelienda ab Ædibus defunctorum, ad eorum Fratrum Eccleſias, recto tramite deferri licitè poſſe, monito, tamen prius, & requiſito, ac expectato proprio Parocho defunctorum, à quo benedictionem, & vltimum vale recipere poſſint: quo venire expreſsè recuſante, poſſint iidem Fratres, etiam ipſo inuito, dicta cadauera ad ſuas Eccleſias tranſpor-*
15 *tare.*

11 *Poſt quorum quidem præinſertorum decretorum præſentationem, ex parte, & ad inſtantiam dictorum R.R. Fratrum, coram Nobis, infraſcripta die, comparitum, & expoſitum extitiſſe; quod licèt ex forma præinſertorum decretorum, officia ſuper cadaueribus in Eccleſijs ipſorum R.R. Fratrum celebranda, ad ipſos R.R. Fratres ſpectent, & pertineant non autem ad Curatos defunctorum, ac etiam pariter iidem vel R.R. Fratres inſtantes, poſſint, & valeant defunctorum cadauera, in ipſorum Eccleſijs ſepelienda, ab Ædibus defunctorum, ad eorumdem Fratrum Eccleſias recto tramite deferre, ſeruata ad hoc præinſerti vltimi decreti forma.*

16 12 *Ac etiam ex forma ſecunda decreti præinſerti, officia mortuorum, & reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus prædictis peragi debeant.*

17 13 *Ac etiam ex forma quarta præinſerti decreti, electio, & numerus Religioſorum pro aſſociandis cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectet, & pertineat, præinſertaque decreta inuiolabiliter obſeruari indebitèq; executioni abſque vlla contradictione, in omnibus, & per omnia, ac iuxtà eorum tenorem, & formam, debeant.* 18

14 *Tamen ad eorum aures deueniſſe, aſſertum extitit, quod non nulli in executione præſentium nominandorum, & cognominandorum neſcitur quo iure dicti, qua ratione ſuffulti iactarunt, & iactant, ſe velle præfatos R.R. Inſtantes, contrà formam præinſertorum decretorum, vt in eorum contemptum, de, & ſuper præmiſſis in partibus moleſtare, & inquietare, & forſan moleſtant; Ideò ad Nos vti executorem, eorumdem met decretorum recurſum habuerunt, vt de opportuno Iuris remedio preuidere dignemur.*

15 *Nos igitur attendentes requiſitionem* 19 *huiuſmodi fore iuſtam, rationiq; conſonam; Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu aliter veſtrum fuerit requiſitus ex parte veſtra: Immò verius Apoſtolica auctoritate, nec non ad omnem inſtantiam, quæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet fiet ex parte cuiuſuis Conuentus dictorum Fratrum moneatis, & requiratis primo, ſecundo, & tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica prout nos etiam monemus, & requirimus omnes, & ſingulos prædictos, & in executione præſentium nominandorum, & cognominandorum, tàm coniunctim, quàm diuiſim, & aliàs, omni meliori modo, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos, pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, & Vos aſſignetis eiſdem, ſub mille ducatorum auri, in auro, R. Camera Apoſtolica applicanda, & prò illis mandati executioni ſuſpenſioni, a diuinis, priuationis be-*

neficiorum , inhabilitatis ad illa , & ad
alia impoſterum obtinenda , ac in iuris ſub-
ſidium quatenus opus ſit excommunicatio-
nis , aliſque Eccleſiaſticis pœnis , & ſen-
20 *tentijs , ſi ſecus , &c.*

16 Debeant , & quilibet veſtrum de-
beat præinſertis Decretis , in omnibus , &
per omnia obtemperare, dictaque præinſer-
ta decreta fore , & eſſe extendenda , debi-
tèque executioni demandanda , ipſoſque in
iuris ſubſidium , excommunicandas , &
declarandas fore , & eſſe , ob non paritio-
nem illorum , ac niſi illis paruenerint, de-
clarari vidiſſe, ac de omnibus damnis, ex-
penſis , & intereſſe præmiſſorum occaſione
quomodolibet paſſis , & factis , & in fu-
turum forſitan, faciendis , & patiendis ,
integrè ſatisfeciſſe , & in alijs ſe condem-
nare vidiſſe , & quaſcumque ſententias, &
declaratorias , decreta , ſeu mandata in
præmiſſis , neceſſaria , & opportuna , alia-
que de iure , quomodolibet requiſita , fie-
ri , ferri , & decerni relaxari vidiſſe , &
audiuiſſe ad fauorem R.R. præfatorum In-
ſtantium deducentium in præmiſſis omne
ius , omne remedium , prædicto , & omni
21 *alio meliori modo , &c.*

17 Et inſuper inhibeatis eiſdem prout
Nos tenore præſentium inhibemus, & inhi-
bendo , expreſsè præcipimus , & manda-
mus , reuiſis, & receptis præſentibus , ſub
pœnis , & cenſuris antedictis , audeant ,
ſeu præſumant, aut aliquis audeat, aut præ-
ſumat quidquam contrà formam præinſer-
torum decretorum innouare, ſeu attentare,
aut innouari facere ſub quouis prætextu ,
cauſa, ingenio , vel quæſito colore : quod
ſi ſecus factum fuerit , id totum reuocare ,
& in priſtinum ſtatum reducere curabi-
mus , iuſtitia mediante: aliquin , prædi-
ctos ſic monitos , ſi in præmiſſis ſe fore gra-
uatos ſenſerint , modo, & forma præmiſſis ,
peremptoriè citatis , & citari curetis, pro-
ut Nos etiam citamus eoſdem , quatenus
decima quinta die poſt præſentium execu-
tionem , ſi dies ipſa iuridica fuerit: alio-
quin , prima die iuridica ex tunc proxima
immediatè ſequenti compareant Romæ in
iudicio legitimè coram Nobis , vel noſtro
in ciuilibus cauſis , R.R. D. Locumtenen-
te , infraſcripto , cauſam eorum grauami-
nis allegaturi , aliaque dicturi , & factu-
ri , prout iuſtitia ſuadebit , & ordo dicta-
uerit rationis , &c.

Quarè ex his omnibus recitatis, hu- 22
ius Decreti Auditoris Cameræ Apoſto-
licæ eſt in ſpecie adnotandum , Sacræ
Congregationis Regular:& Epiſco: in-
tentionem eſſe ; vt non ſolum defun-
ctorum Cadauera , qui ſibi ſepulturam
elegerant in Regularium Eccleſijs , in
eiſdem ſepeliantur , & ab ipſis officia
peragantur ; ſed etiam , caſu , quo ali-
bi ſepeliantur , reſtituantur dictis Ec-
cleſijs , vt ex recitatis Iuribus in ſupe-
riori Diſputatione Controuerſia pri-
ma , & ſequentibus ; & prout de facto
conſtat , ex declaratione eiuſdem S.
Congregationis prima die Martij,1641.
in qua decretauit , quod ſi Cadauer
corruptum reperiatur , vt ab alijs diſ-
cerni nequeat , & transferri ad Eccle-
ſiam , vbi erat ſepultura electa , quod
Parochus decretum faciat , per quod
declaret , non proindè præiudicatum
fuiſſe Iuri ſepulturæ , & alijs rationi-
bus dictorum Regularium.

Cuius ſanè ratio eſt adæquata ; quia
dicit *S. Gregorius. 13. q. 4. quod vltima* 23
voluntas defuncti ſeruanda eſt omnibus mo-
dis in quo loco *inquit Gloſſa, vltima vo-*
luntas defuncti pro lege ſeruanda eſt. Au-
*thent. de nupt.§.diſponat.col.*4.Quo ideò
eadem Sacra Congreg.Regular.& Epiſ-
co: voluit , defunctum quendam , præ-
ter illius voluntatem , non ſine violen-
tia , in quadam Eccleſia Cathedrali tu-
mulatum fuiſſe ; transferri præcepit ad
illam Eccleſiam , vbi ſepulturam ſibi
elegerat. 21. Iulij. 1607. & 22. Februa-
rij , 1641. eadem S. Congregatio or-
dinauit , vt Epiſcopus Placentinus re-
ſtitui

ſtitui faceret à Parocho quodam ſuæ Diœceſis patribus Minoribus Cadauer cuiuſdam puellæ, cui pater eius elegerat ſepulturam in ipſorum Eccleſia, cum omnibus emolumentis funeralium, & funeris eleæmoſynis, &c.

Doctorum Allegationes.

24 *Tradunt præfatam noſtram Theſem communiter ſcribentes de Regularium priuilegijs, Peyrin us, de priuileg. Minimo: Conſt. 2. Iulij II. §. 22. num. 57. & in addit. Decreto. 9. Alexander Peregrinus, p. 2. in compendio priuilegio. ſui Inſtituti, tit. ſepultura in ſcholio §. 3. Barboſa in collectanea Bullarij verb. ſepultura quoad Regulares, & verb. defunctus, & de offici. Curati, cap. 26. Lezana, tom. 2. cap. 1. num. 47. & tom. 3. verb. defunctus, num. 1. & tom. 4. verb. ſepultura, quoad Regulares, num. 4. Portellus, tom. 2. reſponſ. moral. caſ. 63. & cæteri omnes referedi.*

25 In præſentia eſt etiam ſciendum, quòd dicitur ſupra, nu. 7. idem fuit deciſum, ac decretatum à S. Congregat. Concilij Trid. Coſmas Torres Cardinalis. P. Fagnanus Secretar. loco † ſigilli. 1626. & die 29. Iulij 1636. C. Epiſcopus Portuenſ. Cardinalis Pius. Cæſar Fachinettus Secretar: & horum omnium antea *à Iulio II. ſua conſtitut. 2. §. incipiente, virtute conſpicuus; & à Pio V. ſua Bulla, & ſi Mendicantium Ordinis*, §. 27. & quod habetur num. 9. §. 5. fuit Sancitum, à S. Congregatione Rituum. 21. Nouembris, 1637. C. Epiſco. Portuenſ. Card: Pius. Cæſar Fachinettus Secret. † loco ſigilli. quod verò aſſeritur num. 22. 8. §. fuit Sancitum ab eadem S. Congregatione Rituum, poſſe videlicèt hæredes defunctorum, vocare numerum Religioſorum, ſibi benè viſum, etiam Parochis inuitis, & inſcijs. Romæ. 21. Nouembris, 1637. C. Epiſco. Portuenſis, Cardinalis Pius. Cæſar Fachinetus Secret. † loco ſigilli.

CONCLVSIO II.

26 Eccleſiaſtici omnes, tàm Parochi, quàm Canonici, & Sæculares presbyteri, & Clerici, minimè poſſunt licitè, ac iuridicè, in Regularium Eccleſijs, defunctorum corpora humare pro. ut de iure, ac authoritate propria, abſque Superiorum Eccleſiarum venia.

27 Ità conceſſit Sixtus IIII. ordini Fratrum Prædicat: ſua conſtitutione exordiente: *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ* vbi ſic habetur: *Inhibentes diſtrictius, vt nulli Religioſi, vel Sæculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum, in veſtris Eccleſijs, & Cæmeterijs, ſepelire, aut in Eccleſijs veſtris Miſſarum ſolemnia, vel pro Animabus eorum, qui ad loca veſtra tumulanda ferunture, ibidem exequias celebrare ſine veſtro aſſenſu, & voluntate præſumant.* Ille.

28 Quod poſteà vtique Sacra Rituum Congregat. inſtituit, ac decretauit, dum Reſpondit Rectori loci Baraxas, non licere Curatis ſepelire in Regularium Eccleſijs, ſine expreſſa licentia Guardiani, & Superiorum aliorum locorum Regularium, nulla conſuetudine immemorabili non obſtante. die 29. Iulij 1636. C. Epiſco. Portuenſis, Cardinalis Pius. Cæſar Fachinettus Secretar. loco † ſigilli.

29 Horum omnium eſt ratio adæquata; quia tum Eccleſiæ, tum cætera loca omnia Regularium ſunt exempta, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, de quibus ipſa Summa Sedes Apoſtolica curam gerit, protegit, fouet, defendit omnia Regularium iura, ab ipſa Sancta Sede deſumpta. de his videatur infrà, diſput. 4. Contro. 12. num. 13.

Digitized by Google

CONTROVERSIA II.

AN Parochi in proceſſionibus, & in defunctorum aſſociatione, Canonicos de nouo inſtitutos alicuius Eccleſiæ Collegiatæ præcedere debeant; atque in horum diplomate Apoſtolico inſtitutionis, nullum Ius, ac priuilegium à Sede Apoſtolica conceditur, vt ipſos Parochos præcedant.

CONCLVSIO I.

1 Parochus, cùm in actu Animarum curæ gerat Epiſcopi vices, qui Rector Parochialis dicitur, *cap. bo na rei* 12. *q.* 2. ideò, tamquam ſubrogatus, in illius locum videtur alijs præferendus in ſua dictione, cæteris alijs, abſolutè loquendo.

2 Probatur concluſio. *Ex regula, ſi eum*, §. *qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.* & *l. vni.* §. 1. *Cod. de rei vxoria act.* & per alia adducta *à Barboſa, de axiom. Iuris vſu freq. axiom.* 213. *num.* 1.

CONCLVSIO II.

Parochi ſunt præferendi Canonicis, ſi non Cathedralibus, qui efficiunt
3 vnum Corpus, cum ſuo Epiſcopo; ſaltem, Collegiatæ Eccleſiæ de nouo inſtitutis; in quorum Diplomate, non adeſt, vt ipſis Parochis præcedant, qui ſuo iure Antianitatis gaudent.

1 Probatur; Nàm parochus eſt ocu-
4 lus dexter Epiſcopi, cuius gerit vices; & ipſi Canonici, etiam Cathedralis Eccleſiæ, honorare debent paſtores, quales ſunt Domini Parochi, & ſeſe coram Deo, humiles cognoſcere debent; licèt, praua quædam huius Sęculi Iudicia, aliud acclament: Nàm cura eſt dignor Canonicatu, & præſertim, Collegiarum Eccleſiarum. ergo.

2 Curatus etenim adminiſtrationem
habet Maiorem, præcedentiam indu- 5
cunt, *cap. cum illis, de præbend.* curę, enim, exercitium in ſe continet periculum magnum, cum ſit ars artium; & eſt tantò prætioſior, quantò periculoſior; nec omnis Sacerdos eſt ad animarum curam Idoneus; *cap. penult. de act. & qualit.* ergo.

3 Cura ſi quidem ſuperat etiam Ca- 6
nonicatum, ratione ſcientiæ; cum in Curato Maior ſcientia exigatur, quam in Canonico non curato, cum teneatur confiteri, & diſcernere peccatà, & Euangelium declarate, & concionari, &c. ergo.

4 Probatur ratione ordinis; quia
in Canonico non Parocho, ordo ſub- 7
diaconatus ſufficit; ſed Parochus Sacerdos eſſe debet neceſſariò; quia habet omnia Sacramenta Eccleſiæ adminiſtrare, ac Miſſas celebrare, vt muneri ſuo ſatisfaciat, *iuxtà Trid. Concil. ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *Reformat.* & funeralia peragere ſuorum Parochianorum.

5 Canonici de nouo inſtituti cuiuſ-
cumque Eccleſiæ, ſi in ſuo Diploma- 8
te; ſeù Bulla, non fuerit expreſſum hoc ius, & priuilegium, vt Parochis præcedant tenere debent aliàs, locum, poſt Parochos, tàm in proceſſionibus generalibus, quàm in aſſociatione defunctorum; quia iam Parochi ſunt in ſua pacifica poſſeſſione talis præcedentiæ, qua priuandi non ſunt, ſi Papa eos non priuat tali præcedentia. ergo.

6 Canonici de nouo inſtituti alicu- 9
ius Eccleſiæ non habent nec ius ſepeliendi, nec funerandi, ſed Parochi vtrumque habent à Iure. ergo præcedere debent.

7 Probatur ex decreto facto à S. 10
Congregat. Rituum, de re iſta quæ interrogata; An Canonici Eccleſiæ Collegiatæ S, Angeli Terræ Saxoferratenſis

ratenſis, quandò aſſociant defuncto-
rum Corpora ſepelienda in Eccleſia
Parochiali, debeant ipſum Parochum,
qui ſtolam fert, præcedere.

Reſpondit. Illum presbyterum, ſeu
Curatum, qui ſtolam fert, & ad eius
Eccleſiam funus defertur, alios om-
nes præcedere debere. die 14. Octo-
bris 1609.

In cuius deciſione ſunt meritò ad
11 notanda illa verba: *Illum presbyterum,*
ſeu Curatum, qui ſtolam defert. Sacram
Congregationem conſultò ſe fundare
quo ad præcedentiam, *in ſtola delatio-
ne*; quaſi honor, & reuerentia huic
ſigno in primis debeatur Sacerdotali,
ſiuè, qui eam defert ſit prior, ſeu Cu-
ratus, ſeu alius presbyter. nàm con-
tigit quandoque Parochum non poſſe,
alium mittit presbyterum; & ideò,
conſultò dixit S. Congregatio, *Illum.
Presbyterum*.

12 8 Ex alia deciſione, S. Congrega-
tion. Rituum facta ſub his verbis, de
parochis, & Collegiatis Canonicis,
circà præcedentiam, Attenta diſcre-
pantia, antiquarum reſolutionum. S.
Congregat. quæſitum fuit, cui debea-
tur præcedentia in funeralibus, an pro-
prio Parocho defuncti, an verò Capi-
tulo Eccleſiæ Collegiatæ: Sacra Con-
gregat. Reſpondit.

In aſſociatione funerum, ſalua legiti-
13 *ma loci conſuetudine, deberi Capitulo
Collegiata ſuprà parochum, etiam pro-
prium defuncti, ſinè praiudicio tamèn,
in reliquis, iurium, & praminentiarum
eidem Parocho, de iure, vel de iure com-
petentium. Roma* 14. *Maij*, 1644. *Car-
dinalis Capponius præfectus S. Congrega-
tio: M. Gallus, Ioc. Congregat. Secretar.
loco † ſigilli*.

14 *Quod idem fuit deciſum, die* 15. *Iulij.*
1614. *in Engubina, & alia Pranestina
Canarum, die* 13. *Iulij*, 1619. *& Oſti-
enſi Ceren*. 28. *Aprilis*. 1607.

Ex quibus verbis Sacræ Cõgregatio:
manifeſtè apparet, ipſam manutenere 15
velle locorum conſuetudinem, & Iu-
ra, & præeminentiam parochorum
quo ad omnia; ſed ex conſuetudine;
& de iure, e. g. parochi Senarum om-
nes præcedunt im aſſociatione funeris.
ergo vera concluſio.

9 Nàm ex vſu, & praxi antiquiſſi- 16
ma præſcripta, & immemorabili, de
qua teſtatur Cardinalis Sancta Seueri-
na, Pœnitentiarius Maior, & obſer-
uantiſſimus Sacrarum Cęremoniarum,
vbi *in ſuo opuſculo Sacerdotali, cap. de
delatione corporis ad Eccleſiam*, inquit.
*Parochus induens ſuperpelliceo, & ſtola
nigri coloris, vel etiam pluuiali eiuſdem
coloris; pro conſuetudine, aut ſi videbi-
tur, ratione loci, vel perſona, alioquin.
ſine eo, cum ſuo Clero, cum alijs presby-
teris, & clericis, qui adfuerint, prece-
dente Cruce illius Eccleſia, ad quam cor-
pus portandum eſt, qua Crux ſola defer-
tur, cum ad domum defuncti preueneris,
ipſe ſolus, cum Clerico deferente vas acqua
benedicta, ingreditur locum, vbi defun-
ctus iacet, quem prius acqua benedicta
aſpergit, deinde linteo corpus defertur ad
feretrum, ordinatur proceſſio, pracedant
Confraternitates Laicales, tùm deferens
Crucem, & ſequitur Clericus Regularis,
& Sacularis per ordinem, ac vltimo loco
Parochus, vt ſuprà induens, qui incipit
Reſponſorium Subuenite Sancti Dei*. ergo
vera aſſertio.

10 Canonici de nouo inſtituti, cu- 17
ius vis Collegiatæ, ſi dicunt habere
hoc ius ſepeliendi, & funerandi in ſua
Eccleſia; eis incumbit hoc onus con-
trà Parochos probare, & manifeſtare
habuiſſe à Sede Apoſtolica, in inſtitu-
tione ſuæ Collegiatæ Eccleſiæ; ſed ſi
non probant iuridicè, ac legitimè,
manifeſtum eſt ſignum non habere. er-
go eo non gaudent de iure. ergo ve-
ra aſſertio.

11 Ca,

Digitized by Google

11 Canonici huiuſmodi carentes ſe-
18 peliendi, ac funerandi iure, ſe habent ſicut cæteri Clerici in hoc particulari, aſſociandi funus, ſed Clerici non præcedunt Parochos. ergo nèc tales Canonici Iure funerandi, ac ſepeliendi carentes. ergo.

19 12 Parochi ſi quidem hoc ius funerandi, & ſepeliendi fundatum habent in actu funerandi in Iure, *cap. ſuper Cathedram, de ſepultur. in 6. in cap. dudum, de ſepultur. & extrà de ſepultur.* ſed tales Canonici in nullo Iure habent hoc ius fundatum, nèc in Bulla Inſtitutionis ſuæ Eccleſiæ, nèc alio modo, vt ſcilicèt, in aſſociatione funeris habeant Parochos præcedere. ergo.

20 13 Ille eſt præferendus, qui maiorem habet poteſtatem, adminiſtrationem, ac iuriſdictionem: ſed Parochi in his omnibus, Canonicos dictos præualent. ergo.

Probatur minor, quia in ſuos Parochianos habent poteſtatem, iuriſdictionem, & adminiſtrationem Sacramentorum, quod tales Canonici nullum horum habent, nèc faciunt vnum Corpus cum Epiſcopo; ergo quo iure volunt Parochos præcedere? ergo vera aſſertio; quæ deſumitur liquidò, *ex cap. ad hæc de offici. Archidiaco. & ex. Auentica, conſtitu. Nouel.* 81. §. *& generaliter, verb. & nobiliores, & ibi gloſſa.* vbi loquitur, de iuriſdictione, adminiſtratione, & poteſtate; iuxtà dicta, & quia ratione ſtolæ debent præcedere ipſos Canonicos.

21 14 Dignior minus dignum præcedere debet. *cap. Epiſcopus, 2. diſt.* 95. Sed Parochi ſunt digniores dictis Canonicis; quia curam animarum habent, & populis præſunt, & maiorem ſcientiam habere debent; & Cura eſt dignior Canonicatu, *cap. cum illis, de præbend. & dignit.* ergo.

22 15 Qui enim pluribus præeſt, & maioribus negotijs, de iure eſt dignior; *cap. per ſingulos. 2. q. 3. caſ. 9. & authent. nouel. is de defenſio. ciuit.* §. *nos igitur:* ſed Parochi præſunt ſub Populis, quoad animarum curam, quam dicti Canonici non habent. ergo. & talis eſt vſus, argumento, *Papa Eugenius IIII. epiſt. ad Henricum Cantuarienſem Archyepiſcop.* prò præcedentia ſtabilienda Cardinalium in ordine ad Archyepiſcopos, ſic ait. *Quis etiam non videat Cardinalatus dignitatem, Archyepiſcopali Maiorem eſſe dignitatem? quia cum illa priuata vnius patriæ præſit vtilitati, Iſta publica totius populi Chriſtiani, illa vnam dumtaxat Eccleſiam, iſta, cum Sede Apoſtolica, vniuerſas. Ille.*

16 Fauet aſſertioni Rituale Romanum, *de exequijs, fol.* 150. vbi Parochus in funeribus præcedit omnibus; incedendo ante feretrum; quod & Romæ ſeruatur; quia, in ſua Parochiali Eccleſia, parochus vocatur Prælatus, & tantam habet auctoritatem, quantam habet Prælatus cum Capitulo, in Eccleſia Collegiata; & in propria Eccleſia dicitur Imperator, & Rex, *cap. duo. 23. q. 4. & Apoſtolorum vices tenet. Romanus. conſil vlt.* 23

17 Canonici ſic de nouo inſtituti alicuius Eccleſię collegialitèr cum non habeant ius vllum ſepeliendi, & funerandi, in ſua Eccleſia nequeunt corpora defunctorum humare, & ab Ædibus, vbi exiſtunt cum Cruce leuare inconſultis parochis. ergo ſunt inferiores & ab eis dependent. ergo parochi ipſos præcedunt. 24

Doctorum Allegationes.

Docent concluſionem noſtram Syluest. verb. ſepultura, num. 3. verb. cano: pertio, num. 15. verſ. prima ſecundum Petrum, Angelus, ibid. num. 3. Roſa, tom. 1. p. 2. aliàs, p. 5. decis. 577. *num.* 27. 25

Bar-

Barboſa, de officio Parochi, cap: 9. num. 8. & in collectan. bullar. verb. Parochus, Gratianus, tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 289. & tom. 3. cap. 992. fol. 295. Lezana, tom. 3. verb. defunctus, num. 4. Molina, lib. 2. cap. 14. de canonicis, Bonacina, de ſepultur. diſp. 3. q. 21. punt. 5. num. 3. Riccius, p. 4. ſua praxis, reſolut. 304. num: 2. Hieronym. Garat. de Iuribus parochi, tit. 3. cap. vltim. Tamburinus, tom. 3. de iure Abbat. fol. 457. vbi refert quandam Rotæ deciſionem, 1627. in lucem datam, & tom. 1. diſp. 25. q. 2. num. 31. ait, in hac materia præcedentiæ eſſe potiſſimum conſuetudinem inſpiciendam, vt reſoluit Bald. in cap. cum olim num. 1. de conſuetudine, & in l. obſeruare. §. antequam verò, num. 13. ff. de officio Proconſulis, Felinus, in cap. ſtatuimus, de Maiorit. & obedient. & pro adductis rationibus, allegantur etiam, Gloſſa, in cap. ſtatuimus, verb. conſueta, verb. maioritas, de officio Delegati, in 6. Geminianus, in cap. Epiſco. num. 2. diſt. 17. Abbas, num. 1. conſil. 21. lib. 1. Menochius, conſil. 11. num. 6. & 56. Decius, conſil. 161. num. 2. verſ. 7. iſta concluſio, Loffredus, in paraphraſi feud. in cap. omnes, verſ. confirmatur prædicta, Caſſanus, in Catalogo Mundi, p. 4. conſiderat. 52. num. 8. Gama, deciſ. 1. num. 52. Peregrinus, conſil. 74. num. 20. lib. 1. Ioan. de Siluis, de beneficijs, q. 61. num. 2. Collegium Bononienſe, conſil. 1. num. 13. & 26. Vitalin. in Clementi. 1. num. 29. de præbend. & num. 30. & 32. Staphilus, de lit. grat. §. 6. num. 2. Nauar. cap. 2. ſumm. num. 2. & in capit. 1. §. caueant. de pænit. & remiſſ. Pariſius, lib. 4. de Reſignat. q. 11 & q. 11. num. 29. & lib. 10. q. 2. num. 27. & alij.

CONCLVSIO II.

26 Si in funeralibus contingat Capitulum nouæ Collegiatæ cuiuslibet, niſi conſuetudo aliàs, obſtet, aut aliud Ius, præceſſiſſe, aut præceſſurum parochis ignorantiæ cauſa, aut adulationis, vel alterius intereſſe ducti, ipſi parochi tollerarunt, vel permiſerunt; proindè minimè nocerè debet, ac præiudicare ſucceſſoribus parochis.

Ratio eſt adæquata huius noſtræ aſſertionis; quià in materia præcedentię, & prçeminentiæ eſt ſeruanda talis conſuetudo, vt qui ſunt in tali poſſeſſione, manutenendi ſunt; quòd notatur, *in cap. 1. de feud. man. & in cap. Imperialem, §. præterea, ducatus, de prohibit. pheudi alienand. & in cap. de ſucceſſ. pheudi.* nàm non amittitur ius Prælationis, illa non vtendo, aut alios patiendo præcedere: cum non poſſit expreſsè tali iuri renunciari, in Eccleſiarum præiudicium, & ſucceſſorum, nèc etiam tacitè; quia materia præcedentiæ eſt magni præiuditij, nèc compromitti valet abſque Superioris auctoritate. 27

Doctorum Allegationes.

Affirmant hanc noſtram aſſertionem Baldus, in cap. cum olim, de conſuetudine, Decianus, lib. 3. conſil. 19. num. 44. fol. 19. & lib. 7. conſil. 21. num. 74. Rota, deciſ. 4. de elect. in nouis, Menochius, conſil. 126. num. 3. lib. 2. Nauar. conſil. 2. de Maiorit. & obedientia, cum alijs allegatis, & allegandis. 28

CONCLVSIO III.

Canonici huiuſmodi iure ſepeliendi, & funerandi carentes in ſua Collegiata Eccleſia, nequeunt proindè Crucem erigere, quandò defunctorum Corpora ad Eccleſiam ſuam portantur ad ſepelienda; ſed Crux parochialis Eccleſiæ, proprij defuncti eſt à parocho erigenda, quamuis totum 29

Ca-

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ funus aſſociet.

30 1 Probatur. Nàm Crucem erigere in funeralibus tantum poſſunt hi, qui de iure ſepeliendi, ac funerandi habent ius, & ſub ſe populum, aut ex priuilegio; ſed capitulum nouitèr erectum cuius vis Eccleſiæ Collegiatæ, non habens, neutro modo, hoc ius. ergo Crucem in funeralibus nequit erigere.

31 2 Probatur verbis ipſis recitatis ſuprà, Sacræ Congregat. Rituum; vbi dicitur: *Sine præiudicio tamen in reliquis; Iurium, & praeheminentiarum, eidem Parocho de iure, vel de conſuetudine competentium*. vbi declaratur, de iure ad parochos ſpectare præcedentiam ſuper Canonicos præfatos, de conſuetudine immemorabili, & debent proinde in ea manu teneri; & Crucem etiam de iure erigere ad eos attinet, quia ſub ſe populum habent, & non ad ad præfatum Capitulum, quòd omni iure caret funerandi, & ſepeliendi, & conſequenter Crucem erigendi. ergo vera concluſio.

32 3 Conſtat etiam aſſertio ex his, quę ſuprà num. 16. ex Cardinali Sancta Seuerina recitauimus nimirum, vnam tantum Crucem eſſe erigendam ab illa Eccleſia, ad quam fertur funus ad ſepeliendum; ſed quia Capituli Eccleſia de nouo inſtituta non eſt Parochialis, nec vllum ius eam ferendi habet. ergo illam erigere nequit.

33 4 Si namque Canonici præfati, nouitèr inſtituti, in quorum Bulla, nullum adeſt ius, & priuilegium erigendi Crucem, quando Cadauera, in eorum Eccleſia tumulantur, & eam erigentes, damnificarent ſanè ac magnum inferrent præiudicium ipſis Parochis, ad quos de iure ſpectat illam eleuare quandò mortui Parochiani ſepeliuntur in ſua Eccleſia Collegiata, quæ eſt publicum Cœmeterium omnium parochorum illius loci, & Ciuitatis; & tales Canonici puniri poſſent de perturbata poſſeſſione, & iure pacifico, quod parochi benè fundatum habent, Crucem erigendi, & non ipſi Canonici. ergo.

5 Eccleſia Collegiata ſiquidem horum Canonicorum, non dumtaxat eſt 34
commune Cœmeterium, ſed quò ad animarum curam ſubeſt, e. g. Collegiata Senenſis parochis S. Chriſtophori, & S. Petri de ouili: quo, ergo, iure, tales Canonici Crucem erigere prætendunt, ſi nullum Ius parochiale in ſua Eccleſia habent? ergo ad ipſos Parochos, & minimè ad Canonicos dictos attinet, Crucem erigere.

6 Nèc in præſentiarum valet dicere; Canonici Eccleſiæ Collegiatæ de nouo inſtituti habent facultatem Cru- 35
cem erigendi in proceſſione, putà, Sanctiſſimi Sacramenti Corporis Chriſti. ergo, & in aſſociatione defunctorum, quandò ſepeliuntur in ſua Eccleſia. negatur conſequentia; & ratio negationis eſt; quia *à diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoris. & cap. ad audientiam, de decimis.* non inquam, valet conſequentia; Nam eis fuit permiſſum, vt eo die erigant crucem, ad tollenda ſcandala, & rixas, præcedentiæ cauſa, reſpectu cæterorum presbyterorum, qui ſub cruce Cathedrali proficiſcuntur in omnibus proceſſionibus, &c. ergo.

Doctorum Allegationes.

Allegantur prò hac noſtra Theſe omnes citati Scriptores ſuprà num. 21. & præſer-
tim Gauantus, in manu: Epiſco: verb. 36
exequiæ, num. 14. Lauorius, tit. 2. cap. 3. n. 208. 212. & 220. & cap. 11. n. 25. & ſeqq. variarum Lucubrat. Gratianus, tom. 2. diſcept: forenſ: cap. 298. num. 88. & alij communiter.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO IIII.

37 Stante, quod Præfati Canonici, nullum ius in ſua Eccleſia Collegiata, de nouo inſtituta, habent, nèc ſcilicèt funerandi, nèc ſepeliendi, nec Crucem erigendi; neceſſariò, quoque ſequitur, minime eos prætendere poſſe à Parochis medietatem funeralium, quādo mortui humantur in ſua Collegiata Eccleſia, & licet totum eius capitulum adſit in aſſociatione defuncti ad ſepulturam.

38 In primis, manifeſtiſſima, ac certiſſima manet concluſio, ex hactenus allegatis, me Hercule, non eſt dubitandum; deinde probatur.

1 Nàm Canonici prædicti, licèt capitulariter procederent in aſſociatione mortuorum, quando ſunt in ſua Eccleſia tumulandi, in tali caſu, ſe omninò habent, ſicuti cæteri Clerici; quia in Bulla inſtitutionis huius Collegiatæ, nullum Ius habetur, & eis pręſtatur, vt valeant Crucem erigere, ac ius ſepeliendi, & funerandi. quo pacto ergo prætendere volunt funeralium medietatem, iuridicè, & legitimè, ac licitè? ergo.

39 2 In allegato Decreto Sacræ Congregationis Rituum, non cauetur, Canonicos præfatos à Parochis deſumere funeralium medietatem, quando capitulariter ad ſuam Collegiatam Eccleſiam ad ſepeliendum mortuos, aſſociant; ſed tantum ſtatuit quod; *Sine praiudicio in reliquis, iurium, & præeminentiarum eidem Parocho de iure, vel de iure competentium*: ſed ipſis Parochis de iure totum funus competit; quia ipſorum Eccleſia eſt commune Cœmeterium Parochorum, qui etiam, non nulli, vt ſuprà diximus, habent ſub ſe talem Eccleſiam quò ad animarum curam. ergo vera aſſertio.

40 3 De iure namque communi ſolum Parochis, curam animarum habentibus competunt funeralium emolumenta, *cap. 1. & cap. relatum, de ſepultur.* & ex alijs Iuribus; quoniam dantur eis in recompenſationem laborum, quos ipſi ſuſtinent in celebrando diuina, & in Sacramentis adminiſtrandis defuncto, quos labores Canonici pręfati minimè ſuſtinuerunt, & ideò eis medietas funeralium ob nullum ius, & ſub nullo prætextu, funeralium medietas competit. ergo.

Doctorum Allegationes.

Suſtinent noſtram hanc aſſertionem Surdus, conſil. 525. num. 14. Mantica, deciſ. 284. num. 6. Lezana, tom. 2. cap. 1. num. 48. cum alijs ſuprà nominatis. 41

CONCLVSIO V.

Quandò etiam præfatorum Canonicorum Sacriſta, ſeù Capellanus, ad funus aſſociandum proficiſcitur, in eorum Eccleſia ſepeliendum, non poteſt Crucem erigere, nèc locum habere ſuper Parochum defuncti, nèc funeralia peragere in ipſa Eccleſia, ſed hæc omnia de iure pertinent ad defuncti Parochum agere. 42

Conſtat veritas huius concluſionis ex allegatis vſque modò; nàm ſi ipſi Canonici nequeunt etiam capitulariter aſſociantes funus ad ſuam Eccleſiam, erigere Crucem, & cætera funeralia proſequi, cum ius nullum ſepeliendi, & funerandi retineant. ergo multò magis non valebit hæc agere ipſorum Sacriſta. Nàm, nemo dat, quod non non habet, ſed ipſi Canonici nullum ius habent circa funeralia. ergo non poſſunt iſta Sacriſtæ præſtare. ergo. 43

Docto-

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

44 *Tradunt Felinus, in cap. cum olim, num. 1. verſ. ſed vera ſolutio, de officio delegati, hanc Theſim, Rota, in Burgenſi præeminentiarum, 4. Ianuarij. 1611. coram Penia, Lauorius, cap. 11. nu. 61. & ſeqq. tit. 2. variar. Lucubrat. Praxis Neapolita: de ſepultur. cap. 61. num. 21. Gratianus, tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 298. num. 4. Barboſa, de officio Parochi, cap. 26. num. 8. Sperellus. deciſ. 26. nu. 9. Romanus, conſil. 218. & alij.*

CONCLVSIO VI.

45 Sacriſta præſatæ Eccleſiæ Collegiatæ nequit etiam Cruces affigere portis eiuſdem Eccleſię, ſed tantum ad ipſos Parochos, ſub quorum cura, & ditione manet ipſa Collegiata Eccleſia attinet.

46 Cuius ratio eſt adæquata, & efficaciſſima; quia ius affigendi Cruces ad Eccleſias, ad Parochos ſpectat, e. g. in Ciuitate Senarum, ex conſuetudine immemorabili, & non ad Sacriſtam præſatæ Eccleſiæ, ſi Curatus non ſit. ergo vera concluſio, quæ etiam patet de ſe, per ea, quæ in ſuperioribus diximus.

Doctorum Allegationes.

47 *Amplectuntur aſſertionem noſtram Gauantus, in manuali Epiſco. num. 21. verb. Parochorum munera, Piaceſius, de viſit. beneficio. ſimplici. num. 33. & 34. Genuenſis, in ſua praxi, cap. 17. num. 12. Barboſa, de Parochi officio, cap. 17. nu. 11. & de hac aſſertione, Deciſio adeſt S. Congregat. 18. Maij, 1602. relata ab his citatis Scriptoribus, cum alijs referendis.*

CONCLVSIO VII.

In Funeralibus quando, e. g. eſt vocatum totum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ad funus aſſociandum. Parochus defuncti, locum dare tenetur illius Canonicis, & ipſe immediatè poſt eorum Clericos locum tenere debet honorationem, & hoc fit totum, propter reuerentiam Matricis Eccleſiæ. 48

Adeſt de re iſta; ſequens authentica deciſio Sacræ Rituum Congreg. in vna Viterbienſi, infraſcripti tenoris, videlicèt.

In Sacra Congregatione, expoſitum fuit, oriri differentias inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterbienſis, dum ſimul ad funus alicuius defuncti aſſociandum accedunt. 49

Prætendentibus Parochis, ſtola, & cotta indutis, præcedentiam, in caſu propoſito ſuper Vniuerſum Eccleſiæ Cathedralis Clerum, & Capitulum; Archydiacono, & Archypresbytero dumtaxat exceptis: & contra, non conuenire, exiſtimantibus dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, vt ſimplex Parochus ſuprà Clerum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, qui ſimul cum Archydiacono, & Archypresbytero, vnum corpus conſtituunt, locum obtineant. 50

Quibus auditis; eadem Sacra Rituum Congregat. à Decretis factis in ſimilibus, non eſſe recedendum, cenſuit; Nempe vt locus dignior in funeralibus ſemper relinquatur Capitulo &, Clero Eccleſiæ Cathedralis: Parochum verò defuncti, vel Parochum Eccleſiæ, ad quam corpus defuncti defertur, digniorem locum obtinere, & præcedere quoſcumque alios presbyteros, non autem Eccleſiæ Cathedralis, & debere incedere antè Capitulum Eccleſiæ Cathedralis. 51

In Eccleſia verò, vbi Corpus defuncti ſepelitur, ad Parochum ipſius Eccleſiæ pertinere officium facere, & expreſſè declara- 52

clarantum fuit, in vna Piſaurienſi, die 20. *Decembris*, 1603. *& ſic in Ciuitate Viterbienſi etiam ſeruandum eſſe, cenſuit; niſi, aliàs, immemorabilis conſuetudo ad fauorem Parochorum legitimè probetur, & ità declarauit Roma*, 20. *Iunij*, 1611. *Dom Epiſco. Oſtienſis Cardinalis Pinellus. Io. p. Mucant. Secretar. loco† ſigilli, & anteà* 30. *Auguſti* 1603. *eadem Congregat. in vna Sutrina, hoc idem ſtatuit, in vna Piſaurienſi.* 22. *Martij* 1633.

CONCLVSIO VIII.

53 Archypresbyter, qui eſt ſecunda dignitas, in Eccleſia Cathedrali Viterbienſi, cui animarum cura incumbit, ac ſtolam defert, præcedere debet Archydiaconum, qui eſt prima dignitas, ratione ſtolæ.

54 *Ità declarauit eadem S. Congregat. Rituum, in vna Viterbienſi, & Troiana, die* 4. *Maij* 1613. *& pluris anteà, & poſteà fuit hoc idem deciſum.*

Doctorum Allegationes.

55 *Autumant conclusionem banc noſtram, Lauorius, cap.* 11. *num.* 67. *& ſeqq. Barboſa, vbi ſuprà, Praxis Neapolitana, cap.* 24. *cum multis, ex ſuprà relatis, & dicendi.*

CONCLVSIO IX.

56 Parochi propriam cultram habentes, in defunctorum Bara, ſeù feretro ſupponendam quandò nempè, Cadauer ad humandum ducitur, prò qua, certa pecuniæ quantitas ab ipſis exigi ſolent haud queunt, Hæredibus defuncti interdicere, vt nè aliundè ab alijs deſumant aliam.

57 1 Probatur, quia talis Parochi vetatio, de cupiditate non modicâ, ac Auaritia ſaperet; et ſi cum ſuis Parochianis pactum ageret, de cultra, & Conuentio exiſteret, aperta ſimonia eſſet. ergo vera aſſertio.

2 In re namque ſua, quilibet eſt dominus faciendi, quod ſibi beneplacet, 58 iuxtà *regulam Iuris, in* 6. *& l. fluminum, ff. de damno infecto; & res qualibet, libera præſumitur. l. ſi pares, ff. de noui oper. nunc.* nèc Parochi ad hoc valent ſuos Parochianos compellere; & licèt, huiuſmodi conſuetudo diſponendi propriam culturam Parochorum obſeruata eſſet vltrà decem annos, non ideò præſcribitur; quia ſapit de ſimonia, recipiendo certam pecuniæ quantitatem propter hoc: tum etiam quoniam, hæc ſunt meræ facultatis. *L.* 1. *Cod. de annal. except.* tum vtique fundata eſſet in cupiditate, & auaritia, & proinde ſimonia committeretur.

Doctorum Allegationes.

Docent hanc noſtram Theſim Socinus, volum. 2. *conſil.* 272. *Riccius, p.* 3. *deciſ.* 59 124. *Lauorius, tit.* 2. *variar. Lucubrat. cap.* 3. *num.* 220. *cum alijs dictis, & dicendis.*

CONCLVSIO X.

Parochus tenetur funus peragere in 60 ſua Eccleſia, quandò Cadauer ibi tumulatur, quamuis, ibi ſit totum Capitulum Eccleſiæ Cathedralis cum ſuis dignitatibus præſens.

Sic, namque decretauit S. Rituum 61 *Congregat. in Piſaurienſi, die* 20. *Decembris*, 1603. *& in Melitenſi.* 18. *Nouembris*, 1606. *& in Oſtienſi Cora.* 28. *Aprilis*, 1607. *& in Praneſtina Cauarum.* 18. *Auguſti*, 1618. *ergo vera aſſertio.*

CONCLVSIO XI.

62 Parochus, & Sacriſta Eccleſiæ Cathedralis, quamuis amouibiles ſint, quandò Capitulum interuenit in funeralibus, præcedunt proprium Parochum defuncti.

Cuius eſt ratio: quia fiunt corpus
63 cum Capitulo vnum, vt num. 51. dicebamus, & ſic etiam de nouo decretatum fuit. 22. *Martij*. 1633. *a Sac. Congregat. Rituum*.

CONCLVSIO XII.

Precedentia inter Parochos tum Sæ-
64 culares, tum Regulares, quandò in funeralibus adſunt, eſt procedendum, & obſeruandum, vt cum ex Parochia, cui Sæcularis præſit, defunctus efferetur tumulandus; cui Regularis præſit, &c. ipſi ſunt præferendi, qui ſtola, & ſuperpelliceo fuerint induti, pares progrediantur, & Parochus præcedit in funere vbi Cadauer tumulatur, & procedatur etiam ſecundum vniuſcuiuſque patriæ conſuetudinem immemorabilem in hoc.

CONTROVERSIA III.

AN Crux Parochialis, in funeralibus erigenda ſit quando funus defertur ad Eccleſias Regulares tumulandum? vbi alia ſcitu digna curioſa reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Abſolutè, & ſimplicitèr loquendo,
1 de communi vſu, & praxi, atque de iure Canonico, dicimus vnam tantum Crucem erigendam eſſe in funeralibus; quod fit deuotionis cauſa, in memoriam paſſionis D. N. Ieſu Chriſti Crucifixi, & in ſignum videlicèt, quod funus eſt hominis illius, qui dum in terris vixit, & moribundus exiſtens, dicto ſignaculo Sanctæ Crucis inſignitus fuit; minimè, verò fertur, ratione, & cauſa alicuius Intereſſe præcedentiæ, & auaritiæ, ad emolumenta acquirenda, vt abuſus non in nullis locis, & corruptela introducta manet.

CONCLVSIO II.

Illa dumtaxat Crux eſt in funerali-
bus ferenda abſolutè, & ſimplicitèr il- 2
lius Eccleſiæ videlicèt, in qua corpus defuncti ſepelitur.

In primis certa manet Concluſio ex
immemorabili conſuetudine Eccleſiæ 3
vniuerſalis per ea, quæ in Superiori Controuerſia, num. 16. ex Rituali communi Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, & Pauli V. verb. exequiæ; vbi vnam tantum Crucem volunt erigendam eſſe, & illam eſſe, in cuius Eccleſia corpus defuncti tumulatur. ergo vera concluſio.

2 *Probatur ex pluribus decretis nouiſ-*
ſimè emanatis à diuerſis Sacris Congrega- 4
tionibus DD. Cardinalium; nam Sacra Rituum Congreg. petita fuit à Regularibus Terræ Matthelicæ Camarinenſis Diœceſis ſub his verbis.

An Crux Parochialis Eccleſiæ deferri etiam debeat quandò Cadauer defertur ad Eccleſiam Regularium, attenta conſuetudine, & ſemper delata eſt vna tantum Crux illius Eccleſiæ, ad quam Corpora fuerint delata? Reſpondit: Vnicam tantum Crucem in Cadaueribus efferendis, eſſe deferendam, & illam eſſe debere illius Eccleſiæ, ad quam corpus defuncti defertur. Romæ, die 21. *Nouembris* 1637. *C. Epiſco. Portuenſis; Cardinalis Pius.*

Ca-

Digitized by Google

Cæſar Fachinettus Secretar. loco † ſigilli.

3 Ex alia deciſione. S. Congreg.
5 Regular. & Epiſco. ſub his verbis facta. 1640.

1 *Non licere ferre in proceſſionibus Cruces, vel noua inſigna præter ſolitum.*

2 *Presbyteros alicuius Parochiæ non poſſe Crucem propriam erigere in proceſſionibus, ſed incedere ſub Cruce Parochiæ.*

3 *Quòd in funeralibus vna tantum Crux deferri debeat illius Eccleſiæ, ad quam Corpus defuncti defertur, dummodò non interueniat Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ſub qua omnes aſſociantes funus, incedere debent.*

4 Ex item alia declaratione Sac.
6 Congregat. Epiſco. & Regular. facta. 28. *Nouembris* 1642. vt videlicèt, *vna ſolummodò Crux deferatur ab illa Eccleſia, ad quam cadauer tumulandum fertur, & eſt conforme Statuto Cleri Romani, cap.* 5. *& Concilio Lateranenſi,* §. *Parochos cum Cruce, &c.* ergo vera aſſertio.

7 5 Conſtat ex Iure *inter cunctas de priuilegijs, in* 6. vbi habetur. *Iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eos (id eſt, patres Prædicatores) elegerunt dum viuerent ſepulturam, proceſſionaliter cum Cruce, turibulo, & aqua benedicta, cantando, ſeù legendo Officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingrediendo Parochias poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre Eccleſias tumulanda.* ſic Papa Benedictus XI. ex ordine Fratrum Prædicatorum aſſumptus. Idem ſtatuit Sixtus IIII. ſua Bulla *incipienti Regiminis vniuerſalis Eccleſiæ.* & eſt authenticè regiſtrata *fol.* 148 *Priuilegior. dicti ordinis.* ergo.

8 6 Ex declarationibus authenticatis à Hieronymo Matthæo Auditore Gregorij XIII. Cameræ Apoſtolicæ; cuius litteræ authenticationis, Bullæ Pij V. *& ſi Mendicantium ordinis*, relatæ à *Confectio per extenſum fol.* 289. hæc ad rem noſtram habentur.

Et cuicumque Chriſti fidelium, pro tempore defunctorum Cadauera qui ſe in Eccleſijs dictorum ordinum, ſepeliri ordinauerit, vel ſi ab hæredibus defunctorum, ſeù curam funeralium habentibus, ad id vocati fuerint; Cruce ſui ordinis eleuata, ad domum dictorum defunctorum accedere, & illa exindè auferre, ac ad ipſorum Eccleſias, alicuius Rectoris, ſeù Capituli præſentia, vel interuentu, minimè expectatis, ex ipſorum defunctorum domibus leuare, accipere, aſſociare, atq; ad ipſorum Fratrum Eccleſias directè deferri, & in illis ſepeliri facere. hæc ibi. ergo. quod idem aſſeritur in dicta Bulla Pij V. *etſi Mendicantium ordinis*; relata ab eodem *Confectio fol.* 243. quam dictus Gregorius XIII. authenticare fecit per dictum ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, anno 12. ſui Papatus, ad inſtantiam Procuratorum Generalium ordinum Regularium.

7 Item, ex alijs declarationibus 9
Congregationum diuerſarum, DD. Cardinalium, *in vna Narnenſi Sancti Gemini*, 28. *Septembris*, 1614. *in Barenſi Terræ Medugni.* 2. *Auguſti*, 1631. *& in Adranenſi.* 22. *Nouembris*, 1631. *& in Meſſanenſi.* 12. *Februarij*, 1633. *& in vna Florentina* 9. *Aprilis*, 1633. *& alia referenda, quæ ſanè ſufficiunt impræſentiarum.*

Doctorum Allegationes.

Defenſores harum duarum Theſum;
ſunt Gratianus, tom. 2. *diſcept. forenſ. cap.* 10
289. *num.* 120. *Peyrinus, tom.* 3. *priuilegiorum, in calce Tomi, Barboſa, in collectan. bullar. verb. Crux, & cap.* 26. *de offic. Parochi nu.* 78. *Nouarius in Lucerna Regular. verb. Crux, num.* 1. *Aldranus, in reſolut. Canonica. dub.* 2. *num.* 4. *Mancinus, in ſua praxi Infirmorum, dub.* 26. *fol.* 496. *Lezana, tom.* 2. *verb.*

Digitized by Google

*Crux, num. 2. & tom. 3. verb. defun-
ctus, num. 3. cum alÿs, de communi
ſententia.*

CONCLVSIO III.

Introduci minimè poteſt pro vtro-
11 que foro, Conſuetudo à Parochis ſu-
as Cruces deferre in funeralibus quo-
ties Cadauera ſuarum Parochiarum
Eccleſiarum, tumulantur in Regulari-
um Eccleſijs, vel in alijs Eccleſijs non
Regularibus, cum damno, & præiudi-
cio illarum Eccleſiarum, vbi defuncti
humantur, eo ducti intereſſe, & auari-
tia, ad lucrandam medietatem funa-
lium, aliàs, ſemper rixæ, & conten-
tiones erunt inter Parochos, & Regu-
lares, & ideò ad Sedem Papalem re-
currant.

1 Probatur, Nàm quoties Parochi
12 ſuam attollent Crucem, quandò cor-
pora defunctorum in Eccleſijs Regula-
rium ſepeliuntur, ſemper exiſtimabi
tur, vt hoc faciant ſolummodò ratio-
ne auaritiæ, ad lucrandam medieta-
tem funalium, ſed hoc agere neque-
unt pro vtroque foro, abſque peccato;
cum fiat magno damno, & detrimen-
to ipſarum Eccleſiarum, quibus de iu-
re omnia funeralia perueniunt, & de-
bentur ſecundum mentem defuncto-
rum, qui reliquerunt ſepeliri velle in
Eccleſijs Regularium, cum tali elee-
moſina funeralium. ergo.

2 Nàm in dubio ſemper contra
13 Clericos in tali caſu eſt iudicandum,
cum agatur de ſolutione temporali,
putà, de funalibus ſoluendis per me-
dietatem Parochis, ob Crucis ſuæ ere-
ctionem; quod fit, nè Auaritia in fu-
nalium exactione notentur, cum præ-
iudicio, & damno in vtroque foro,
Eccleſiarum Regularium. *cap. quantò,
de cenſibus, Abb. in cap. 1. verſ. notant:
vltim. de decimis, Bellamerus, conſil.
31. col. 7. poſt med. verſ. ſed etiam, num.
13. & omnes Doctores idem aſtruunt*;
in dubio eſſe præſumendum, talem
abuſum inductum eſſe cauſa Auaritiæ.

3 Introduci namque non poteſt 14
conſuetudo, & vſus, per actus extor-
ſiuos in præiudicium tertij, qui in ſe.
peccatum habent auaritiæ, & cupidi-
tatis, nèc non fortè ſapiant in prima
cauſa, ſimoniæ: ſed Regulares merè,
coactè, & per vim, & extorſionem
Parochis medietatem funalium ſol-
uunt; quia ſub tali intereſſe Crucem
erigunt. *cap. final. de conſuetudine; &*
in proprijs terminis, *Caſtro, conſil.
401. lib. 7. num. 4. Guglielm. Redoanus,
de ſimonia mentali, p. 3. cap. 16. num.
33. tom. 11. fol. 96. cum alijs allegandis
tradunt.* ergo.

4 Nulla conſuetudo perniciosa Ec- 15
cleſiæ admittenda; ſed iſta eſt perni-
cioſiſſima Eccleſijs Regularium à Paro-
chis introducta, erigendi Crucem ob
intereſſe lucrandi medietatem funali-
um in mortuorum funeralibus: ergo
non eſt tolleranda, ſed auferenda om-
ninò; ergo nulla eſt.

5 Quæ enim ſunt propriæ faculta- 16
tis, & libertatis, conſuetudinem non
inducunt reſtrictiuam liberæ poteſta-
tis, & dum lis inter Parochos, & Re-
gulares adeſt de re iſta, nequeunt in-
terim, dummodò deffinita non eſt,
ac perpetuò deciſa à Sede Apoſtoli-
ca recipere Parochi talem medieta-
tem funalium: Immò vt bene viſum
eſt hactenus, eſt lex Canonica, & de-
ciſiones per quam plurimę authenticæ
ſunt emanatæ; vt vna tantum Crux
ſcilicèt, deferatur in funeralibus. er-
go vera concluſio.

6 Conſuetudo, quæ eſt de ſe irra-
tionabilis, nullo iure ſuſtinetur, & eſt 17
totaliter remouenda; ſed Crucem de-
ferre à Parochis in funeralibus, ob me-
dietatem lucrandi funalium, eſt irra-
tiona-

tionabilis ; quia cum præiudicio, & damno Eccleſiarum Regularium eſt introducta, & contrà allegata Iura, prohibentia talem erectionem Crucis à Parochis faciendam, & præſertim, ſub tali intereſſe auaritiæ : & quia in Dei Eccleſia non eſt ſimilis vſus duas deferendi Cruces ſimul à dextris, & ſiniſtris aſſociatas; eſt, mehercule ; deriſio, abuſus indecentiſſimus, & irrationabilis, ideò, à dictis Iuribus interdictus. ergo.

18 7 Nulla conſuetudo licitè, legitimè, & validè abſque maioris partis, & ſanioris populi conſenſu introduci valet, aliàs, irrita eſt, & nullius roboris, & firmitatis extitit, ſed Parochi ſic eam introduxerunt, abſque Regularium conſenſu, & voluntate, & cum præiudicio, & damno in vtroque foro, eorumdem, cauſa, & occaſione recipiendi per vim, & coactè, funalium medietatem ab ipſis Regularibus; quia Crucem detulerunt in occaſione defuncti ſepulti in Eccleſijs Regularium; alioquin, ta'em medietatem non ſumerent funalium.ergo vera cõcluſio.

19 8 Ad introducendam conſuetudinem neceſſariò Iuriſdictio, & poteſtas ſuprema independens exigitur, & id multò magis, quandò eſt in præiudicium tertij introducta, nulla manet : Parochi verò carent penitùs Iuriſdictione, ac poteſtate dicta, ad introducendam conſuetudinem talem pernicioſiſſimam Regularium Eccleſijs, erigendi Crucem in funeralibus, ad lucrandam funalium medietatem. ergo.

20 9 Nulla conſuetudo, & lex ſit, cum non adſit conſenſus totius multitudinis, ad quam præſtare pertinet, vt docet D. Thom. p. 2.q. 97.art. 3. ad 3. ſed Parochi ſine Regularium conſenſu, & participatione ipſorum,introduxerunt præfatum abuſum erigendi ſuam Crucem,ad lucrandam funalium medietatem.ergo nulla eſt,ergo vera concluſio.

10 Quoties enim conſuetudo introducitur, aut contra publicam vtilitatem, aut contrà priuatam etiam, in eius præiudicium, nihil valet, & ipſo iure, inanis eſt ; *vt docent Bartolus, in l. de quibus, Parnomit. in cap. de tregua, & pace, & ibi Gloſſa, & Goffredus, Syluest. verb. conſuetudo, nu. 9. q. 6. & eſt communis Canoniſtarum opinio*, ſed talis conſuetudo, at melius, dicam corruptela, & abuſus, à Parochis introductus contrà vtilitatem publicam, & priuatam Eccleſiarum, putà, Regularium Senenſium, Crucem erigendi in funeralibus, ad funalium medietatem lucrandam, ergo nulla eſt : ergo vera aſſertio. 21

11 Conſuetudo introducta in rebus Eccleſiaſticis, abſque maiorum Superiorum Auctoritate, quorum intereſt, non ſolum eſt temeraria præſumtio ambitioſa ; ſed nullà etiam exiſtit : ſed Parochi abſque Regularium Prælatorum authoritate, & fortaſſe quoque ſuorum Antiſtititum, introduxerint huiuſmodi abuſum damnoſum alijs, & ſe ipſis, pro vtroque foro, nulla eſt, ergo vera concluſio. 22

12 Conſuetudo, quæ violentèr introducitur, aut eſt ſic introducta, omninò eſt irrita ; ſed huiuſmodi eſt iſta à Parochis introducta, Crucem ſuam portandi in funeralibus ob *Intereſſe* adipiſcendi funalium medietatem. ergo vera concluſio. 23

13 Omnis ſiquidem conſuetudo, cuius fundamentum conſiſtit in emolumento, & lucro temporali, in actibus Eccleſiaſticis, & functionibus, ab auaritia, & cupiditate lucrandi dependens, eſt totaliter ab Eccleſiaſticis Parochis auferenda, at huiuſmodi eſt iſta, quę eſt à Parochis introducta in funeralibus,Crucem erigendi,ad medietatem funalium lucrandam.ergo vera concluſio. 24

Digitized by Google

25 14 Conſuetudo, quæ eſt peccati mortalis nutritiua, non dumtaxat eſt nulla, ac friuola eo ipſo, ſed per nullam immemorabilem conſuetudinem acquirit præſcriptionem. *cap. non ſatis, cap. incolas, de ſimonia, cap. cum tanto de conſuetudine: Rota, in Calaguritana praheminentiarum*, 24. *Aprilis*, & 18. *Decembris* 1592. *coram Gypſio*, *Pariſius*, *conſ. l.* 23. *lib.* 1. *num.* 49. & *alij de communi ſententia autumant:* ſed Parochorum præfata conſuetudo ſuam Crucem erigendi ad lucrandam medietatem funalium eſt nutritiua peccati mortalis, auaritiæ, & ſimoniæ, vt dictum eſt, & in damnum magnum Eccleſiarum Regularium. ergo.

26 15 Conſuetudo; quæ eſt admodum onerosa, ac pernicioſa. nèc valet, nec tollerabilis eſt; ſed huiuſmodi eſt iſta Parochorum, qui introduxerunt Crucem ſuam erigere in mortuorum aſſociatione, quando ipſi tumulantur in Regularium Eccleſijs, ipſis ſatis valde onerosa, & pernicioſa, ob ſolutionem medietatis funalium, quorum cauſa, ad illa lucranda, talem introduxerunt abuſum. ergo vera concluſio.

27 16 Conſuetudo etſi immemorabilis exiſtat, quandò eſt contrà libertatem, & exemptionem Eccleſiarum, manet irrita; ſed horum Parochorum eſt huiuſmodi; quia Eccleſiarum Regularium libertatem, & exemptionem, ac aliarum Eccleſiarum offendunt, propter ſolutionem medietatis funalium. ergo vera aſſertio.

28 17 Tandem probatur noſtra Theſis, hac euidentiſſima adæquata, & totali ratione inuincibili: Nàm ſtante iure communi, Domini Benedicti Vndecimi, *inter cunctas, de priuileg. in* 6. cuius verba à principio retulimus, & conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. dictis, & per quam multis decretis authenticis Congregationum diuerſarum DD. Cardinalium de Cruce vna tantum erigenda in mortuorum aſſociatione ab illa Eccleſia, vbi tumulatur defunctus; ad illius introducendam Conſuetudinem, cum ſit immediatè contrà prædicta iura Pontificia, neceſſariò Papæ ſcientia, ac conſenſus huius pernicioſæ Conſuetudinis, & præiudicialis tertiò exigitur, aliàs, numquam per contrariam conſuetudinem immemorabilem dicta Iura, & leges abrogantur; ideſt, vt perpetuò vbique in Dei Eccleſia, in mortuorum aſſociatione vna tantum Crux ab illa Eccleſia deferatur, vbi defunctus humatur.

Et ne dum ſcientia præfatæ Conſuetudinis, ſed melius dicam corruptelæ malæ, & damnoſæ, requiritur; ſed vtique expræſſus Papæ conſenſus, ad eam introducendam contrà relata Iura, & Decreta, licèt immemorabiliter durata fuerit. Et impræſentiarum, ignorantia dictorum Iurium, & Decretorum non proinde Parochos tales excuſat, ſed per quàm maximè accuſat eos in vtroque foro ad reſtitutionem in integrum. ergo manet certiſſima noſtra concluſio; quæ ſi in iudicio fuiſſet Romæ deducta iuſtitia exigente minimè tolerata fuiſſet talis pernicioſa conſuetudo; nàm multa ſanè per patientiam, & prò bono pacis, ac ratione ſcandali tollerantur, quæ in iudicio deducta, iuſtitia exigente, non tollerarentur; vt eſt textus *in cap. cum iam dudum*, 18. *in fine, de prebend.* quem ad rem *Gloſſa, allegat. in* §. *leges, verb. abrogata, dict.* 4. 29

Hanc doctrinam, cum Superioribus allegatis docent Abb. in cap. vlt. num. 8. *de conſuetudine, Salas, de legibus, q.* 97. *tract.* 14. *diſp.* 19. *ſect.* 6. *num.* 59. & 61. *Rota, in Treuerenſi Abbatis.* S. *Maximi.* 24. *Ianuarij*, 1621. *coram Coccino Decano*; *Rota, item, in Romana obſeruationis contractus*, 23. *Octobris* 1551. *coram* 30

ram

ram Chiſſanenſi, relata à Verallo, deciſ. 204. num. 3. p. 3. in Romana Concordia. S. Petri. 12. Februarij, 1618. coram Caualerio. Gloſſa, in d. §. leges, verb. abrogata, diſt. 4. Archidiacono: in cap. cum, de beneficio, num. 2. verſ: nàm, circa medium, deprabend. in 6. vbi aſſerit, caſum eſſe expreſſum, in cap. conſequens, & cap. nolite, 11. diſt. cap. facta, 9. q. 3. & cap. illum, & cap. ridiculum, 12. diſt. Ioan. Andrea, in d. cap. cum de beneficio, poſt principium, Geminian. ibid. nu. 6. Franchus, num. 3. D. Antonin. p. 1. ſumm. tit. 16. cap. vnic. §. 2. ante finem, & alij.

Doctorum Allegationes.

31 *Sunt aſſerentes noſtram præfatam concluſionem cum ſuis annexis: Rota, deciſ. 10. de conſuetudine, in antiquis, Abbas, in cap.* Clerici, *de iudic. & conſil. 53. num. 1. p. 2. & in cap. quantò, conſil. 7. Rolandus, conſil. 23. num. 9. lib. 2. Soccinas, in cap. ſi quis clericus, fallent. 19. de foro competent. Alexand. conſil. 8. nu. 1. & conſil. 149. num. 10. Surdus, conſil. 301. num. 12. Molina, de iuſt. & iure, diſp. 672. Azzorius, tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. Suarez, tract. de defenſione fidei, lib. 4. cap. 32. num. 14. & cap. 34. num. 12. Bartol. in l. 1. ff. de legibus, Baldus, in l. vlt. de legibus, & alij communiter.*

CONCLVSIO IV.

32 Parochi huiuſmodi, qui vſque modò, contrà Iura Papalia, & Decreta multa, plurium Sacrarum Congregationum DD. Cardinalium, medietatem funalium acceperunt, ob Crucis erectionem in aſſociandis defunctis ad Sepulturam Regularium Eccleſiarum, in vtroque foro tenentur in integrum ad reſtitutionem quouſque lite pendente, non ſit diffinita; licèt, iam diù determinata ſit pro vtroque foro, per allegata Iura, & Decreta, quorum ignorantia tales Parochos minimè excuſat.

Iàm ſanè concluſio remanet veriſſima, ex hactenus adductis, & eiſdem rationibus probata manet: Nàm horum Parochorum conſuetudo cum non ſit licitè, iuſtè, & legitimè introducta, vt viſum eſt; ſequitur neceſſariò, minimè recipere poſſe, iuſtè, & validè, talem medietatem funalium pro ſua Cruce erigenda in funeralibus, quia illam non legitimè erigunt eius cauſa, talem medietatem funalium ſumere. ergo tenentur ad reſtitutionem, &c. nàm vt dicit *Petrus de Rauenna, ſingular. 109. cereos debere remanere fratribus ſepelientibus, quaſi ſequella Cadaueris: & notat etiam, Baldus per text. in l. vnic. §. qui Domini, Cod. de latin. libert. toller.* 33

CONCLVSIO V.

Parochi non ſolum nequeunt Crucem erigere in mortuorum aſſociatione, qui in Regularium Eccleſijs humandi ſunt; verum etiam, tantummodò mortuos aſſociare tenentur vſque ad portam Eccleſiæ, ſi non fuerint legitimè impediti, & abſque ſua Cruce. 34

1 Conſtat aſſertio ex Decreto emanato *die 22. Februarij 1641. à S. Congregatione Epiſco. & Regular. ad inſtantiam Procuratoris Generalis Eremitarum diſcalceatorum D. Auguſt. nempè, Parochum teneri aſſociare Cadauera vſque ad Regularium Eccleſiam ſi in ea ſepeliri elegerint, niſi fuerit legitimè impeditus.* ergo vera concluſio quòad omnes ſuas partes, ideſt, non poſſe, nèc debere Parochum ſuam portare Crucem in Eccleſia Regularium. 35

36 2 Probatur Concluſionis pars 2. Nàm parochi nullum ius deferendi Crucem in Regularium Eccleſijs habent, cum ſint exemptæ à locorum ordinarijs, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectæ, &c. ergo nequeunt eam portare: quia Crucis erectio indicat Iuriſdictionem, vbi Cadauer tumulatur; ſed Parochi nullum ius, & iuriſdictionem habent in Regularium Eccleſijs, ergo nequeunt eam erigere, neque erectam ibi habere.

37 3 Ad liberam poteſtatem ſepeliendi, ac funerandi intereſt, vt vna tantum Crux feratur ab his, vbi defunctus tumulatur. ergo Parochus nequit eam erigere quandò in Regularium Eccleſijs mortuus ſepelitur; quia ipſi Regulares liberam à Iure, habent ſicut Parochi, Iuriſdictionem ſepeliendi, & funerandi, quorum intereſt ſuam tantum Crucem portare, in mortuorum aſſociatione.

38 4 Parochi namque cum Crucis erectione non ſolum derogant Iuri exemptionis Eccleſiarum Regularium; verum vtique iuri funeralium cum maximo præiudicio earumdem Eccleſiarum: quia per illius erectionem habent licèt, iniuſtè, funalium medietatem: ſed hæc Parochi licitè, & iuſtè non valent agere. ergo nec etiam Crucem erigere.

CONCLVSIO VI.

39 In defunctorum aſſociatione, ſi Capitulum Cathedralis incedat cum Regularibus, tantum vna Crux eſt ferenda ab Eccleſia Cathedrali, ob illius reuerentiam, Cadauer ſi ſepeliatur in Eccleſia Regularium, non erigenda eſt ab eis alia Crux; ſi verò ab Eccleſia Cathedrali non defertur, eam Regulares erigent, ſi Cadauer eſt tumulandum in ſua Eccleſia. Sic *Sacra Rituum Congregatio ſanciuit, in vna Piſaurienſi. 22. Martij 1631.*

Doctorum Allegationes.

Tradunt Theſem hanc Fuſcus. lib. 1. de viſit. cap. 23. num. 2. Lauorius, tit. 2. cap. 11. num. 26. vari. lucubrat. Mancinus, dub. 26. fol. 496. de ſepultur. Molfeſius, p. 2. tract. 13. cap. 8. num. 54. ſumma, Barboſa, de Parochi officio, cap. 26. num. 78. Genuenſis, in ſua praxi, cap. 62. num. 12. Aldanus, in reſolut. Canoni. dub. 2. num. 4. & alij. 40

CONCLVSIO VII.

Confratres quandò ſunt ad funus vocati aſſociandum, Crucem nullo pacto erigere valent; niſi adeſſet in aliquo loco conſuetudo immemorabilis illam erigendi proceſſionaliter, *Sic Sacra Rituum Congreg. in vna Adrianenſi. 22. Nouembris, 1631. decreuit.* 41

Doctorum Allegationes.

Ità tenent hanc noſtram Theſem Barboſa; cap. 26. de offic. Parochi, num. 61. Mancinus, dub. 26. fol. 496. de ſepultur. cum alijs ſuprà relatis, & referendis. 42

CONTROVERSIA IV.

AN Parochi, ac cæteri curam Animarum gerentes, accipere plus valeant in funeralibus, quæ apud Regularium Eccleſias fiunt, quàm, quæ habentur in proprijs Eccleſijs?

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO I.

1 Ad ſepulturæ libertatem in Regularium Eccleſijs intereſt, Parochum, & omnes curam Animarum habentes, minimè poſſe, in funeralibus maiorem recipere eleæmoſynam, quæ præbentur, ac fiunt in Regularium Eccleſijs, quàm quæ recipiuntur in ſuis proprijs Eccleſijs.

2 1 Concluſio probatur ſic. Nàm alioquin, id eſſet virtualis quædam coactio, ad ſepulturam ſemper eligendam in propria Parochia; ſed hoc eſt interdictum à Iuribus citatis *in 2.diſput. contro: 1. & ſeqq. cap. animarum, cap. liberum, cap. ex parte, de ſepultur. & alijs Iuribus, in 6. & extrà de ſepultur.*ergo.

3 2 Probatur, ex conſtitutione Clementis VIII. incipiente *expoſitum, & eſt ſecunda in ordine*, quæ refertur *à Rodriquez, in ſuo Bullario*; vbi Papa mandat ſub pæna latæ ſententiæ, ipſi Papæ reſeruatæ; nè Indiarum Parochi Occidentalium, maiorem eleæmoſynam exigant ab ijs, qui ſepeliuntur in Regularium Eccleſijs Minorum Fratrum, quàm ab ijs, qui in Parochialibus Eccleſijs.

Quæ conceſſio fuit extenſa non ſolum toti Ordini Fratrum Minorum, ſed cæteris ordinibus Regularibus per communicationem priuilegiorum.

4 3 Ex Vrbani VIII.Conſtitutione facta ad inſtantiam Procuratoris Generalis Conuentualium D. Franciſci, & eſt in ordine. 20. Conſtitutio incipiens: *cum ſicut dilectus filius Baſilius, Procurator Generalis, &c. emanata die* 11. *Martij* 1638. per extenſum relata *à Peyrino, in addict. Conſtitut.* 20. vbi Papa Ordinarijs locorum committit, vt prouideant ipſi, ac decernant, nè Parochi plus percipere valeant in ſepulturis, quæ fiunt in Eccleſijs Regularium, quàm in eis, quæ fiunt in proprijs, & aliorum Clericorum Eccleſijs.

CONCLVSIO II.

Parochi minimè valent licitè, ac le- 5
gitimè accipere vnum ſcutum, vltrà quartam funeralem ab illis, qui ſepeliuntur in Regularium Eccleſijs, ſi ibi ſepulturam eligunt. *ſic enim declarauit. S. Epiſco. & Regular. Congreg.* 16. *Auguſti*, 1641.

CONCLVSIO III.

Parochi, ac cæteri Animarum cu- 6
ram habentes, de iure, ac legitimè plus recipere minimè poſſunt in Cadaueribus extraneorum, quàm Ciuium, aliorum propriorum locorum.

Conſtat in primis concluſio, *ex cap.* 7
1. de ſepultur. in 6. nam aliàs auaritia nimis eſſet, ac de ſimonia vtique valdè ſaperet, *iuxtà cap. de emptio. & venditio.* deindè probatur ex decreto emanato à Sac. Congregatione Trid. Concil. *die* 27. *Maij* 1627. & ex alijs eiuſdem deciſionibus.

CONCLVSIO IV.

Parochi, ac cæteri Animarum cu- 8
ram tenentes, pauperum Cadauera, debent gratis, & amore ſepelire; & ſi aliàs, nemo adſit, qui ſepeliat, incumbit præceptum miſericordiæ fidelium ſepeliendi corpora ſub mortali peccato: proindè Romæ Pius IIII. ſua Conſtitutione, incipiente, *diuina, & eſt* 22. 1560. *emanata*: hoc Confraternitatis Mortis mandauit: & nouiſſimè S. Epiſco. & Regular. Cong. eidem præcepit, & declarauit *in vna Caſſanenſi.* 5. *Maij*, 1617. *fieri à Parochis*.

Doctorum Allegationes.

9 *Docent has omnes noſtras Theſes Rodriquez, in ſuo Bullar. verb. Clemens VIII. Peyrinus, tom. 3. priuilegior. conſt. 22. cum addict. & in calce tomi. Aldanus, in compendio Canonicor. reſolut. lib. 4. tract. 17. num. 15. Mancinus, dub. 2. fol. 488. de ſepultur. Lauorius, tit. 2. cap. 10. num. 8. & cap. 11. num. 36. varia. Lucubrat. Genuenſ. reſolut. 638. fol. 468. Barboſa, cap. 26. num. 83. de offic. Parochi, Portellus, de dub. Regular. in addict. verb. ſepultura, Lezana, tom. 4. verb. ſepultura, quo ad Regulares, Bannes, ad 2. 2. D. Thom. q. 32. art. 2. concluſ. 3. Valentia, tom. 3. ad 2. 2. D. Thom. diſp. 3. q. 9. Punt. 2. Sà, verb. ſepultura, Laymam, lib. 3. tract. 5. cap. 12. num. 2. Baſſeus, in ſumm. verb. ſepultura, & alij.*

CONCLVSIO V.

Parochi, & alij omnes, curam Ani-
10 marum gerentes, nequeunt licitè, &
legitimè, defunctorum hæredes obligare ad maiorem eleæmoſynam pręſtare, quandò Cadauera in Regularium Eccleſijs humantur; & inſupèr, hæredes non tenentur ſoluere Curatis vltrà quartam funeralem, aliquid aliud, & ad ipſos hæredes ſpectat prolibito vocare ad funus numerum Sacerdotum tàm Sæcularium, quàm Regularium, benè viſum.

Conſtat concluſio ex decreto ema-
11 nato à S. Congregat. Epiſc. & Regular.
in vna Materanenſi, die 25. Martij 1642. & ex alio decreto. S. Congreg. Rituum facto. 21. Nouembris, 1627. C. Epiſco. Portuenſis Cardinalis Pius. Caſtur Fachinetius Secret. loco † ſigilli. & autumant ijdem plures, nunc citati auctores.

12 Quod verò nequeant maiorem eleęmoſynam Parochi recipere quando Cadauera in Eccleſijs Regularium vtriuſque ſexus tumulantur, adſunt duæ Bullæ Pauli V. vna condita in fauorem Diſcalceatorum Eremitarum D. Auguſt. incipit. *Expoſitum nobis.* 1607. *die* 16. *Februarij edita:* Altera *die* 25. *Iunij.* 1608. *incipit. Expoſitum nobis*, quæ ſunt regiſtratæ *tom. 3. Bullarij*, *in Paulo V.*

CONTROVERSIA V.

AN Parochi, & cæteri Animarum Curam gerentes teneantur funus proſequi vſque ad Eccleſiam, in qua eſt ſepeliendum? vbi multa alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur ad Curatos attinentia circà funeralia.

CONCLVSIO I.

Parochus legitimè potens, ſed no- 1
lens defunctum aſſociare, quandò defertur ad ſepeliendum ad Regulares Eccleſias, tantùm mala animi paſſione motus, non ſolum grauiſſimè peccat, peccato ſcandali, ſed agit contrà ſepulturæ libertatem, & contrà decreta Apoſtolica in iure inſerta, & extrà, & declarationes multas Sacræ Congregationis emanatas authenticè, de re hac.

1 Conſtat, aſſertio ex authentica- 2
ta deciſione facta à S. Congregatione Epiſco. & Regul. relata ſuprà *Controuerſia* 1. *num.* 13. *&* 14. & eadem ſimiliter *Congreg. Epiſco. & Regul. decretauit, in vna Nicotorenſi.* 5. *die Iulij.* 1615. *&* 1627. *in Hyſpaniam ad Nuncium Apoſtolicum eandem ſimilem miſſam fuiſſe à S. Congregatione.*

2 Probatur. Nàm proprius Paro- 3
chus nullatenùs excludendus eſt quandò Cadauer eſt in Eccleſijs Regularium ſepe-

ſepeliendum, licèt ab hæredibus ſint tantùm vocati Religioſi; vt deciſum fuit, etiam *à S. Congregat. Epiſco. & Regular. in vna Montiſpiloſi.* 1881. & vt ſuprà retulimus, *num.* 42. *Contro.* 3. Sacra eadem declarauit Congreg. ad inſtantiam Procuratoris Generalis Diſcalceatorum D. Auguſtini, Parochum teneri aſſociare defunctum vſque ad portam Eccleſiæ Regularis, in qua ſepelitur, niſi aliàs, ſit legitimè impeditus.

CONCLVSIO II.

4 Parochi, & reliqui curam Animarum gerentes, quandò non interueniunt in funeris aſſociatione, ſepeliendi in Regularium Eccleſijs, priuantur in pænam illis obuentionibus, quæ ſoluuntur ob illius aſſociationem, minimè verò quarta funerali. *vt declarauit Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. die prima Februarij,* 1641.

Doctorum Allegationes.

5 *Tradunt has duas aſſertiones Portellus, tom.* 2. *reſponſ. moral. caſ.* 66. *Barboſa, de Parochi poteſt. cap.* 26. *num.* 62. *&* 80. *Lezana, tom.* 4. *verb. ſepultura quòad Regulares, num.* 5. *&* 10. *cum alijs dictis, & dicendis.*

CONCLVSIO III.

6 Canonici Eccleſię Cathedralis, quandò eſt Cadauer in eorum Eccleſia tumulandum, irrequiſito proprio Parocho licitè, ac liberè leuare illud queunt de domo, aut Eccleſia Parochiali, & ad Matricem Eccleſiam deferre *ſic declarauit Sacra Rituum Congregat. in Theleſina.* 18. *Auguſt.* 1629. *& in vna Adrianenſi,* 29. *Nouemb.* 1631.

CONCLVSIO IIII.

Parochus interdicere minimè valet quin Defunctus ſepeliatur in Eccleſia per ipſum ædificata, & electa, reſeruata tamen Parocho ſua quarta funeralis. 7

Sic enim *decretauit Sacra Rituum Congregat. in vna Capuana, die* 30. *Maij.* 1629. *ad relationem Eminentiſſimi Cardinalis Pij, Curatum Caſalis Caſæ Puellæ Capuanæ Diœceſis, non poſſe prohibere Alicornio Natali, eiuſdem Terræ, ius ſepulturæ pro ſe, & ſuis Succeſſoribus, in Eccleſia per ipſum Alicornium ædificata, reſeruata quarta funerali proprio Parocho.* 8

Poſtea dubitatum fuit, an caſu veniente, liceat mortuos ſepelire in dicta Eccleſia abſque dicti Parochi præſentia, ſi vocatus venire recuſauerit, & noluerit. *Eadem Sacra Rituum Cong. eodem Eminentiſſimo Pio referente, ſub die* 23. *Decembris.* 1629. *cenſuit, ſi Curatus requiſitus, intereſſe recuſet, vel petitam licentiam, deneget, poſſe in dicta Eccleſia tradi ſepultura corpora ſupradictorum defunctorum, ſine ipſius licentia, ac interuentu.* 9

CONCLVSIO V.

Defunctorum Corpora, ſiue in ſuis ædibus, ſiue in Parochia maneant, & debent in Regularium Eccleſijs tumulari, ac Parochus monitus, & requiſitus, & inſuper expectatus, & venire recuſet; Regulares licitè, valent recto tramite ad ſuas Eccleſias deferre ipſum, etiam Parocho inuito. 10

Ità decretauit Sacra Epiſco. & Regular. Congregat. & reſpondit ad 4. dubium, in vna Nepeſina. 11

CON-

CONCLVSIO VI.

12 Eccleſiæ parochiali nihil debetur, quando defunctorum Corpora ibi ſunt poſita, vt poſteà ſuo tempore, ad Eccleſias Regularium transferantur ad tumulanda, ſed tantum Parocho quarta funeralis eſt præſtanda. *Sic, namque cenſuit Sacra Congreg. in vna Placentina. 23. Martij. 1619.*

CONCLVSIO VII.

13 Defunctorum Corpora quando ſepulturæ præbentur in Parochijs proprijs, aut in alijs Eccleſijs Clericorum, aut Laicorum Confraternitatum, & Oratorijs, ad parochos ſpectat per quam viam incedere funus debeat, aut ſtandum erit iuxtà vnius cuiuſque patriæ conſuetudinem, videlicet, ad Hæredes defuncti, vt ipſi declarent per quam viam funus incedere debeat, ſpectabit.

14 *Sacra, ità, Epiſco. & Regular. Congregat. declarauit die 2. Ianuarij. 1594. in vna Caſtellanenſi, & ſic etiam tenetur Parochus funus proſequi, vt ſuprà diximus, vſque ad portam Eccleſiæ; eadem S. Congregat. decretauit, in vna Brixianenſi. 18. Iunij. 1591. & Nicotorenſi. 5. Iunij. 1615.*

Doctorum Allegationes.

15 *Sequuntur has Theſes omnes noſtras Lanorius, cap. 11. tit. variar. Lucubrat: fol. 197. de ſepultur: Barboſa, de officio Parochi, cap. 26. num. 7. Lezana in citatis locis, cum alijs referendis.*

CONCLVSIO VIII.

16 Defunctorum Corpora quandò ſepeliuntur in Oratorijs, aut Capellis, & Sacellis, atque in Confratrum Eccleſijs, quorum locorum eſt Sacerdos Sæcularis Capellanus, ſpectat ad Parochum, & non ad ipſum Capellanum officia peragere, & ſepulturæ illa tradere.

Ità ſtatuit. S. Epiſco. & Regular. Congregat: 2. Iulij, 1591. & 3. Ianuarij. 1594. 17
& 20. Auguſti. 1601. Scripſit Epiſcopis, Bergomenſi, & Laudenſi, & S. Rituum Congregat. in Neapolitana. 18. Maij. 1602. & in Cæſarauguſtana. 14. Ianuarij. 1612. & in vna Mediolanenſi. S. Celſi. 29. Nouembris, 1632. & harum deciſionum ratio adæquata eſt; qui Capellani horum locorum ius ſepeliendi, & funerandi non habent, vt Parochi à Iure poſſident. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

Autumant hanc noſtram Theſem Barboſa, & Mancinus, in citatis locis, cum alijs pluribus allegatis, & allegandis. 18

CONCLVSIO IX.

Ad funera aſſocianda accedere non debent Confratres Eccleſiarum; & ſi vocati fuerint, Crucem, vt ſuprà diximus, erigere non valent. 19

Sic, namque deciſum fuit à S. Rituum Congregatione, in vna Bononienſi. 9. Decembris, 1517. & in vna Adrianenſi. 21. Nouembris, 1631. ad 2. dubium. 20

CONCLVSIO X.

Quandò defunctorum hæredes numerum Religioſorum, & Sacerdotum Sæcularium in funeralibus aſſociandis non deſtinauerint, & ſit aliàs, loci conſuetudo immemorabilis, vt tale munus ad Parochos attineat, illis ideo cura erit vocare quos voluerit. 21

Ità Sacra Epiſco: & Regular: Congregat: 22

Digitized by Google

gat: in vna Caſſinenſi. 5. *Maij.* 1617. & *Sacra Rituum Congreg:*20. *Auguſti*,1601. *in Laudenſi*, & *Rota*, *in Alexandrina funeralium*, *die* 1. *Iulij*, 1630. *coram Merlino*, & *eadem. S. Rituum Congreg: in vna Ferrarienſi*, 7. *Septemb*. 1613.

Doctorum Allegationes.

23 *Tradunt has concluſiones noſtras omnes relati Doctores in ſuis locis, Aldanus, Laurorius, Barboſa, Lezana, Mancinus, fol.* 498. *dub.* 27. *de funeralibus, cum alijs.*

CONCLUSIO XI.

24 Parochi ſeruare tenentur conſtitutiones Synodales locorum ordinariorum quòad tempus, & horam diei ſepeliendi ſuos defunctos Parochianos, licèt de Iure Trid. Concil. ſit ſpatium viginti quatuor horarum, & elæmoſynam recipere iuxtà conſuetum.

Doctorum Allegationes.

25 *Aſſerunt Concluſionem Poſſeuinus de officio Curati. Barboſa, de offic. Parochi, cap.* 26. *num,* 57. *cum alijs dictis, & dicendis.*

CONCLUSIO XII.

26 Parochi caueant omninò, nè aliquem inducant ad ſepulturam eligendam cum voto, iuramento, aut promiſſione obligatoria, in ſua Eccleſia, iuxtà tradita *diſp.*2.*Contro:prima diffuſè.*

Doctorum Allggationes.

27 *Præter relatos Doctores in dictis locis ſupra, tradunt aſſertionem etiam Melchior Phebo Luſitanus deciſ:* 8. *num.* 3 *tom.* 1. *Laurorius, tit.* 2. *cap.* 11. *var. Lucubrat: Barboſa, de offic. Parochi, cap.* 26. *num.* 25. & 38. *cum cæteris de communi opinione.*

CONCLUSIO XIII.

Conſuetudo vbi eſt immemorabilis, vt Parochus in funeralibus confeſſionem faciat coram populo interueniente in defunctorum exequijs, illam conſeruet, ac faciat. 28

Ità Sacra Rituum Congreg. in Spoletana Terra de Viſſo. 20. *Iunij*, 1609. *vbi in Spoletana Diœceſi eſt huiuſmodi conſuetudo. Etſi fiat in Regularium Eccleſijs à Parocho, à Superioribus habeat expreſſam licentiam, aut tacitam quandoque ſufficiet; nàm, aliàs Iuriſdictionalia, in aliena Iuriſdictione, Parochus nequiret abſque Superiorum venia peragere.* 29

CONCLUSIO XIIII.

Parochus, vt ſuperius eſt pronunciatum, ſicut non tenetur Eccleſiam ingredi, ſed vſque ad portam illius, vbi cadauer ſepelitur in Regularium Eccleſijs; pari modò, in eiſdem Eccleſijs Regularibus ſtolam nequit deferre. 30

Cuius eſt adæquata ratio; quoniam ſtola de ſe à Parocho delata in huiuſmodi funeralibus Iuriſdictionem, & authoritatem ſuper Cadauer importat, quæ durat vſque Eccleſiæ Regularis portam, & in Eccleſia nullam Iuriſdictionem habet officia peragere funeralia, ſed ad Religioſos ipſos attinet, vt Contro: prima huius diſputationis diximus, ex Decretis authenticis Sacræ Congregationis. 31

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA VI.

AN Parochi ob ſepulturæ Ius minimè ſolutum, ſeù prætextu compoſitionis quartæ funeralis, aut ratione debiti, à defuncto in vita contracti, ad Creditoris inſtantiam, retinere Cadauer inſepultum poſſint? vbi plura alia curioſa reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Parochus ſepelire tenetur in ſua Parochiali Eccleſia omnes morientes ſine electa ſepultura, vel ſuorum Maiorum eam non habentes: ſi verò aliàs habeant, vel ſibi elegerunt eam, in his locis ſunt tumulandi.

2 Concluſio ſtat certiſſima *in cap. is, qui, in Clementi. dudum, de ſepulturis, in 6.* nàm hoc Ius eſt propriè parochiale.

Doctorum Allegationes.

3 *Tradunt communitèr Cannoniſtæ; & Summiſtæ noſtram hanc Theſem in allegatis Iuribus, & verb. ſepultura, Abbas, in Rubrica, de Parochis, num. 2. & in cap. abolendæ, in 6. de Sepultur. Vgolinus, de poteſt. Epiſco: cap. 17. num. 1. Riccius, in ſua praxi, p. 4. reſol. 292. Barboſa, de officio Parochi, cap. 26. nu. 1. & cæteri omnes.*

CONCLVSIO II.

4 Parochos, in aſſociatione defuncti, intereſt in itinere officia peragere, vſque ad Eccleſiam Regularium ſi ibi ſepeliatur, vel ad alium presbyterum, loco ipſius, cui commiſit parochialia peragere.

5 Patet aſſertio non ſolum ex Iuribus recitatis, ſed vtique: *ex cap. ex parte, cap. 1. & cap. licèt, & ex alijs iuribus, de ſepultur. in 6. & extrà de ſepultur.* nàm Parochus, qui defunctum Sacramentauit, ius ſuper eum habet vſque ad vltimam benedictionem, & portam Eccleſiæ Regularium, ſi ibi tumuletur.

CONCLVSIO III.

Parochos intereſt ſcribere diem mortis, ac ſepulturæ ſui Parochiani, ad id habens librum præparatum vbi cum omni ſinceritate, ac fidelitate procedere, ac incedere debet, ſine dolo, & malitia, ac fraude vlla. 6

Doctorum Allegationes.

Has duas aſſertiones amplectuntur omnes recitati Scriptores nuper, & inſuper Crauetus, de antiquit: tempor: p. 1. §. vidimus, & copioſè, num. 1. Ioſeph Ludouit: concluſ: 29. amplia. 24. Peruſius, deciſ: num. 17. p. 1. Buran: deciſ: 886. num. 1. Rota, in Eluen: Eremitorij. 7. Februarij. 1631. coram Merlino, Barboſa, de Parochi offic: cap. 7. num. 13. & alij. 7

CONCLVSIO IIII.

Parochi omninò nequeunt, propter ſepulturæ ius minimè ſolutum, Cadauer inſepultum retinere, & huius cauſa pænari poſſet grauiter ab Epiſcopo. 8

Cuius eſt ratio adæquata, quia nulla ratio eſt, & Chriſtianæ pietati repugnat etiam, & maximè, ob pecuniarum lucrum, & intereſſe, quòd præſertim de ſordida auaritia ſapit valdè, Cadauer, inhumatum retinere, qua de cauſa. 9

Sacra Congregat: ſcripſit Epiſcopo Cotronienſi, nè cuiuſdam Leonoræ foreſtæ Cadauer, 10

dauer, occaſione ſepulturæ iuris ſepeliretur, fuit à dicto Epiſcopo prohibitum, eidem litteras mandauit, vt ſtatim receptas, dictum Cadauer ſepulturæ traderetur. Et vt ſuprà diximus, eſt mortale peccatum, contrà præceptum miſericordiæ nolle fidelium corpora ſepelire ſub quouis prætextu. ergo.

CONCLVSIO V.

11 Parochi nullatenùs queunt, etiam ſub quouis prætextu compoſitionis quartæ funeralis., defunctorum Corpora inſepulta retinere, aut impedire & retardare, né ſuo legitimo tempore ſepeliantur.

12 Hac enim de cauſa, Sacra Epiſco. & Regular: Congreg: in vna Cotronienſi. 17. Septembris, 1617. nunc relata, ſcripſit tali Epiſcopo, & decretauit, vt ſtatim ſepeliretur præfatum Corpus Leonoræ, & idem declarauit in vna Caſſanenſi. 5. Maij, 1617. Nàm ſepultura nemini negari poteſt ſub quouis colorato prætextu, niſi ijs, quibus à Iure ſtatutum eſt, vt ſuo loco infrà dicetur; & ſepultura conceſſa conceditur quoque defuncti delatio proceſſionaliter.

Doctorum Allegationes.

13 *Suffragantur huic noſtræ Theſi, Poſſeuinus, de Parochiali officio, cap.* 14. *nu.* 3. *Barboſa, de Parochi officio, cap.* 26. *nu.* 55. *&* 56. *& in Collect. Bullar. verb. Cadauer, nu.* 5. *& verb. ſepul. & in collect. Doct. in cap. acceſſorium, num.* 3. *de regul. in* 6. *& num.* 55. *de Iure Eccleſiaſt. Suarez in ſuo hencheridio, verb. Cœmeterium, verb. ſepulturam impedire, Mancinus, dub.* 4. *fol.* 488. *de ſepultur. Guantus, in Manuali, Epiſco. verb. ſepultura, & verb. exequia. num.* 1. *Medices, p.* 2. *q.* 7. *de ſepultur: Ioannes Andrea, in cap. ex parte, de ſepultur. Oldradus, conſil.* 225. *num.* 13. *&* 14. *Tuſchus. lit. A. concluſ.* 73. *num* 9. *&* 10. *Lezana, tom.* 4. *verb. ſepultura, num.* 13. *& alij communiter.*

CONCLVSIO VI.

Parochi nullatenùs, etiam ad inſtantiam Creditoris defuncti, valent ſepulturam ei tardare, ſed tenentur ſuo legitimo, ac ſtatuto tempore, illum ſepelire pro vtroque foro. 14

1 Probatur ex diuinis litteris, *Eccleſiaſtici, cap.* 3. *vbi dicitur. Noli mortuo denegare gratiam.* ideſt, *ſepulturam.* 13. *q.* 2. *cap. in Eccleſiaſtico.* ergo vera aſſertio. 15

2 Nàm mors ſoluit omnia, & debita, & ſponſalia, & contractus, & cunctas obligationes. *L. ne corrupt. de Relig. & ſumpt. funer:* ergo vera aſſertio. 16

3 *In authent. Cod. eod:* habetur; *ſi aliquis ad domum ſui debitoris vadit, & moribundum, vel illius familiam moleſtauerit, aut res ſuas occupauerit, ſuam amittit actionem, & tantum quantum accepit, in integrum reſtituere tenetur, & tertiam partem bonorum ſuorum fiſco applicandum amittit, & infamis euadit. Et in authent: ſed neque eod: Cod: additur:* quòd poſt mortem Teſtatoris intrà nouem dies non debet debitum peti; & ſi interim aliqua promſſio fieret, non valet. 17

4 Improbitate namque Creditorum factum eſt, & funus haud poſſe celerius, aut tardius fieri, ac defuncto ſepulturam præbere; quia Seueri Imperatoris ædicto Sæuitiam Iuriſconſulti monuerunt; quæ leges exuluerunt tempore, D. Ambroſi. 18

5 Nàm reuerentia, quæ viuo debetur, mortuo multò magis etiam debetur; ex textu *in l. apud celſum,* §. *aduerſus, ff. de except. ibi.* ſed viuo debitori ſuo creditor non ſic acriter, & in humanè tractaret, & irreuerenter moleſtaret. ergo multò magis hæc, & ſimilia Charitatis, & Pietatis ſigna, & 19

reueren-

Digitized by Google

reuerentiæ, ac honoris, & humanitatis ſunt mortuis præſtanda.

CONCLVSIO VII.

20 Parochi, nec etiam ſepulturam retardare prò vtroque foro poſſunt defunctis, propter aliam quamcumque obligationem, *L. commiſit*, nèc propter teſtamentum ad pias cauſas; nec propter ſolutionem legatorum piorum, nec illis vtique mortuis impediri valet ſepultura, qui decimas non præſtarunt.

21 1 Probatur; Nàm nimis eſſet impium ſi propter dicta mortuis ſepultura impediretur, aut denegaretur *ex cap. æſtimemus. 13. q. 2. & adeſt deciſio S. Epiſco: & Regul. Congreg: Archipresbytero Altemura facta*, 17. *Ianuarij* 1584. *& Epiſcopo Nucerino paganorum*; 7. *Iunij*. 1594. *& conſtat etiam, ex Codice de ſepult: violat: l. cum ſit: & Authent: qui domum, &c.*

22 2 Nàm, qui impedit, nè defunctus ſepeliatur ſub quouis prætextu, & occaſione, incidit in pænam *legis Iuliæ, vt, l. qui cætu. 5. ff. ad legem Iuliam, de vi public.* Cuius pæna eſt hodie deportatio, ac tenetur pæna ſepulchri violationis.

CONCLVSIO VIII.

23 Defuncti ſepultura, neque vigore Inſtrumenti executiui, nec illius fideiuſſores, nec coniuncti, impediri, moleſtari, ac inquietari poſſunt, & ſepulturam retardare, & generaliter, ex quacumque cauſa defuncti affines, & parentes, & cognatos nequeunt Creditores moleſtare.

24 Cuius ratio eſt adæquata; quia ſi Conſanguinei, affines, & mortui Cognati, & fideiuſſores moleſtari non poſſunt vi iuris communis; ergo multo magis impediri non poterit corpus defuncti; vt non ſepeliatur ſuo legitimo tempore; cum lex improbet, ac interdicat omne ſepulturę impedimentum. *L. final. Cod. de ſepult. violat:* Atque de luctus impedimento, quo Conſanguinei adſtringuntur erga defunctum, cecinit Ouidius quoque 11. metamorph: inquiens.

Surge, age, da lachrymas lugubriaq; indue.

Et Terent: in Naut: *Mediocriter veſtitam veſte lugubri.*

Et ideò iuxta varios modos, & mores Regionum non tenetur quis reſpondere infrà quadraginta dies, in quibus luctus ſolent mortuorum ſeruari.

Doctorum Allegationes.

Tradunt has noſtras omnes Theſes recitatas, Sylueſt: verb: ſepultura, num. 12. Grammaticus, deciſ. 82. Nauar. conſil. 2. de decimis, & in ſum. cap. 23. num: 66. Lauorius, cap. 1. tit. 2. num. 121. & cap. 9. num. 116. & cap. 14. nu. 21. variar. Lucubrat: Salicetus, in l. final: Cod: de ſepulchro: violator: Rita tract. de remedijs contra peſtem, num. 114. Piſanella, verb. ſepultura, num. 1. ad finem, Sà, verb. ſepultura, num. 2. Bellencinus, de ſubſidio Charitatiuo, q. 12. num. 5. Molfeſius, tom. 2. ſumm: tract. 13. cap. 8. num. 274 Mancinus, dub. 2. fol. 488. de ſepultur: Ancharanus, in cap. ex parte, num. 4. Couarruuias, lib. 2. variar. reſolut: cap. 5. num. 10. & in cap. vlt: num: 2. & 3. de teſta:. Turrecremata, in cap: ſi quis. 2. q. 6. Rubeus, in aphoris: Epiſco: num. 10. verb. ſepultura, Henriquez, de fideiuſſoribus, p. 4. cap. 27. num. 73. & cap. 10. num. 37. Suarez, in l. poſt. rem iudicatam, verſ: 9. limita, ff. de re iudicata, fol. 150. Bartol. in l. final. §. donec, Cod: de iur: 25

deli-

deliber: Caſſaneus, in ſuo Catalogo, gloria Mundi, p. 1. conſiderat: 74. & p. 2. conſiderat. 1. & in ſuo Monologio, verb: Iniuria, & verb: defunctus, Cælius Rodiginius, lect. antiquit: lib. 17. cap. 21. & lib. 9. cap. 45. Tertulianus, de Monogamia Anniuerſ: quæ pro defunctis celebrari ſolet; Gratian: tom. 2. diſcept: forenſ: cap. 243. num: 13. ad finem, Angelus, verb. ſepultura, Naldus, verb. ſepultur: in ſum: num: 11. cum cæteris omnibus, vt de communi opinione.

CONCLVSIO IX.

26 Creditor defuncti licèt eius corpus, vt quoddam pignus petat, vt ſequeſtretur, donéc pecunia ei reſtituatur; Attamen Iudex Eccleſiaſticus, Creditorem huiuſmodi audire non debet, & Parocho præcipiat, ſeù iſs, qui eum tumulare debent, ſi ſint Regulares, vt quàm citius eius corpus tumulent *per Authent: vt cum de appellat: cognoſcitur*.

Doctorum Allegationes.

27 *Affirmant hanc noſtram aſſertionem omnes ſcribentes, in l. cum ſit iniuſtum, Cod: de ſepulchro: violator: Viuus, in ſua Sylua, opinio. 171. vbi aſſerit, non eſſe audiendum talem Creditorem, ſi appellat, & cæteri Doctores, cum Gloſſa, in cap. ex parte, de ſepultur: l. final. Cod. de Appellat. Farinaccius, lib. 5. variarum, qq. criminal. tit. de delict. & pænis, q. 20. num. 139. & alij allegandi communiter.*

CONCLVSIO X.

28 Creditor à tempore, quo defunctus ægrotauit, & mortuus eſt, & inſepultus manet, petit ſuum creditum, in varias, ob id incidit pænas, & puniri poteſt.

Doctorum Allegationes.

Sic autumant Menoc. de arbitr. Iudicijs, cum Authent. item qui, Cod. de ſepulcr: violator. Farinaccius vbi ſupra, cum alijs allatis, & nominandis. 29

CONCLVSIO XI.

Hæres non ſepeliens ſui anteceſſoris Cadauer, punitur pæna quinquaginta librarum auri, Fiſco applicanda. 30

Cuius eſt ratio adæquata; quia non minus intereſt Rempublicam viuentes homines conſeruare, quàm mortuos ſepelire. 31

Doctorum Allggationes.

Ità Baldus aſſtruit, in l. final. col. vlt ad medium: num. 7. Cod. de neg. geſt. Felinus, in cap. conſtringit, el. 1. num. 2. col. 2. de ſent: excomm: Grammat: deciſ: 82. Abbas, cap. ex parte, 1. de ſepultur: Guiglielmus Benedictus, in cap. Raynutius, verb: mortua, art. 56. de teſtam: Medices, q. 14. de ſepultur: nu. 9. & 10. Lauorius, cap. 9. num: 124. tit. 2. variar: Lucubrationum, & alij. 32

CONCLVSIO XII.

Ille, qui defunctum ſepeliendo, minimè prò hærede de ſe gerere videatur, talis eſt æſtimandus *L. ſcriptus. ff. de religio: & ſumpt: funer.* 33

Doctorum Allegationes.

Docent hanc aſſertionem Bartolus, in d. l. ſcriptus, num. 1. & dat cautellam, vt fiat Inſtrumentum proteſtationis coram duobus Teſtibus. l. at ſi quis, §. plerumque. ff. eodem, l. prò hærede. ff. de acquirendis 34

rendis hered. vbi traduntur ad actum pietatis, vt ſepelire defunctum; quædam ad actum cuſtodiæ, vt paſcere iumenta hæreditaria, & in his non inducitur actio: quædam, quæ fieri non poſſunt niſi ab hærede: vt alienare res hæreditatis, conuenire debitores, & huiuſmodi, & in his, in dubio præſumitur additio: quædam, autem ſunt actus indifferentes, vt locare res hæreditatis, & huiuſmodi, quæ facere poteſt, vti hæres, & cuſtos; nec magis ordinatum ad vnum actum, quàm ad alterum, & tunc ſtatur aſſertioni ſuæ, cum iuramento, quo animo fecerit. Medices, q. 31. num. 4. Lauorius, num. 125. cap. 9. tit. 2. variar. Lucubrat: cum alijs inferendis.

CONTROVERSIA VII.

AN Parochus, intrà Eccleſias vnitas Monaſterij Regularium in funeralibus licitè, ac legitimè ſtolam ferre queat, ac cæteras peragere functiones? vbi alia ſcitu digna, ad rem curioſa, traduntur.

1 In medium per extenſum placet referre Romanæ Rotæ deciſionem factam de titulo huius noſtræ Controuerſiæ, & eſt ſequens.

Eminentiſſimus Cardinalis Virile.

Argumentum.

2 Parochus intus Eccleſias vnitas Monaſterij Regularium, non poteſt in funeribus ſtolam deferre, & alias exercere functiones.

Deciſio octuageſima Septima.

3 Cùm præſuppoſitio quòd Bulla Alexandri III. de qua *in ſumma, num. 1.* ſit in forma probanti denegarunt Domini Parochi S. Mariæ ad Clauiam manutenentiam circà delationem ſtolæ, & exercitium aliarum functionum intùs Eccleſiam Sanctæ Margaretæ, moti fuerunt; quia, aut Rector. S. Mariæ prætendit manutentionem ex actibus poſſeſſorijs geſtis intùs dictam Eccleſiam, & de huiuſmodi poſſeſſione non docetur, & Teſtes vti examinati ſine citatione Oliuetanorum, non probant; *cap. 2. de teſtibus; l. ſi quandò, Cod. eodem.*

Aut Rector prętendit manutentionem ſola iuris aſſiſtentia: & cum ex Bullą Alexandri III. Eccleſia S. Margaretæ ſit vnita Monaſterio S. Mariæ in organo Oliuetanorum, vtique intrant declarationes. S. Congregationes Concilij, & Rituum; *ſumma. num. 3.* quòd dum Cadauera defunctorum ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium Parochus, intrà dictam Eccleſiam non poteſt ſe intromittere, nec aliquos actus exercere. 4

In Eccleſia enim vnita Monaſterio Regularium non habet Parochus iuris aſſiſtentiam, ex eo, quòd ſit ſita intrà ſuos limites: *Abbas, in cap. dilectus, num. 3. & 11. de Capellijs Monachorum, & in cap. ad audientiam, el. 1. num. 8. de Eccleſ. ædifican: & in cap. venerabilis, num. 46. de except: Calderinus, conſil. 6. num. 1. verſ: ità ſciat, de Religioſ: domi:* 5

Vltrà quòd ex ſola aſſiſtentia Iuris turbida non datur manutenentia. *Seraphinus, deciſ: 312. num. 1. & ibi Additionator,* & fuit dictum *in Montis Regalis iuriſdictionis. 4. Nouembris, 1596. coram bona memoria Penia.* 6

Non obſtant decreta, & ſententia Vicarij Veronenſis; quia dederunt cauſam liti, & officiunt Oliuetanos non citatos. *Baldus, in l. ab eo num.* 7

17.

17. *Cod. quò modò, & quando Iudex, tabul. decitat. concluſ.* 1. *num.* 310. *Cæſar de Graſſis, deciſ.* 8. *in fine, de dolo, & cont. Targ. deciſ.* 467. *num.* 3. Rituale Epiſcopi non loquitur in Eccleſia vnita Monaſterio Regularium.

8 Quò ad quartam petitionem funeralium, Informantes prò Oliuetanis, Religioſè procedentes afferunt Rectori quartam ipſorum funeralium, quæ in die ſepulturæ cum corporibus mortuorum deferuntur, & ità vtraque, &c. Hactenus Rotæ deciſio.

9 Cui addi valet, quòd cum ſtola à Parocho delata, vt de iure ſignificet iuriſdictionem, quam ſuper Cadauer Parochianum ſuum habet, extra inquam, Eccleſiam Regularium; bene res ſic ſe habet; at cum intrà Eccleſiam Regularium defunctus adeſt; illius authoritas, ad ianuam Eccleſiæ ſuper ipſum ceſſat, & ſpirat, ſicut ſimul, & ſemel ſtolę delatio; quia Regulares Eccleſiæ ſunt à Iuriſdictione Ordinariorum exemptæ, & hac dè cauſa nouiſſimè 22. Februarij 1641. Sacra Epiſco: & Regularium Congreg: ad inſtantiam Procuratoris Generalis Hæremitarum Diſcalceatorum D. Auguſtini, Parochum, ſi non fuerit legitimè impeditus, teneri defunctum proſequi, & aſſociare vſque ad portam Eccleſiæ Regularium, & ibi ſtolam deponere. His præhabitis, ſit in ordine.

CONCLVSIO I.

10 Parochi, de iure, ac legitimè, nullatenus ſtolam in funeralibus, in Eccleſijs Regularium tenere poſſunt, ac debent; Etſi in aliquibus locis tenent ſtolam, aut erit ob neſcientiam Regularium huius rei, & Parochorum ſimul; aut ob tollerantiam, prò bono pacis, ad ſcandala, & alia ſimilia euitanda, ſed ipſi Parochi tenentur de iure eam deponere, cum ad Eccleſiæ ianuam peruenerint.

Iàm enim ſatis clarè conſtat hæc noſtra concluſio, ex Rotæ deciſione, & ratione nuper à nobis ducta, & à deciſione de hac re facta à S. Epiſco: & Regular. Congregatione relata. ergo. 11
Nàm ſtolæ delatio in Parocho in funeralibus importat tùm præcedentiam, tùm Iuriſdictionem, qua vtraque caret cum ad Ianuam Eccleſiæ Regularium Parochus peruenerit, in funeralium aſſociatione, qui nèc etiam ad pompam, & ornamentum, ſtolam deferre debent in dictis Regularium Eccleſijs; quoniam maior ſuperbia eorum oſtenditur, & contemptus contrà iura, & exemptionis Eccleſiarum ipſarum Regularium, & ipſamet humana vrbanitas neceſſariò requirit, vt in domo, & loco alieno exempto, Ius alterius non exerceatur à Parocho; quod eſſet etiam mortale peccatum, per vim, & in contemptum alterius perturbare Iuriſdictionem; ideò Regulares nullo pacto id tollerent, & ipſi Parochi non portent ſtolam nullo modo.

De veritate noſtræ Theſis adſunt multæ declarationes factæ à Sacris varijs Congregationibus DD. Cardinalium. 12
Nam ſic decretauit Congregatio Epiſco. & Regular. in vna Briarenſi. 18. *Iunij.* 1591. *& Nicotorenſi* 5. *Iunij.* 1615. *& Ritnum* 12. *Maij.* 1602. *&* 5. *Iulij.* 1614. *in Placentina, ex Licienſi.* 23. *Maij.* 1619. *Catanienſi Ciuitatis Platia.* 12. *Octobris.* 1619. *in Adrianenſi*, 18. *Februarij*, 1629. *& die* 2. *Martij*, 1629. *&* 5. *Iulij.* 1631. *& in Eugubina*, 13. *Martij.* 1612. *&* 5. *Iulij*, 1614. *& in Sulmonenſi.* 7. *Auguſti*, 1629. *& in vna Brixienſi.* 18. *Iunij*, 1529. Fuit itèm decretatum, Parochum vſque ad Ianuam Eccleſiæ Regularium debere Cadauer aſſociare, & omnia ſua, quoad Iuriſdictionem, ſtolæque delationem debent finire.

Nèc contrà prædicta allegari poteſt con- 13

conſuetudo aliqua, & iam immemorabilis, alicuius loci, quia nulla conſuetudo introduci valet, contrà Ius Eccleſiarum exemptarum Regularium, & perturbationem Iuriſdictionis Regularium, vt in ſuperioribus, alia, cum occaſione ad ſaturitatem à nobis eſt clariſſimè demonſtratum.

CONCLVSIO II.

14 Canonici Eccleſiæ Matricis capitulariter aſſociantes Cadauer, ad Regularium Eccleſias, diſcedere debent poſtquam venerint vſque ad Eccleſiæ Ianuam; & ſi conſuetudo adſit immemorabilis, vt Eccleſiam ingrediantur; attamen, quòad officia peragenda, intereſt illa peragere Regulares; vt conſtat authenticè, Sacram Epiſcopo: & Regularium decretaſſe, & ſcripſiſſe Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Cremonenſis, vt in ſuperioribus tale decretum eſt à nobis adductum.

Doctorum Allegationes.

15 *Tenent has duas noſtras Theſes Barboſa, in Collectan: Bullarum, verb. Parochus, & de officio Parochi, cap. 26. nu. 82. Tamburinus, tom. 1. de Iure Abbat. diſp. 15. q. 17. num. 15. & 23. Lauorius, cap. 9 num. 120. tit. 2. variar. Lucubrat: Mancinus, dub. 6. fol. 498. de ſepultur: Aldanus, in compendio reſolut: Canonic. dub. 2. num. 23. & alij.*

CONCLVSIO III.

16 Parochum intereſt officia funeralia peragere in ſua Parochia, quandò defunctus ibi ſepelitur, licèt totum Capitulum præſens ſit Eccleſiæ matricis, & minimè intereſt presbyteros Cleri, niſi hoc ageret ex Parochi commiſſione.

Ità decretauit Sacra Rituum Congreg. in vna Piſaurienſi. 20. Decemb. 1603. & in vna Melitonenſi, 18. Nouembris, 1606. & in Oſtienſi Cora, 28. Aprilis, 1607. & in Praeneſt: Canarum. 18. Auguſti, 1618. & in Viterbienſi. 25. Iunij, 1611. 17

CONCLVSIO IIII.

Parochus defuncti officium peragere debet in Clericorum Regularium Vrbis Romæ Eccleſijs, & præſertim, Bernabitarum: *Ex Sacra Congregat: Rituum, in vna Bernabitarum. 20. Maij.* 1604. 18

CONCLVSIO V.

Parochum intereſt functiones peragere, quæ populi, & Animarum curam concernunt etiam in Eccleſijs, quę ſub Laicorum Magiſtrorum guberuio ſunt; minimè verò ad Capellanos deputatos ab ipſis Magiſtratis; *vt Sacra Rituum Congreg. in vna Neapolitana. 18. Maij, 1602. & in Caſaraugustana, 14. Ianuarij, 1607. decretauit.* 19

Doctorum Allegationes.

Docent has Theſes noſtras Barboſa, in ſua bullarum Collectan: verb. Parochus, & cæteri ſuprà citati, & citandi communitèr. 20

CONTROVERSIA VIII.

AN Parochus defunctorum Corpora propè Altare, aut ſub Bradellis tumulare valeat in Eccleſia ſua Parochiali? vbi plura curioſa digna ſcitu reſoluuntur ad rem.

CON-

CONCLVSIO I.

1 Sepulturæ ius concedere ſpectat ad loci Ordinarium, & ad Legatum de Latere; & quandò de nouo fieri debet in Eccleſia ſepultura, licentia eſt in ſcriptis obtinenda ab Ordinario loci *iuxtà Pij V. conſtitutionem emanatam primo die Aprilis, 1566. incipientem, cum primum.*

CONCLVSIO II.

2 Sepultura in Eccleſia fieri non poteſt de conſenſu tantum Capituli, & ſecus agentes ab Epiſcopo puniri queunt; cuius authoritas neceſſariò de iure requiritur. *Ex cap. Eccleſias.* 13. *q.* 1. & talis ſepulturæ locus eſſe debet apud Eccleſiam: Cœmeterium verò eſſe aliquantulum debet remotum ab Eccleſia, ad fætorem euitandum, in loco tamen Religioſo eſt condendum. *Ex cap. ſicut* 17. *q.* 4.

CONCLVSIO III.

3 Parochi, & Regulares in ſuis Eccleſijs non poſſunt corpora defunctorum ſepelire prope Altare, aut ſub Altarium bradellis. *Ex cap. præcipiendum*, 13. *q.* 2. & ex Pio V. ſuæ recitatæ conſtitutionis, & extant plures etiam declarationes Congregationum, DD, Cardinalium Eminentiſſimorum.

4 *Nàm ſic decretauit. S. Epiſco: & Regular. Congreg.* 8. *Februarij.* 1594. *qua ſcripſit Epiſ. Termularum. &* 13. *Septembris*, 1593. *Epiſcopo Interamneſi. &* 2. *Maij*, 1601. *Epiſco. Meſſanenſi. &* 10. *Nouembris.*1599. *Archyepiſcopo Tranenſi.*

Et ſi ibi conſtructæ reperiantur, ſub illo Altari celebrari Miſſa non debet, ſed interdici donec Corpora aliò transferantur.

Vndè in Actis Eccleſia Mediolanenſis p. 2. *decretum Viſitatoris Apoſtolici, verb. ſepultura; eſt huiuſmodi. Sepulchrorum ipſorum impoſterum ædificandorum, oſtium longè abſit ab altaris ſcabellis ligneis, vel bradella, cubitis ad minùs tribus, ſepulchra verò ipſa, ad ſcabellum ligneum non pertingant.* 5

CONCLVSIO IIII.

In Regularium Eccleſijs conſtruendi ſepulturam, dare licentiam debent Prior Prouincialis, aut Viſitatores Prouinciæ, iuxtà præſcriptum dictæ Bullæ Pij V. quòad formam, & locum, & huiuſmodi. 6

CONCLVSIO V.

Canonici, ac cæteri de Capitulo nequent pro ſuo libito, pauimentum Eccleſiæ frangere, pro defunctis tumulandis, abſque venia in ſcriptis data, ab Ordinario loci, ad præſcriptum Pij V. Bullæ allegatæ. 7

Doctorum Allegationes.

Tradunt has noſtras omnes Theſes. Innocent: in cap. abolendæ, de ſepultur: in 6. 8 *Gennenſis, in ſua praxi, cap.* 41. *num.* 18. *Gauantus, verb. ſepultura, & verb. Cadauer: Naldus, in ſumm. verb. ſepultura, num.* 219. *Gratianus, tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 110. *num.* 3. *Act. Mediolanenſ: p.* 2. *cap.* 16. *&* 27. §. *vbi, fol:* 329. *& p.* 2. *tit. de ſepultur. ſol.* 21. *Ricci us, reſolut.* 585. *num.* 1. *Molfeſius, p.* 2. *ſumm. tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 18. *Abb. in cap. Abolendæ, de ſepultur:* 2. *Cardinal. in clementi: dudum, num.* 1. *de ſepultur.* §. *humi, in* 6. *Medices q.*6.*n.*6.*de ſepultur: Barboſa, in Collectan: bullarum, verb. Cadauer, & cap.* 26. *de officio Parochi, Lauorius, cap.* 8. *tit.* 2. *num.* 3. 6. 7. *&* 8. *variar: Lucubrat: Borckar-*

Digitized by Google

dus, in ſuo directorio lib. 3. cap. 15. Mancinus, dub. 3. fol. 498. de ſepultur. Cherubinus in ſuo Bullar: in Pio V. Peyrin. tom. 3. fol. 105. columna prima §. 5. & alij.

CONCLVSIO VI.

9 Altaria non ſunt conſecranda, ſub quibus ſunt defunctorum corpora humata, niſi illis remotis, & eſſe debent ſepulturæ remotæ ab Altaribus, vt miſſam celebrantes non cogantur pedibus ſupra mortuos inſiſtere.

10 Aſſertio habetur *cap. præcipiendum. 13. q. 2. cap. Eccleſiæ, de conſecrat. diſt. 1. & ex Actis Mediolanenſ: p. 2. decret: viſitator. Apoſtol: verb. ſepultur: fol. 171.*

Doctorum Allegationes.

11 *Subſcribunt aſſertioni huic noſtræ, D. Antoninus, 3. p. tit. 12. cap. 6. §. in fine, Fuſcus de viſitat. lib. 1. cap. 3. num. 15. & ſeqq. Rodoanus, de ſimonia Mentali, p. 3. cap. 8. fol. 95. inter tract. primæ partis, Lauorius, num. 24. vbi ſuprà, cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO VII.

12 In Eccleſijs Collegiaris Vrbis Romæ Capitula in ſuis Eccleſijs huiuſmodi licentiam, facultatem habent præſtandi ſepulturam conſtruendi, abſque a tertius conſenſu, in ſuis Collegiatis.

CONCLVSIO VIII.

13 Parochi in ſuis Parochialibus Eccleſijs, ius habent veniam præbendi ſepulturam ædificandi, *ex cap. Fraternitatem, de ſepulturis*; mox enim, quòd Eccleſia eſt erecta Parochialis, ius habet ſepulturæ, & Eccleſia eſt illius ſponſus, & ius ſuper eam in his habet.

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt hanc noſtram aſſertionem Medices, q. 16. num. 2. de ſepulturis, Lauorius, num. 10. vbi ſuprà, cum cæteris relatis, & referendis. 14

CONCLVSIO IX.

Eccleſiam Curatam, qui in commendam habet ad tempus, & non in perpetuum, nequit licentiam dare ſepulturam ædificandi. *ex cap. nemo deinceps, de elect. in 6.* cum talis non dicatur realiter Prælatus, & ſponſus verus illius Eccleſiæ, ſed tantum Cuſtos, & Procurator. 15

Huiuſmodi namque difficultas *1616.* ventilata fuit in officio Reuerendiſs. Vicisgerentis Romæ, inter Capitulum S. Petri, & Æconomum Eccleſiæ N. qui humare fecit in quadam Eccleſiæ parte N. abſque Capituli conſenſu, à quo dicta Eccleſia dependet, relicta ſepultura ordinaria, nèc ſolutis emolumentis, cui de iure debebantur; nèc vocato Veſpellione, qui erat vocandus; fuit condemnatus ad exhumandum ſuis ſumptibus cadauer, & ad reſarcienda emolumenta, cui de iure debebantur, & ad expenſas faciendas. 16

Doctorum Allegationes.

Doctores ſic autumant, in d. cap. nemo deinceps, in 6. Petrus de Vbaldis, Canoni. portio: Epiſco: & Parochi, cap. 9. num. 39. p. 1. Lauorius, cap. 8. tit. 2. num. 11. variar. Lucubrat. cum cæteris nominatis, & nominandis. 17

CONCLVSIO X.

Si contingat aliquem ſepeliri in loco ſacro, donèc ad ſacrum locum transferatur, ad caput eius, Crux apponatur, 18

natur, vt ſtatuitur in Rituali Romano Pauli V. §. de exequijs vbi etiam habetur, nullum Cadauer eſſe tranſferendum ex ſepultura vbi iacet, ad alium locum extrà Eccleſiam, ſine Epiſcopi licentia.

CONCLVSIO XI.

Sepeliendi ius, quamuis ſolis Paro-
19 chis de iure competat; tamen ex Ordinarij loci venia dari cum iuſta cauſa poteſt alij Eccleſiæ non parochiali; *Ex cap. dudum de ſepultur. in 6.*

Doctorum Allegationes.

20 *Ità affirmant Doctores in cap. certificari, de ſepultur. Abbas, num. 9. Molina de iuſt. & iure, tract. 2. diſp. 254. verſ. ius ſepeliendi, Rubeus in aphoriſm: Epiſco: verb. ſepultura, num. 9. cum alijs.*

CONCLVSIO XII.

21 Sepulturæ perpetuæ corpora Sanctorum tradita, nequeunt tranſferri abſq; Papæ Auctoritate, ſeù Ordinarij loci venia, vel Synodi, excepta in Incendij occaſione. Si verò non ſint perpetuæ ſepulturæ datæ, tranſferri valent ad locum religioſum, abſque alia prædictorum licentia. *Ex cap. corpora, de conſecrat. diſt. 1.*

Doctorum Allegationes.

22 *Aſtruunt hanc noſtram concluſionem, D. Antoninus, p. 3. tit. 12. cap. 8. ante primum §. Angelus, verb. reliquia, §. qua auctoritate, num. 1. Rubeus, num. 8. verb. ſepultura, in aphoriſ. Epiſcoi & cæteri ſuprà allegati, & allegandi.*

CONCLVSIO XIII.

Sepultura prò paruulis baptizatis 23
ſpecialis habeatur, ſeù locus in Cœmeterio; *vt ſtatuitur in Rituali Romano dicto, §. de exequijs.*

CONCLVSIO XIV.

In Cœmeterijs non debent reponi 24
ſuperlectila, nèc pannos Soli exponere ad exicandos. *cap. relinqui, de cuſto. Eccleſiaſt.*

Doctorum Allegationes.

Sequuntur aſſertionem Gratianus, in 25
cap. non oportet, de conſecrat. diſt. 1. vbi præcipitur, nè fidelibus liceat prandia ad ſepulchra defunctorum deferre, & mortuis ſacrificare; Abbas, in cap. Eccleſia, de immunit. Eccleſiaſt. Fuſchus, lib. 1. de viſit. cap. 10. Lauorius, num. 16. vbi ſuprà, & alij.

Et quoniam ad Eccleſiam fideles ac- 26
cedentes ſepulchra ſuorum aſpicientes, eorum recordantur, & prò eis præces fundunt Deo, *cap. cum grauia, 13. q. 2.* ideò Eccleſiam Cœmeterijs, vas acquæ benedictæ apponere conſueuit, vt defunctorum oſſa queant aſpergi. *Ex. d. act. Eccleſ. Mediolanenſ. lib. 4. tit. de Cœmeterijs, decret. Viſitator: Apoſtol. p. 1. cap. 40. & ex concilio, cap. Namnetenſi.*

CONCLVSIO XV.

Mortuorum officia, & Miſſæ diebus
Dominicis, valent celebrari, & alijs 27
diebus feſtiuis, prò defunctis; quorum corpora adhùc ſupèr Terram ſunt; minimè vero ſi fuerint ſepulta. *Ità Sacra Rituum Congreg. in vna Egitanienſi. 4. Maij 1603. & ſic eſt praxis.*

CONCLVSIO XVI.

18 Nec Parochi queunt hæredes defuncti in Eccleſia Regularium humati obligare vt faciant tot officia, & legata apud ſe, quot fiunt apud Religioſos ſub pœna excommunicationis facta à Clemente VIII. aliàs libertas tolleretur eligendi ſepulturam.

Ità refert Rodriquez in ſuo Bullario, fol. 1225. Portellus, caſ. 12. p. 2. & alij.

CONTROVERSIA IX.

An quarta funeralis de iure in funeralibus, Parocho ſolui debeatur?

CONCLVSIO I.

1 Canonica portio, quæ ab alijs quarta funeralis vocatur, eſt iure Canonico inducta, ob ſacramenta, quæ ſuis Parochianis Parochus ipſe adminiſtrat ideò illi de iure debetur. *Ex cap. 1. relatum, cap. de his, de ſepultur. & cap. cum ſuper, de ſepultur: & ex Clementi: dudum, de ſepultur: in 6.*

CONCLVSIO II.

2 Talis Canonica portio de conſuetudine induci poteſt, vt ſit Medietas, vel Tertia Pars; quæ tamen conſuetudo eſſe debet rationalis, & legitimè præſcripta ſpatio videlicet quadraginta annorum, quod intelligitur de quarta à Iure non expreſſa. nàm, ſi à Iure ſit expreſſa, ſat eſt conſuetudo etiam non præſcripta. *Ex cap. antiquas, 10. q. 1. cap. certificari, de ſepultur.*

Doctorum Allgationes.

3 *Scribunt has duas noſtras Theſes, Nauar. q. 22. num. 8. tom. 2. conſilior. Riccius, p. 4. reſolut: 299. num: 1. & 2. Hieronym: Rodriquez, reſolut: 18. num. 1. Baldus, lib. conſil: 70. Lapus, de cano: portio: cap. 1. num. 4. Lauorius, cap. 17. num. 4. tit. 2. Tuſchus, lit. q. concluſ: 23. Vgolinus, de officio Epiſco: cap. 17. num. 2. Barboſa de offici: parochi, cap. 25. num: 1. & 2. Petrus de Vbaldis, p. 2. de cano: portio: cap. 5. Miranda, tom: 2. q. 48. art: 5. concluſ: 1. tom. 2. Medices, q. 7. de ſepultur: & alij nominandi.*

CONCLVSIO III.

4 Neceſſe haud eſt, ad hoc vt detur infrà dimidiam, vel quartam partem, quòd talis conſuetudo ſit ſpatio quadraginta annorum præſcripta, ſed ſat eſt ſpatio decem annorum tantùm.

CONCLVSIO IV.

5 Illa Eccleſia, apud quam defunctus eſt ſepultus illorum partem, quæ defunctus pro anima ſua eidem Eccleſiæ reliquit, tradere Eccleſiæ Parochiali, in qua domicilium habebat; *Ex cap. 1. de ſepultur: & cap. dudum in Clement: in 6. de ſepultur.*

Doctorum Allegationes.

6 *Tenent has Theſes Lauor: num. 8. & 33. vbi ſupra, Barboſa, num: 3. d. l. Zechius de Republic: Eccleſiaſt: cap. 28. de parochis, num: 18. Rodriquez, tom. 1. qq. Regular: q. 39. art. 2. Caraccia, tract: de quarta funerali, cap. 1. Miranda, tom. 2. q. 48. art. 10. concluſ: 1. Menochius lib. 1. præſumpt: 109. num. 56. & alij.*

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO V.

Funeralis portio vſque ad quartam
7 partem excluſiuè præſcribi poteſt ſpa-
tio decem annorum abſque titulo, ſed
conſuetudo quadraginta ānorum cum
titulo, aut immemorabili conſuetu-
dine infra quartam, ſeu nihil de-
beatur.

Doctorum Allegationes.

8 *Eſt aſſertio hac noſtra Alexandri, con-
ſil. 196. num. 15. verſ: de præſcript: lib.
2. Syluestri, verb: cano: portio, num.
2. & 3. Lapi, de cano: portio, cap. 2.
num. 64. Petri de Vbaldis, de cano: pa-
rochi: cap. 5. num. 3. & cap. 6. num. 34.
Barboſa, num. 16. d. l. Molina, de iuſt:
& iure, diſp. 215. num. 7. & aliorum.*

CONCLVSIO VI.

Defunctorum hæredes quamuis ſe-
9 cundum veriorem ſententiam minimè
teneri quartam funeralem ſoluere pe-
nès *cap. 12. 14. & 15. q. cauſa. 13. & cap.
non ſatis, & cap. cum Eccleſia, de ſimo-
nia*; Attamen, contrarium aſſerere,
improbabile non eſt.

Doctorum Allegationes.

10 *Sic Superiorem partem aſſertionis de-
fendit Caracciola, cap. de quarta funera-
li, cum alijs ſupra citatis, & citandis: ſe-
cunda verò pars tuetur à Couarruuia, in
cap. offic: num. 9. verſ: nec obſtat, de te-
ſtam: ſub tit. delegat: imputat: Molina,
diſp. 215. num. 5. cum alijs.*

CONCLVSIO VII.

Parochianus quandò in aliena Ec-
11 cleſia ſepulturam eligit, & Legatum
æquiualens propriæ parochiali Eccle-
ſiæ relinquit, iuxtà veriorem ſenten-
tiam, & communiorem, cenſendum
eſt legaſſe animo compenſandi in quar-
tam portionem legatorum, quæ Ec-
cleſiæ alienæ reliquit.

Doctorum Allegationes.

Tradunt conclusionem hanc noſtram 12
*Lopez. l. 5. verb. de Mas, tit. 1. p. 1.
Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art.
6. Federicus, de Senis, conſil. 3. Anto:
Imola, & Abbas, in cap. officij, de te-
ſtam: Saliceus, & Alexand. in authen-
tica Cod: undè Vir, Vxor, Miranda,
tom. 2. q. 48. art. 11. concluſ: 2. Portellus,
de dub: Regular: verb. cano: portio, num.
7. Hieron: Rodriquez, reſolut. 18. num.
8. cum alijs allegandis.*

CONCLVSIO VIII.

Quarta funeralis Eccleſiæ debetur
in qua Parochianus conſueuit Miſſam 13
audire, ac diuina, & Sacramenta re-
cipere: cap. cum quis de ſepulturis,
in 6. & ſic de iure, Rectoribus, &
Curatis, atque Vicarijs perpetuò cu-
ram Animarum habentibus, eſt quar-
ta funeralis ſoluenda; *cap. requiſiſti,
de teſtamen: cap. cum ex eo, de elect. &
ex Clementi: dudum, §. ſanè, de ſepul-
tur: in 6.*

Doctorum Allegationes.

*Defendunt hanc Theſem noſtram Ro-
driquez, tom. 1. qq. Regul: q. 39. art. 5.* 14
*Rota, deciſ: 376. num. 1. p. 1. recent:
vbi de Eccleſia Parochiali, & eadem in
Mediolanenſi quarta funeralis: 14. Mar-
tij, 1622. coram Merlino, Mantica de-
ciſ: 294. Caualerius, deciſ: 101. Ugoli-
nus de officio Epiſco: cap. 17. num. 11. Bar-
boſa, cap. de offic: Parochi, num. 19.
Riccius, p. 4. reſolut: 299. num. 4. &
alij.*

CONCLVSIO IX.

15 Quarta funeralis Eccleſiæ Cathedrali etiam debetur, vel præſcriptione, vel ex eo, quod illam ſibi reſeruauit, quandò fuerunt Parochiæ erectæ, in ſignum ſuperioritatis: & in tali caſu; inter Clericos Eccleſiæ Cura diuidetur, non reſidente penès certam perſonam.

Doctorum Allegationes.

16 *Tuentur concluſionem hanc noſtram, Rota, deciſ: 376. num. 2. & 3. Riccius, reſolut: 299. num. 4. Barboſa, num. 22. in allegatis locis, cum aliis nominandis.*

CONCLVSIO X.

17 Conſuetudine in Ciuitate exiſtente quòd ius, Peregrinos, & Viatores ſpectet ſepeliendi ad Matricem Eccleſiam; quarta funeralis Parocho non debetur intrà cuius limites Viator retentus pro debito, & cum cautione habilitatus, decedit ex hac vita. *Ità Sacra Rituum Concilij Trid: declarauit in Piſaurienſi. 22. Ianuarij, 1628. Congreg. DD. Cardinalium Eminentiſſimorum.*

CONCLVSIO XI.

18 Si in vna Eccleſia parochianus diuina ſolet audire, & in altera Sacramenta ſumere, Canonica portio ei debetur, à quo Sacramenta deſumit: *Ex cap. 1. de ſepultur:* ſed ſi vtraque ius funerandi habet, in tali caſu, datur locus præuentioni; *per cap. duobus, de reſcript: in 6.*

Doctorum Allegationes.

19 *Scribuntur noſtris iis aſſertionibus Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art. 5. Barboſa, num. 23. & 24. cap. 25. de offic: parochi, Syluеſt: verb. cano: Portio, num. 11. Gregor: Lopez, l. 1. in Gloſſa, los ſacramentos, tit. 13. p. 1. cum aliis.*

CONCLVSIO XII.

Quarta funeralis quandò de conſuetudine non conſtat, vel alia ratione, 20
cui debeatur Epiſcopo nè an Parocho; in tali caſu Parochus præfertur cum ipſe curam magis ſpecialem habeat, quàm Epiſcopus, qui generalem retinet curam.

Præterea etiam probatur; quia Pa- 21
rocho quarta funeralis debetur ex cauſa oneroſitatis, *Ex cap. 1. de ſepultur:* & vt eas alienum; Epiſcopo verò ex cura lucratiua; & potior eſt conditio prætendentis ex cauſa oneroſa, *Ex textu in lege, Sanctorum, Cod: de iure Delib.*

Doctorum Allegationes.

Suffragantur concluſioni Rota, in Neri- 22
tonenſi quarta funeralis, 9. Iunij, 1608. coram Manzanedo, Abb. in cap. certificari, num. 11. de ſepultur: Petrus de Vbald: de quarta Canoni: p. 2. cap. 84. nu. 14. Barboſa, num. 25. vbi ſupra cum aliis.

CONCLVSIO XIII.

Quarta funeralis Parochiæ debetur; 23
licèt, ſi quis propter bellum, aut peſtem in Villa, ſeù alium locum ſe contulerit, animò redeundi, ſeu animi gratia, & ibi obierit, vbi domicilium habebat.

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur concluſionem Abbas, in
cap. de his, de ſepultur: Ioannes Andrea, 24
in

in cap. is, qui, de ſepultur: in 6. Rodriquez, tom. 3. qq. Regular: q. 46. art. 3. Hieron: Rodriquez, reſolut: 18. num. 22. Miranda, tom. 2. manual: Prælat: q. 48. art. 9. concluſ: 2. Villalobos, p. 2. ſumm: tract. 31. difficult: 2. num. 3. Barboſa, num. 26. cap. 25. de offici: Parochi, & alij.

CONCLVSIO XIV.

25 Quarta funeralis ſuæ Parochiali Eccleſiæ debetur, etiam ſi quis ægrotus ad aliam Parochiam deferri ſe fecerit, & ibi mortuus fuerit, cum ob domicilij mutationem, in tali caſu, Eccleſia Parochialis ſua non perdat ius quartæ funeralis, ſi ibi decedat ex hac vita. *Ex cap. dudum, in Clement: de ſepultur: in 6.*

Doctorum Allegationes.

26 *Auctores ſunt huius Theſis Abbas, in cap. de his, de ſepultur: Syluest: verb: cano: portio, nu. 15. §. 19. alios allegans, Hoſtienſ: & Raymund: Barboſa num. 27. vbi ſupra, & alij.*

CONCLVSIO XV.

27 Quartam Parochialem ille ſoluere tenetur, qui in ægritudine conſtitutus ſe cum bonis ſuis ad Religionem, in aliam Eccleſiam tranſtulerit: Secùs verò eſt dicendum, ſi ſanus bona ſua Monaſterio, aut alteri Eccleſiæ præſtiterit. Et eſt caſus *in cap. de his, de ſepultur:*

Doctorum Allegationes.

28 *Tenent aſſertionem Miranda, tom. 2. q. 48. art. 9. concluſ: 3. Hierony: Rodriquez, reſolut: 18. num. 15. Barboſa, nu. 28. vbi ſupra, cum alijs nominandis. vnde benè in præſentia aduertit Tiraquellus, de retract. legis, §. 1. Gloſſa, 8. num. 33. nempè, Canonicam portionem non deberi Eccleſiæ, cuius Parochianus Religionem ingreditur, & anno præcedente profeſſionis obijt, niſi ingreſſus eſſet cum animo exeundi; quod idem Zecchius aſtruit cap. 38. de parocho, num. 18. Fallent: 3. de Republic: Eccleſiaſt: & alij.*

CONCLVSIO XVI.

Sepultura electa apud Eccleſiam, vbi Maiores defuncti ab antiquo ſepeliri ſolent, quarta funeralis ei non debetur; ſed Eccleſiæ, in qua diuina audire conſueuit, & ſacramenta percipere, vt expreſsè habetur, *cap. 2. de ſepultur: in 6.* 29

Doctorum Allegationes.

Doctores ſunt huius aſſertionis Azzorius, p. 2. lib. 9. cap. 13. q. 8. Miranda, tom. 2. q. 48. art. 9. concluſ: 4. Barboſa, num. 29. vbi ſuprà Villalobos, p. 2. ſumm: tract. 31. difficult: 7. num. 3. cum alijs dicendis. 30

CONCLVSIO XVII.

Parochi culpa, ſi Eccleſia ſua Parochialis fuerit interdicta, & in alia eius Parochianus tumuletur, Parochus nihil percipiet de funeris obuentionibus. 31

Cuius eſt ratio adæquata, quia, cum nullus in ea ſepeliri queat, & ius ſit apud alias Eccleſias ſepeliendi, & culpa Parochi ſit interdicta, conſequenter illa, quæ ſepulturæ cauſa fiunt, ſunt illius Eccleſiæ, in qua ſepelitur defunctus. 32

Do.

Doctorum Allegationes.

33 *Suſtinent aſſertionem Syluest: verb: cano: Portio, num.* 8. §. 7. *Geminianus, in cap.* 1. *de ſepultur: in* 6. *Miranda. tom.* 2. *q.* 48. *art:* 10. *concluſ:* 10. *Rodriquez, tom.* 1. *qq. regular: q.* 39. *art:* 3. *Azzorius caſu.* 5. *&* 6. *vbi ſuprà, Portellus, in addict: ad dub: regular: verb. cano: Portio, num.* 3. *Hieronym: Rodriquez, reſol:* 18. *num.* 4. *Barboſa, num.* 30. *cap.* 25. *de offic. Parochi, cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO XVIII.

Defunctus, ſi dum vixit ſepulturam
34 ſibi elegit in alia Eccleſia priuſquàm eſſet interdicta Eccleſia Parochialis, huiuſmodi ſequens interdictum non tollit quartam funeralem Parochialem, quam antea habere cœperat, vt deſumitur, *Ex cap.* 1. *de his, de ſepult: cap. dudum, in clement: de ſepultur: in* 6.

Doctorum Allegationes.

Defendunt aſſertionem Federicus de Se-
35 *nis, conſil.* 3. *num.* 9. *vbi aſſerit, quòd quarta funeralis Parocho debetur etiam, vel condictione ex Canone, vel actione ex teſtamenti: Petrus de Vbaldis, de canoni: Parochiali, cap.* 3. *num.* 3. *& Lapus de Caſtellione, de canon: portio: num.* 56. *Barboſa, num:* 32. *cap.* 25. *de parochi officio, cum alijs.*

CONCLVSIO XIX.

36 Canonicæ portionis Eccleſiæ Parochialis, vel Matricis renunciatio facta in præiudicium, eſt nullius valoris niſi aliàs, fiat cum proteſtatione, quòd per hoc non fiat Eccleſiæ iuri præiudicium. Sic docent omnes citati Doctores ſuprà.

CONTROVERSIA X.

De quibuſcumque Quarta Parochialis ſolui Parocho debeat?

CONCLVSIO I.

Parocho quarta funeralis, ſeù Canonica portio debetur de ijs, quæ in 1
die funeris fiunt, ac præbentur ab hære dibus defuncti, in ipſius exequijs, diei ſepulturæ.

Ità in ſua Conſtitutione *inter cunctas de priuileg: Benedictus XI. ſancinit, in* 2
6. *Sixtus IIII. ſua Conſtitutione incipiente, Regimine vniuerſalis Eccleſiæ, regiſtrata authenticè fol.*148. *in lib. de priuileg: Ord: Fratrum Prædicator: & nouiſſime, Pius V. ſua Conſtitu: exordiante; & ſi Mendicantium Ordinis: vbi declarat Papa cap.* 13. *ſeſſ:* 25. *Trid: Concilij dicens; huiuſmodi quartam eſſe debere, de ijs, quæ in die funeris offeruntur, ac præſtantur, & exequiæ fiunt ſuper corpus defuncti ſuper Terram exiſtentis.*

Doctorum Allegationes.

Tradunt aſſertionem relatus Papa Benedictus XI. vbi in nominata ſua Conſti- 3
tutione ſic habetur. funeralia verò intelligantur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur; de candelis tamen, quas Fratres portant, portio non petatur. Ioan: de la Crux, lib. 2. *de ſtatu Religioſo, cap.* 9. *dub.* 5. *concluſ:* 3. *Caraccia, de quarta funerali, c.* 93. *fol.* 41. *Guttierez, de iuram: confirmat: p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. *Petrus de Vbaldis, de cano. Parochiali, cap.* 4. *num:* 10. *Rodriquez, tom.* 1. *qq. Regular. q.* 39. *art:* 2. *Couarrunias, in cap. vlt. num.* 7. *de teſtam: & ibi Abb. Molina, de iuſt: & iure, tract:* 2. *diſp:* 215. *num.* 4. *&* 9. *Syluest: verb. Cano: por-*

portio, num: 7. & 15. §. 3. Barboſa, cap. 25. num. 36. de offici: parochi, & cæteri omnes de communi ſententia.

CONCLVSIO II.

4 Funeralia de Iure communi, ac Regularium priuilegijs ſecluſis, illa dicuntur, quæ ratione ſepulturæ obueniunt, & quæcumque occaſione funerum ad Eccleſiam perueniunt, cum defuncti corpore. *cap. cum liberum, cap. noſtra, de ſepulturis.*

Doctorum Allegationes.

5 *Concluſio eſt communiſſima inter omnes Doctores; quam ſequuntur Albericus, in l. Seruo alieno, 116. §. ineptas, num. 13. ff. de legat: 1. Barboſa, num. 37. vbi ſuprà Riccius, deciſ: 571. num. 4. in 2. edict: & p. 4. reſolut: 300. Federicus de Senis, conſil. 6. num. 2. vbi autumat, quod Mortuaria, ſeu funeralia de iure dicuntur, quæ funeris occaſione deueniunt, etiam præter morientis voluntatem: Gloſſa, verb: funeralibus, in clement: dudum, de ſepultur: in 6. Azzorius, p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 13. verſ: funeralia, Petrus, de Vbald. cap. 4. vbi ſuprà, num. 16. Rubeus, conſil. 23. num. 5. Bertacchinus, in ſuo repertorio, verb. quarta Parochialis, Henriquez, conſil. 86. nu. 9. Portellus, de dub. regular. verb. cano: portio, num. 5. Hiero: Rodriquez, reſolut: 18. num. 3. vbi inquit: ſiuè antè corpus ſit in Terra conditum, ſiuè poſt, & vſque ad trigeſimum diem, & quandò ſit memoria de funere: Calderinus, conſil. 4. de ſepulturis, vbi ait, quod in caſu, propter peſtem non poſſit die obitus ſolemnitèr tumulari; Ioannes Franciſ: Leo in ſuo theſauro fori Eccleſiaſt: p. 2. cap. 14. num. 12. & in caſu, quo exequiæ poſt diem funeris factæ fuerunt cum maxima pompa; Syluest: verb. cano: portio, nu. 15. §. 3. Zabarella, in clement: dudum, de ſepultur: in 6. §. verùm, verſ: 3. quæro, vbi plurium ſententiam refert aſſerentium, quòd cum funus dicatur à funibus, quibus mortui ligari conſueuerunt, & poſtquam mortuus eſt terra conditus, funes amplius locum non habent, ideò hi putant, funeralia non dici, niſi quandiù corpus eſt in funibus ſuper Terram: ſed inquit ipſe Zabarella, deſipit qui ſic ſapit; nec inſiſtendum eſt in hoc, ſcientia Grammaticorum, 36. diſt: cap. ſi quis. Dic ergò melius, quòd ſiuè ante corpus reconditum terra, ſiuè poſtea obueniant occaſione funeris, dicuntur funeralia, & debetur Cano: portio. ille, & alij tenent aſſertionem.*

CONCLVSIO III.

Parocho quarta funeralis non debe-
tùr de Candelis præſtitis alijs Clericis, 6
& Sacerdotibus Sæcularibus, ad Re-
gularibus, in manibus habentibus.
Nàm deferentes ſibi ipſas acquirunt,
nèc de illis Portio vlla debetur ipſi Pa- 7
rocho, cum propter defuncti aſſocia-
tionem illas ſunt per eleæmoſynam lu-
crati, vt iam declarauit *Papa Benedi-
ctus XI. & Pius V. in ſuis relatis Bullis,
ex ordine Prædicat: aſſumpti.*

Doctorum Allegationes.

*Docent Hieron: à Sorbo, in compen-
dio priuilegio: verb. Cano: portio, fol. 103.* 8
Piaſecius, in ſua praxi Epiſco: p. 2. cap. 3. §. funeralium, pagi. 190. Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 39. art. 2. Caraccia, cap. 3. de quarta funeral. Barboſa, nu. 39. cap. 25. de offic. parochi, & alij citati ſupra, ac citandi.

CONCLVSIO IV.

Quandò ex malitia, fraude, & do- 9
lo fit funus priuatè, ideſt, abſque vlla
ſo-

ſolemnitate, & pompa, & Cadauer ſic tumulatur præſente Parocho, cui eſt præſtita ſua quarta funeralis; & die ſequenti inter Miſſarum ſolemnia funus ſoluitur cum maxima Pompa, & ſolemnitate, & quantitate Candelarum, funalium, Religioſorum, Confratrum, & presbyterorum in illa, ſcilicèt, Eccleſia, vbi Cadauer fuit die Præcedenti ſepultum, & in tali ſolemni funere, Parochus non fuit vocatus conſultò, in tali caſu, ei quarta funeralis debetur de iure: quia fraus, Malitia, & dolus cum damno Parochi interuenit, & ideo nocere ei non debet.

10 *Sic declarauit Sacra Epiſco: & Regular: Congreg: ſemel, & iterum, partibus benè auditis hinc indè, ſuper caſum quendam funeralem, Senis occurſum die 3. Auguſti, 1621. nemine diſſidente, deberi quartam Parocho, ex his funeralibus diei ſequentis factis ſolemniter, ob fraudem, ac malitiam interuentam, quibus demptis, nulla quarta funeralis Parocho præſtita eſſet.*

CONCLVSIO V.

11 Parocho non debetur quarta funeralis interſtitiorum, ſeu cereorum Confraternitatum Sæcularium ad funus aſſociandum, ſed debentur de candelis, ſeu Cereis accenſis, quæ circà Crucem, & Cadauer deferuntur: nèc etiam quarta funeralis Parocho debetur de intorſtitijs, quæ à locis pijs, ad aſſociandum pauperes perſonas defunctas ad ſepulturam, deferuntur.

12 *Ità Sacra Epiſco: & Regular. Congreg: declarauit die 5. Martij. 1616. à Parochis Montis S. Petri Angelorum Firmana Diœceſis, Conſulta; Eminentiſſimo Cardinali Lancelloto referente, & 29. Nouemb. 1588. eadem decretauit quoàd ſecundam partem Theſis.*

Doctorum Allegationes.

Suſtinent concluſionem Caraccia, cap. 3. de quarta funerali, Petrus, de Vbaldis, de Cano: Portio Parochi, cap. 4. num. 10. Barboſa, num. 40. & 41. d. lo: Federicus de Senis, conſil. 4. num. 8. alij. 13

CONCLVSIO VI.

In funeralibus, quæ Romæ habentur, Intorſtitia, Cerei, & Candelæ, quæ per viam deferuntur, & circà Cadauer accenduntur, ſunt diuidenda pro æquali portione, inter Parochum defuncti, & Eccleſiam, in qua ipſe tumulatur. 14

Sic namque Vrbanus VIII. die 21. Martij 1629. Decretum approbauit Congregat: R. R. DD. præfatorum de Vrbe, habita coram Eminentiſs. Vrbis Vicario, vbi, ad remouendas diſſentiones, diſcordias ac ſcandala euitanda, & alijs iuſtis de cauſis reſolutum fuit, atque decretatum, prout in concluſione diximus. 15

Et ideò, quandò huiuſmodi Intorſtitia, ſeu Cerei, & candela in præfatis Eccleſijs Romæ, prò celebrandis diuinis officijs, corpore præſenti accenduntur, & peracto officio, ſunt extinguenda, & cuiquam medietatem conſignandam eſſe.

CONCLVSIO VII.

Quarta funeralis debetur Parocho de jjs, quæ dantur promiſſis dicendis, de armis, libris, banderijs, Culcitra, ſeu pallio, quæ in ferretro deferuntur, niſi alitèr, de conſuetudine, ſeu ex priuilegio, in contrarium ſit, de his non ſoluenda, & de pannis ſericis, ſeu aureis veſtibus, putà ſtamine, vel cilicio. *Ex cap. cum inter nos, de verb. ſignificat: & cap. in noſtra, de ſepultur.* 16

Do-

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

17 *Docent aſſertionem Gloſſa, in Clementina dudum de ſepulturis, in 6. verb. funeralibus, §. verum, Baldus in repit. cap. ſi pater, de teſtam: in 6. Alexander conſil. 196. num. 5. & 16. verſ: nec excuſarentur, in fine, lib. 2. Syluest: verb. cano: portio, num. 9. Petrus de Vbaldis, cap. 4. num. 5. & 10. de cano: portio: Barboſa, p. 3. de officio Epiſc: allegat: 86. nu. 20. & cap. 25. num. 43. de officio Parochi, Oldradus, conſil. 211. num 7. & alij nominandi.*

CONCLVSIO VIII.

18 Parocho quarta funeralis non debetur de illis, quæ in alicuius funere offeruntur, qui tempore interdicti contra Regularium voluntatem in ſua Eccleſia ſepelitur de facto. *cap. ex parte, cap. liberum, cap. in noſtra, de ſepultur.*

19 Cuius eſt ratio adæquata; quia quarta non debetur in caſu prohibito; & tenetur reſtituere omnia, quæ habuit cum corpore defuncti, niſi aliàs per priuilegium habeatur, quòd ſcilicèt tempore Interdicti Regulares queant aliquos ſepelire.

Doctorum Allegationes.

20 [1] *Ità aſtruunt Albericus, in l. ſeruo, 118. §. ineptas, num. 22. ff. de legat. 1. Federicus de Senis, conſil. 119. Geminian: in cap. 1. de ſepulturis, in 6. Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art. 3. Syluest: verb: Cano: portio, num. 8. §. ſeptimus, Barboſa, num. 45. cap. 25. de offic. parochi, & alij communiter.*

CONCLVSIO VIIII.

21 Parocho non præſtatur quarta funeralis, de ijs, quæ in funere Nouitij Regularis mortui in Religione, aut in domo parentum, cum licentia ſuorum Prælatorum, ad quorum domum ſe contulerat ad ſe curandum.

Doctorum Allegationes.

Aſſerentes ſunt Ancharanus, & Franchus, in cap. nullus, de tempore Ordin: in 6. Sylueſt. verb. Cano: portio, num. 8. §. quartus, Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art. 4. Villalobos, p. 2. ſummæ, tract. 30. difficult. 7. num. 10. Hieronym: Rodriquez, reſolut: 18. num. 5. Miranda, tom. 2. q. 48. art. 9. concluſ: 3. Barboſa, vbi ſuprà 46. Azorius, p. 2. lib. 9. cap. 13. q. 4. caſ. 3. & cæteri communiter. 22

CONCLVSIO X.

Parocho quarta funeralis debetur, ſi quis Nouitius iam ante Religionis ingreſſum, morbo affectus, Propter eum moritur in Religione, & qui etiam poſtulat cum habitu Religioſo ſepeliri: & qui ingreſſus Religionem non habuit propoſitum vitam mutandi, & item: qui ingrediens Religionem ſua retinet bona, & de huius legatis factis per ipſum, canonica portio etiam debetur. 23

Doctorum Allegationes.

Tradunt concluſionem Sylueſt: verb. cano: portio, num. 8. & 12. Molina, de iuſt. & iure, diſp. 215. num. 4. Petrus de Vbaldis, de cano: Parochiali, cap. 6. nu. 24. Barboſa, num. 46. vbi ſuprà, cum cæteris referendis. 24

CONCLVSIO XI.

Parocho quarta funeralis non debetur de legatis factis Eccleſijs, vel lo- 25

cis

cis pijs, pro fabrica, ornamentis, cæreis, luminaribus, Anniuerſario poſt diem ſextum, & de alijs, ad cultum diuinum perpetuum ſpectantibus.

Doctorum Allegationes.

26 *Docent concluſionem Syluest: num. 15. §. 2. cum ſeqq. vbi ſuprà, Molina, num. 8. d. l. Barboſa, num. 47. cum cæteris re citandis.*

CONCLVSIO XII.

27 Parocho non debetur quarta funeralis de legatis factis Eccleſijs Regularium in quibus, quis ſibi ſepulturam elegit, ſed non cum dolo, malitia, & fraude. *Ex cap. 1. & 2. de ſepultur:*

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur aſſertionem Syluest. verb: cano: portio, num. 15. in fine, Oldradus, conſil. 225. num. 16. & 18. Couarruuias, in cap. vlt. de teſtam: 2. & 8. Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art. 2. Molina, num. 4. diſp, 215. de iuſt. & iure, Alberic: num. 10. d. l. Barboſa, num. 51. cum cæteris dicendis. 28

DISPVTATIO IIII.

De Sepultura, quòad Regulares ſpectante perſonas, in qua multa ſcitu digna, & curioſa reſoluuntur.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN Regulares de iure, quartam funeralem Parocho teneantur ſoluere, quando Cadauera in ſuis Eccleſijs tumulantur.

CONCLVSIO I.

1 Regulares de iure communi, quartam funeralem Parocho tenentur ſoluere, quandò Cadauera in ſuis Eccleſijs defuncti humantur. *Ex Clementi: cap. dudum, in 6. & ex Trid: Conceil. ſeſſ. 25. cap. 13. ſub ſequentibus verbis.*

Decernit Sancta Synodus, quibuſcumque in locis, iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur: Cathedrali,

drali, aut Parochiali Eccleſia ſolita eſſet perſolui, ac poſteà fuerit ex quocumque priuilegio alijs Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis Pijs conceſſa; Eadem poſt hac integro iure, & eadem portione, qua ante ſolebat Cathedrali, vel Parochiali Eccleſiæ perſoluatur. non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, priuilegijs, etiam mari magno nuncupatis, aut alijs quibuſcumque ſatis Trid: Concilium.

CONCLVSIO II.

Regulares Ordinis Ciſtercienſis,
3 non ſolùm à quadraginta annis, antequam Trid: Concilium celebraretur citrà; verum etiam nèc à tempore immemorabili, huiuſmodi quartam funeralem præſtarunt Parocho, aut Cathedreli Eccleſiæ; & proinde, néc modò tenentur illam perſoluere.

Cuius ratio eſt optima, & adæquata;
4 quia Trident: Concil. hoc priuilegium minimè eis abſtulit, quia à fundatione huius Ordinis vſque ad confirmationem ipſius Trid: Concilij, hanc quartam talis ordo vnquam ſoluit. ergo nec nunc.

Doctorum Allegationes.

5 *Ità defendit hanc aſſertionem Collector priuilegiorum huius ordinis*, §. 2. *Rodriquez, tom.* 1. *qq. regular. q.* 39. *art.* 2. *cum cæteris Compillatoribus Regular: priuilegiorum. Et Pius V. ſua conſtitutione*, Et ſi Mendicantium *ordinis*, 1367. *edita, quæ tom.* 2. *Bullarij habetur in Pio V. vbi declarat hunc locum Concilij Trid: quod ipſum tantum loquitur de Monaſterijs Regularium ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt; ſed dictus Ordo Ciſtercienſis vnquam anteà conſueuit hanc quartam funeralem ſoluere. ergo nèc hodie tenetur.*

CONCLVSIO III.

Regularium omnium Monaſteria fũ
data ante quadraginta annos Trident: 6
Concil. celebrationem, ac in dies ędificantur, non tenentur, vt Trid. Concil. quartam funeralem de iure, parocho ſoluere.

1 Probatur verbis *Trid. Concil. dicentis. Iàm ante quadraginta annos.* vbi 7
excipit Monaſteria Regularia ædificata à quadraginta annis citrà ante ipſius Concilij celebrationem, & quæ in dies ædificantur, putà Conuentus S. Muſtiolæ de Cluſio, vbi Fratres Reformati, D. Franciſci morantur, nuper ædificatus, & non vndequaque eſt perfectus, ſed fabricatur quotidie, quartam funeralem parocho non debent de iure ſoluere, nèc tenentur ipſi Fratres.

2 Probatur auctoritate *Pij V. Sanctiſſimi*; qui in ſua Bulla, *& ſi Mendicantium Ordinis*, hæc habet. *Quartam*
autem funeralem de qua ſeſſ. 25. *cap.* 13. 8
nequaquam ſoluere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citrà fundata exiſtunt poſt, cum Concilium ipſum loquatur tantum de Monaſterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam quartam ſoluere conſueuerunt, &c. ergo vera concluſio, & hęc ſimilia verba *habet in alia ſua Bulla, incipit, ad hoc vos Deus. relata in Bullario fol.* 41.

3 Ex Bulla *Clementis VIII.* 28. *inci-*
piente Quòd ſemel. conceſſa Patribus 9
Carmelitis diſcalceatis, qui poſtquam contraditorium iudicium, & cauſa bene ventilata, liberantur à quartæ funeralis ſolutione.

4 Eiſdem Diſcalceatis Fratribus à 10
Paulo V. ſua Bulla incipiente, Decet Romanum Pontificem. 1605. emanata; vbi totalitèr liberat ab ſolutione quartæ funeralis, his verbis. *Volumus, Mandamus, Decernimus, & Declaramus omnia, & ſingula huius Ordinis, B. Mariæ de Monte Carmelo, Monaſteria, ſeù Do-*

Digitized by Google

Domus, in quibuſcumque Mundi parti-
bus à quadraginta annis ædificata, illo-
rumque Conuentus, & Fratres nullo mo-
do, nullauè ratione teneri ad ſolutionem
quartæ funeralium, & ob non ſolutionem
quartæ funeralium, aliquas ſententias,
cenſuras, & pænas incurrere poſſe. ergo.
11 5 Ex declaratione Sacræ Congrega-
tionis Concilij facta ad ſuplicationem
Patris Prouincialis Fratris Petri à Men-
na, Ordinis Minimorum, S. Franci-
ſci de Paula, ſub his verbis.
12 *Sacra Congreg. Concilij cenſuit Mo-*
naſteria ædificata à quadraginta annis ci-
trà, aut quæ in dies ædificantur, vel in
futurum ædificabuntur non teneri ad ſolu-
tionem quartæ funeralium huiuſmodi: præ-
ſuppoſito, quòd huiuſmodi Monaſteria
ſint eius Religionis, cui à Sede Apoſtoli-
ca indultum ſit, vt quartā funeralium non
debeant ſoluere Epiſcopo.

Doctorum Allegationes.

Eſt communiſſima noſtra hæc aſſertio;
13 *quam docent Caraccia, tract. de quarta*
funeralium, cap. 1. fol. mihi, 20. §. nec
Sacri Concilij, Guttieres, de iuramento
confirmatorio, p. 2. cap. 4. num. 3. Con-
fectius, in ſummario priuilegio: Mendic:
tit. de ſepultur: Rodriquez, tom. 1. qq.
regular: q. 39. art. 2. Hieronym: Rodri-
quez, eius nepos, reſolut: 18. num. 2.
Lezana, tom. 1. cap. 3 num. 13. & tom.
2. cap. 1. num. 29. & tom. 4. verb: quarta
funeralis, num. 5. & tom 3. verb. cano:
portio, num. 8. Peyrinus, tom. 1 Priui-
legior: Minimorum, in conſtitu: pyrrhi,
num. 14. & tom: 2. in conſtit: Pij V. §. 12.
num. 14 Miranda, tom. 2. q. 48. art.
7. Ioan de la Crux, de priuileg: lib. 2.
cap. 9. dub. 5. Magiſter Feſtus, in ſum.
mar. Conſtitu: Ord: Fratrum Prædicator.
cap. 22. p 1. Caſſarubius, in compend:
priuilegior: Regular: verb: quarta funera-
lis, & verb: ſepultura, & verb. cano: por-
tio, Quaranta, in ſuo bullario, verb.
priuilegia Regular: vbi refert aliam de-
clarationem Sacr. Congreg: in fauorem
Fratrum Minorum Conuentus S. Ludoui-
ci de Neapoli, Barboſa, de parocho, cap.
25. num. 13. & in addict. ad Concil: Trid:
cap. 13. ſeſſ. 25. Sorbus, verb. ſepultura,
& quarta funeralis, Portellus, de dub.
regular: verb: cano: portio, num. 1. &
ſeqq. Naldus, in ſumm: verb. ſepultura,
Aſcanius Tamburinus, Amicus Cariſſi-
mus, & Dominus meus, tom. 3. diſput.
15. q. 17. num. 14. Rota in Lecienſi quar-
ta funeralis, 15. Ianuarij 1618. coram
Coccino Decano, & eadem Rota prò Pa-
tribus Prædicatoribus in Hiſpalenſi, quartæ
funeral: 4. Ianuarij. 1590. coram Pam-
philio Sene; & cæteri omnes.

CONCLVSIO IV.

Regularium Monaſteria omnia per 14
quadraginta annos ante Trid: Concil:
celebrationem, & per immemorabi-
lem conſuetudinem, vt de ordine Ci-
ſtercienſi diximus, non dederunt pa-
rocho quartam funeralem, nèc modò
illam tenentur præſtare, licèt per plu-
res actus ab aliquibus Monaſterijs
ignoranter, aut quomodolibèt ſolu-
ta fuerit.
Conſtat concluſio ex recitatis Con- 15
cilij verbis in primis, deindè *ex cap.*
cum acceſſiſſent de conſtitu: iuncta Gloſſa
final: vbi dicitur; quòd cum priuilegium
datur ad non faciendum aliquid, non pro-
inde perditur vnico, aut bino actu contra-
rio, ſed requiritur neceſſariò diſcurſus
quadraginta annorum vt cap. cum acce-
dentibus ex cap. terra de priuilegijs, di-
citur. Sed cum per conſuetudinem
immemorabilem inducta eſt à Regula-
ribus quarta funeralis non ſoluenda.
ergo ex iuris diſpoſitione non tenen-
tur eam ſoluere.
3 Nàm etiam ſi per ſpatium quadra- 16
ginta annorum, quarta funeralis ſit
ſo-

Digitized by Google

ſoluta; adhuc præſcriptio non tenet: quia contrà bona, & Regularium Iura, non niſi centenaria præſcriptio currit, ad inſtàr Romanæ Eccleſiæ, vt conceſſit *Eugenius IV. Benedictinis*, & eſt aſſertio de mente *Pij V. in ſuis relatis Bullis*.

Doctorum Allegationes.

17 *Suſtinent Theſem hanc noſtram, Rodriquez, tom. 3. qq. regular: q. 46. art. 2. Hieronym. Rodriquez, reſolut: 18. Miranda, tom. 2. q. 48. art. 3. Portellus, in addict. ad dubia Regular: num. 8. verb. Cano. portio, Barboſa, de officio Parochi. cap. 25. num. 31. Lezana, tom. 4. verb. quarta funeralis, num. 5. verſ: ſecundum quòd, Innocent. & Parnorm: in cap. dudum, de ſepultur. in 6. & alij.*

CONCLVSIO V.

18 Regularium Monaſteria omnia ædificata à quadraginta annis citrà ante Trid: Concilij celebrationem, & confirmationem, & quæ in dies ædificantur, vt non comprænhenſa in Decreto Conciliari Tridentino, conſequenter ad qartam funeralium minimè Parocho tenentur ſoluere.

19 Præter ea, quæ concluſione 3. per totum recitauimus; *Sacra Congreg: Trid. Concilij, ſæpiſſimè decretauit ad illius mentem, Monaſteria Regularia non comprahendi, quæ à quadraginta annis citrà, & quæ continuò ſabricantur: vt in Roſſanenſi. 21. Septembris, 1595. & 3. Martij, 1594. declarauit, non deberi quartam funeralium ſoluere Parocho, quandò in Eccleſijs Regularium Cadauera tumulantur.*

Doctorum Allegationes.

20 *Præter allegatos Doctores in ſuperioribus, tenent hanc aſſertionem Petrus de peruſio, tract: de Canonica parochi, Bertacchinus, de Epiſco. p. 4. lib. 4. num. 42. Petrus Gregorius lib. 2. Syntagmat: cap. 25. num. 10 Chopin: de Sacra politica, tit. 7. num. 13. & 14. Gutierez, de iuram: confirmator: p. 2. cap. 4. num. 2. Tuſchus, tom. 6. verb. quarta, concluſ: 21. Farinaccius in declarationibus Cardinal. Deciſ: 92. recollect. Barboſa, ad cap. 13. ſeſſ. 25. Trid. Concilij, & cap. 25. num. 13. de Parochi officio; Caraccia, de quarta funeral. cap. 1. ſol. 20. Rodriquez, tom. 1. qq. regular: q. 39. art: 2. Hieronym. Rodriquez, reſolut: 18. num. 2. Lezana, tom. 4 verb. quarta funeralis, nu. 5. verſ. 3. & 4. cum alijs.*

CONCLVSIO VI.

Regulares vi ſuorum priuilegiorum, quibus eſt in ſpecie derogatum *Decreto Concilij Viennenſis, Clementis V. cap. dudum, de ſepultur: in 6.* non tenentur de iure quartam funeralium ſoluere parocho, quando mortui in ſuis Eccleſijs ſepeliuntur. 21

1 Probatur concluſio *ex Conſtitutione Sixti IV. incipiente, Regiminis vniuerſalis Eccleſiæ.* condita in fauorem ordinis Fratrum Prædicatorum, & authenticè regiſtrata in tomo priuilegiorum huius ordinis *fol.* 148. vbi hęc habentur. 22

Verùm, ne dubitationes ac Controuerſiæ, quæ aliàs, Vos pluribus laboribus, & expenſis vexauerunt, de cætero Vobis fiant, ex certa ſcientia, decernimus, vt dictum priuilegium, Gregorij Papæ XI. in iudicio, & extrà, in qualibet ſua diſpoſitione inuiolabiliter obſeruetur, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis illa præſertim fælicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, edita in Concilio Viennenſi, quæ incipit, dudum; nec non priuilegijs, & gratijs, conceſſionibus Apoſtolicis in genere,

re, vel in ſpecie, quibus vis Eccleſijs, perſonis, ſeu locis, ſub qua vis forma, vel expreſſione verborum, etiam ſi de his habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis, ſeu per quæ præſentibus non expreſſa, aut totalitèr de verbo ad verbum non inſerta earum in toto, vel in aliqua parte ſui effectus poſſit aliqualitèr impedire, & alijs contrarijs quibuſcumque. Nos autèm, ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecùs ſuper his, aut eorum aliquo à quoquam, quauis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Declarantes clauſulam illam, videlicèt, ſalua tamen iniuſtitia *Eccleſiarum illarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur, in omnibus alijs debere intelligi, præterquam in his, de quibus in ipſo priuilegio ſpecialitèr cauetur, quòd Canonica portio minimè exigatur. nulli ergo, &c. hac Sixtus IV.*

23 2 Probatur *ex conſtitutione Pauli IV. exordiente, & Apoſtolicæ Sedis prouida diſpoſitione.* condita in fauorem Fratrum Prædicatorum, vbi omnia priuilegia huius ordinis confirmat, & circà quartam non ſoluendam à Religioſis his; ſic habetur.

Nec non Monaſteria, domus, & loca huiuſmodi, illis tàm in genere, quàm in ſpecie conceſſis, vt præfertur, vti potiri, & gaudere poſſint, & debeant, ac ab ipſis impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta, & quinta etiam funeralium, & aliorum quorumcumque etiam legatorum, & oblatorum, & conceſſorum pro tempore; nèc non pedagijs, & gabellis, ac omnibus, & ſingulis alijs ſupradictis, libera penitus immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur; concedimus, ac ſtatuimus, & ordinamus, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque quauis auctoritate fungentes Iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari, atque definiri debere. irritum quoque, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, declaramus, &c.

3 Ex Priuilegio conceſſo *à Iulio II. & à Paulo* III. *Minoribus de obſeruantia, & Minimis præſtito ab eodem* Iulio II. quæ indulta omnia manent in Bullario, & in Monumentis ordinum priuilegiorum, & ſunt regiſtrata etiam authenticè in libro priuilegiorum ordinis Fratrum Prædicat. 24

4 *Ex Conſtitutione Nicolai V facta pro Carmelitis*, ſub his verbis, *Vobis prò fabrica Eccleſiarum, & Conuentuum veſtrorum, Eccleſiaſticis ornamentis, luminaribus, Anniuerſarijs, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, & alijs diuinis cultibus, pictantijs, indumentis, calceamentis, celebrandis, & habendis in eiſdem, nèc non annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliqua domus, prædia, quæ cum hortis, & alijs locis, ordinis eiuſdem obligata noſcuntur per Chriſti fideles eleemoſynæ pietatis intuitu, ſiuè in funeralibus, oblationibus, ſepulturis, vltimis voluntatibus, legatis, aut aliàs quomodolibet, etiam abſolutè iàm erogata ſunt, & in poſterùm erogentur bonis, & etiam elargientur, nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere, aut ad id valeatis coarctari; & nè quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, ſeù decedentium hæredibus de præmiſſis bonis aliquid extorquere, vel exigere præſumat, ſtrictius inhibemus, non obſtantibus, pia memoria Clementis Papæ V prædeceſſoris noſtri, in Concilio Vienenſi edita, quæ incipit*, Dudum, *& alijs conſtitutionibus, & ordinationibus, nèc non priuilegijs*, & conceſſionibus, &c. quæ omnia, in ampliſſima forma corroborat, confirmat, & de nouo concedit præfata hactenùs dicta circa 25

quar-

quartam funeralem non ſoluendam à Regularibus, *Sixtus IV. ſub bulla, exordiente, dum attenta*, regiſtrata authenticè in lib. priuileg. Patrum Prædicator.

26 Quæ ſanè priuilegia recitata, & alia multa referenda, quæ breuitatis gratia ommittuntur recitare, minimè gentium ſunt à Trid. Concil: derogata, quòd tantum exigit quartam funeralem eſſe parochis ſoluendam ab ijs Monaſterijs Regularibus, quæ antè illius celebrationem per quadraginta annos conſueuerunt eam ſoluere, & illa Monaſteria, quæ vmquam conſueuerunt, aut per præſcriptam conſuetudinem, ſeù per relata priuilegia, non ſoluebant, nec hodié ſoluere illam tenentur de iure, vt recitati Doctores, *num.* 13. 17. & 19. cum alijs dicendis aſtruunt.

CONCLVSIO VII.

27 Controuerſia, ſeu lis, ſi inter Parochos, & Regulares oriatur, de quarta funerali ſoluenda à Regularibus, ipſis Parochis, onus incumbit ipſiſmet parochis probare, Eccleſias Regulares teneri ſoluere dictam quartam funeralem antè Concilij Trid: celebrationem per quadraginta annos ante ſcilicèt, eis Regulares ſoluiſſe, in defunctorum funere.

28 Cuius ratio eſt adæquata; quia Regulares ſunt in ſua pacifica poſſeſſione, per recitata priuilegia, ac per immemorabilem præſcriptam conſuetudinem; à qua remouendi non ſunt, ſi per vnum, aut plures actus, eam ſoluiſſent. Immò, ſi per tres, aut quatuor actus eam non ſoluiſſent, amplius minimè tenentur: quia, cum ſimus in odioſis, ac lege prohibente, ius Regularium Eccleſia acquirit, manens in poſſeſſione amplius non ſoluendi quartam funeralem parochis. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO VIII.

29 Si in aliqua Eccleſia, ex conſuetudine, talis quarta funeralis eſſe intelligatur tertia pars, vel medietas funeralium. talis conſuetudo debet etiam poſt Trid: Concilium ſeruari, & multò magis ſi ante illud fuerit executioni demandatum. Nàm eſt in fauorem Eccleſiæ, & præſertim, ſi immemorabilis ſit conſuetudo, in ea Eccleſia, eſt proindè adhuc ſeruanda.

Doctorum Allegationes.

30 *Tradunt has omns Theſes præfati allegati Doctores, & in ſpecie Barboſa, ad dictum locum Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap:* 13. *Baldus, conſil.* 20. *Tuſchus, concluſ.* 23. & 30. *lit. q. cum alijs referendis.*

CONCLVSIO IX.

31 Quæ hactenùs dicta à nobis ſunt vera manent ex vi priuilegiorum conceſſorum Regularibus, à diuerſis Summis Romanis Pontificibus, & ad diſcernendum verum à falſo, quod proinde, in corroborationem prædictorum, ſequentem Rotalem deciſionem, in medium placet afferre per extenſum circà ſolutionem quartæ funeralis.

1 REVERENDISS. DOMINO COCCINO DECANO;

Licienſis quartæ funeralium, Lunæ 15. Ianuarij, 1618.

Argumentum.

2 *Clerici Regulares Teatini exempti ſunt à ſolutione quartæ funeralium; per Communicationem priuilegiorum ſpecialium, Prædicatoribus, Minoribus, & Minimis conceſſorum.*

DECISIO 84.

3 *Domini cenſuerunt, Monaſterium Clericorum Regularium non teneri ad ſolutionem quartæ funeralium Reuerendiſs. Epiſcopo. Nàm etſi de iure communi, iſta quarta ſpectat ad Epiſcopum, vel Parochum; Clementin: dudum de ſepultur: in 6. & cap. 2. & 4. cum alijs, eod. tit. cap. cum quis pariter, eod: tit. 6. Attamen ſecùs eſt, quandò Monaſterium eximitur à dicta ſolutione, ad text. in cap. priuilegia, diſt. 3. cap. in noſtra, de ſepulturis.*

4 *In Caſu autem noſtro, de quo agitur; nè dum prædictum Monaſterium eximitur, ſed etiam tota Religio eſt exempta à dicta ſolutione quartæ funeralium; cum Paulo IV. & Gregorius XIV. dictis Clericis Regularibus communicauerint omnia priuilegia, alijs Regularibus conceſſa quarè etiam cenſentur communicata priuilegia eximentia à dicta ſolutione quartæ, inter quæ, adeſt priuilegium Iulij* II. *conceſſum Minimis anno* 1506. *& aliud eiuſdem Pontificis conceſſum Minoribus de obſeruantia. anno* 1544. *& poſtremò, aliud Pauli IV. conceſſum Ordini Prædicatorum, anno* 1556. *quæ per extenſum refert Archangelus Caraccia, de quarta funerali, cap.* 1.

5 Neque obſtat *Concilium Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de Reformat:* quia cum iſtum Monaſterium ſit fundatum poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum ante, cum non eſſet ſolitum ſoluere dictam quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit Sanctiſſimus Pius V. in ſua conſtitutione anno 1567. quam refert *Archangelus Caraccia, loco citato, Guttierez, de iuramento confirmator: p.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. *Emanuel Rodriquez, in qq. regular. tom.* 3. *q.* 41. *art.* 2. *& ità etiam reſoluit Congreg. Illuſtriſſimorum Interpratum, vt refert Rodriquez, loco prædicto.*

Quod autem hoc Monaſterium fuerit fundatum poſt confirmatione Concilij, ex eo probatur; quia Concilium fuit confirmatum *die* 27. *Ianuarij* 1564. Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata *à Clemente VII. die* 14. *Ianuarij* 1524. vnde per neceſſe inferendum eſt, quod hoc Monaſterium ſit fundatum intrà 40. annos, de quibus loquitur Concilium. Et quatenus eſſet fundatum extrà dictos annos 40. non probatur, quòd eſſet ſolitum ſoluere quartam funeralium. 6

Neque eſt verum, quòd prædicta conſtitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla, quam refert *Nauar. in Manuali, cap.* 27. in fine; quia cum dicta Bulla Pij V. contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Congreg. Illuſtriſſimorum Interpretum, vt refert Caraccia, loco citato, qui etiam, in fine tractatus, refert ipſam declarationem, & benè aduertit Guttierez loco citato. Et ità fuit reſolutum vna parte tantum informatè. *Satis Rota.* 7

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA II.

AN Regulares quartam funeralem ſoluentes , de quibus eam ſoluere debeant , & quo tempore , ac die ?

CONCLVSIO I.

1 Regulares quartam funeralem ſoluentes , eam ſoluere debent tantum de ijs , quæ ratione funeris obueniunt in ipſa ſolum die funeris , minimè gentium , in alijs diebus .

2 1 Probatur aſſertio *Ex extrauaganti , Inter cunctas , inter communes , D. Benedicti Papæ XI. in 6.* vbi ſic habetur. *Funeralia verò intelliguntur hoc caſu , quæ cum funere deferuntur , de candelis tamen , quæ Fratres portant , portio non petatur .* ergo vera concluſio .

3 2 *Ex Pij V. Sanctiſſimi , Declaratione facta in conſtitutione , & ſi Mendicantium ordinis , &c.* in ſuperioribus relata ; *vbi declarans , cap. 13. ſeſſ. 25. Trident: Concilij* , ſic ille inquit. *Et vbi ſolui conſueuit , id tantum cera , & aliorum , quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore , quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur .* hæc eadem dicit in alia ſua Bulla incipiente, *Ad hoc nos Deus , &c. in Bullario tom. 2.* ergo .

4 3 Nàm funeralia illa dicuntur , quæ ratione ſepulturæ obueniunt , *iuxta cap. liberum cap. noſtra de ſepultur.* Et de candelis , quæ Fratres in manibus habent , iuxtà allegatas Papales conſtitutiones , *& Sixti IV. conſtitutionem exordientem , Regimini vniuerſalis Eccleſiæ , &c. regiſtrata authenticè in libro priuilegior. Fratrum Prædicat:* ad quorum fauorem eſt condita , non datu quarta funeralium , ſed tantum de cereis , quæ deferuntur circà Crucem & cadauer , vt in Italia eſt praxis .

Doctorum Allegationes.

Defenſores huius noſtra Theſis ſunt Couarruuias in cap. vlt. num. 7. de teſtam. vbi poſt Abbatem , autumat moribus receptum eſſe , vt Eccleſiæ Parochiali quarta portio à Regularibus ſoluatur ex ijs tantum , quæ offeruntur tempore , quo funus , ſeù exequiæ defuncti ſuper terram exiſtentis , celebrantur . Cardinalis , in clementina dudum . §. verùm de ſepultur. in 6. Syluest. verb Canonica portio , num. 7. §. 9. Molina , de iuſt. & iure , tract. 2. diſp. 215. nu. 4. & 9. Petrus de Vbald. de cano. portione Parochialis , cap. 4. nu. 10. & 16. Caraccia , de quarta funerali , cap. 3 fol. 45. mihi , Gutierez , de iuram. confirmator: p. 2. cap. 4. num. 3. Ioan. de la Crux , lib. 2. de priuileg. cap. 9. dub. 5. concluſ: 3. Rodriquez , tom. 1. qq. regular: q. 39. art. 3. Hieronym: Rodriquez , eius nepos , in compendio qq. regular: reſol. 18 num. 3. Portellus , de dub. regular: verb. cano: portio , num. 5. Barboſa , de officio parochi , cap. 25. nu. 36. & 39. Miranda , tom. 2. manual. Prælator: q. 48. art. 3. Naldus , in ſumma , verb. ſepultura , & verb. funeralia , Lezana , tom. 4. verb. quarta funeralis , nu. 7. & 9. Albericus , in l. ſeruo aliena , 116. §. ineptias , num. 13. ff. de legat: 1. Riccius , deciſ: 571. num. 4. in 2. edit: & p. 4. reſolut. 300. Azorius , p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 13. verſ: funeralia , Rubens , conſil. 23. num. 5. Bertachinus , in ſuo repertorio , verb. quarta funeralis , Henriquez , conſil. 86. num. 9. Ioan. Franciſcus Leo , in Theſauro , for. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 14. num. 12. Sorbus , in compendio priuilegior. Regular: verb. cano portio , fol. 103. Piaſecius , in praxi Epiſco. p. 2. cap. 3. de viſit. Regular: §. funeral: fol. 190. Petrus de Rauenna conſil 5

109. *benè aduertit, cereos remanere debere, ait, fratribus ſepelientibus, quaſi cadaueris ſequela; quòd etiam autumat Baldus per text: in l. vnic. §. qui Domini, Cod: de latin: libert. tollend. & cæteri omnes nominandi.*

CONCLVSIO II.

6 In funere tumulando, ſi contingat, fraudem, malitiam, ac dolum interuenire, quandò ſcilicèt Cadauer in Regularium Eccleſia eſt ſepeliendum, & Parocho ſua quarta funeralis præbetur, iàm de Iure; ſed die ſequenti ſolemniori pompa, ideſt, magno adhibito Regularium, Confraternitatum, & presbyterorum numero, in Eccleſia videlicèt Regulari, in qua antecedenti die, Cadauer inſerò ſimplicitèr fuit cum Parocho tumulatum, cui data fuit ſua quarta funeralis, prò illius anima ſolemnis Miſſa cantatur cum diſtributione Candelarum, funeraliumque in maiori quantitate diei præcedentis; in huiuſmodi caſu, Parochus debet ſuam quartam funeralem in tali die etiam habere; quòd aliàs, de iure, illi non deberetur.

7 Priuſquam ad probationes huius Theſis deueniatur, & legenti ſit clara, & manifeſta; placet, caſum *Senis. 1620. Menſe Auguſti occurſum, in medium afferre, propter quem, conſultò poſuimus hanc aſſertionem.*

Nam, cum Domina Clarix vxor Domini Vghi Benſis Equitis Sancti Stephani Papæ Martiris, cuius eſt grandis Magiſter, Magnus Dux Etruriæ, in eius tumulatione facta in Eccleſia D. Dominici, fuerint plurimi Religioſi, & Laicorum Confraternitates, vnà cum parocho, & alio Sacerdote, pro aſſociando Cadauere, ab ipſo Domino Equite inuitati omnes, candelis, ac funalibus emptis, & cæteris neceſſarijs pro tali funere præparatis, Parochus autem S. Antonij, cuius Eccleſia parochialis eſt Eccleſiæ D. Dominici propinqua, recuſauit cum vno ſolo Sacerdote accedere ad aſſociandum dictum Cadauer, ad dictam Dominicanam Eccleſiam, ſub prætextu, vt alij plures Sacerdotes eſſent vocandi iuxtà morem patriæ, & perſonæ qualitatem, qua de cauſa, dictus Dominus Eques indignatus vehementer de huiuſmodi parochi actione; per paucis adhibitis Regularibus, deſerò priuatim fecit ſuam ſepelire vxorem, & dare fecit parocho ſuam quartam funeralem. Sequenti verò die, magno adhibito Regularium, Sæcularium Sacerdotum, & Confraternitatum numero, præſentibus etiam, veſpillonibus, in dicta Eccleſia, vbi miſſa ſolemnis prò defuncta vxore eius fuit decantata, & cum maiori quantitate funalium, ſeù Intorticiorum.

His ſic ſequutis; præfatus parochus Sancti Antonij petijt horum dictorum, quartam funeralem, quam Fratres Dominicani recuſarunt præſtare illi: de qua re, lite orta: fuit commiſſa Sacræ Congregationi Epiſco: & Regular. & Archyepiſcopus Alexander de Petruccis Senenſis informauit Sacram dictam Congregationem, quæ D. Cardinali Eminentiſſimo Muto hanc cauſam commiſit. vndè hinc inde, partibus auditis pluriès, atque pluriès; & Senis examinatus dictus Eques Benſius, reuoluto anno die 3. Auguſti. 1621. Sacra Congreg. reſpondit, prout in concluſione diximus. 8

Cuius fundamentalis ratio eſt; quia Parochus recipere debebat quartam funeralem diei ſequentis, ea de cauſa, quoniam omnia præfata fuere celebrata die ſequenti cum dolo, fraude, & malitia, in Perochi damnum, vt ex informationibus, per examen factis, conſtitit: nàm inter cætera, dictus Eques non manebat cum Parocho in bona amicitia, & ſtomacho; Et proindè, quoties fraus, concur- 9

rit

rit in huiuſmodi funeralibus , aut dolus, ſeù malitia , ac odium in Parochum, quarta funeralis ei debetur, vt diximus .

10 Prætereà confirmatur ; nàm, quis moritur , & ad ſuggeſtionem alicuius Religioſi, cui legat , vt nimirum , alibi ſepulturam eligat eo fine , vt ad quartam funeralem in tali caſu , non teneatur de ijs, quæ præter cæram , Parocho obueniret , ſecluſis priuilegijs dictis, ſecundum *Clementinam dudum de ſepultur. in 6.* Attamen Parocho de omnibus obuentionibus ſupra dictis, ei quarta portio de legatis obueniret : quia ſcilicèt in fraudem , & dolum, & cum malitia , hoc factum eſt. Et hac de cauſa Sacra Congreg. declarauit præfatum Parochum debere habere quartam funeralem de his , quæ die ſequenti facta ſunt funeralia.

Doctorum Allegationes .

11 *Tradunt hanc noſtram Theſem ſic explicatam . Sylueſt. verb. cano. portio , §. 7. allegans Gloſam , Imolam , Archid. Zabarellam , & alios , Calderinus , conſil. 4. de ſepultur. Lauorius , tit. 2. tom. 1. variar. Lucubrat. cap. 3. num. 17. Barboſa in collectan. bullar. verb. quarta funeralis , & cap. 21. num. 38. de officio parochi , Lezana , tom. 4. verb. quarta funeralis , num. 9. & alij .*

12\. Parochum præfatum ,. namque liberè fatendum eſt , ſanè cauſam, & originem extitiſſe omnium malorum , nulli eſt dubium : quoniam ipſe renuit funus aſſociare ad Eccleſiam vſque Dominicanam , cum eum deſignato Sacerdote à Domino Equite, ſub prętextu maioris numeri Sacerdotum ; cum ad eum haud ſpectabat, & tacere omninò debebat , ſecundum plures declarationes factas de hac re à Sacra Congregatione de numero Sacerdotum vocandorum , ad hæredes defuncti corporis ſpectare , minimè ad Parochum , vt clarè diximus ſuprà , *Diſp. 3. contro: 1. num. 12. & in præſentia libet quoque aliam deciſionem afferre Sacra Congegat: Epiſco. & Regular. quæ eſt huiuſmodi, inter Archyepiſcopum Mediolanenſem , & Regulares orta ob id controuerſia , & lis eſt .*

13 *Liberum ſit hæredibus defuncti, vnum , pluraue officia pro defuncto in Eccleſijs Regularium celebrari facere : nèc non tot ex Regularibus eiuſdem Conuentus vocare , quot eis videbitur . Parochi , à Regularibus , in quorum Eccleſijs parochianum ſepeliri contigerit , non plus portionem ſibi iure , ſeù conſuetudine debita , quæ quarta dicitur , exigatur , quid clarius ad rem noſtram ?*

14 *Item eadem Sacra Congreg. 13 Nouembris , 1601. Epiſcopo Laudenſi , ità reſcripſit : Curatus non debet vocare ad funus alios Sacerdotes , quàm deſtinatos ab Herede mortui. Et eadem , in vna Mathelica Diæceſis Cameritenſis , reſpondit : Ad heredes defuncti ſpectare numerum Religioſorum vocare ad funus ſibi bene viſum , & Sacerdotum. Et in alia Materanenſi , eadem Sacra Congregatio , die 21. Martij , 1642. ſic declarauit .*

1 Eſſe in arbitrio hæredum defuncti vore ad funus numerum Sacerdotum tàm Regularium , quàm Sæcularium , ſibi bene viſum. 2. Non poſſe obligari ad maiorem eleamoſynam , quando ſepultura fuerit electa in Regularium Eccleſijs .

15 *3 Quod in tali caſu , non teneantur ſoluere vltrà quartam funeralem .*

Similiter eadem Sacra Congregat. de Monialium Eccleſijs , ſepeliendis Cadaueribus , ſic decreuit . Si corpora defunctorum ſepelienda in Eccleſijs Monialibus, Regularibus ſubiectarum deferantur, parochis non liceat ad dictas Eccleſias deferre , niſi de conſenſu Superioris , vel Confeſſarij , qui tunc præſens aderit .

hæredes autem non aſtringantur à Regularibus, quibus Monaſterium ſubeſt ad funus euocare.

16 Ex quibus omnibus deciſionibus clarè conſtat, ad Parochum non pertinere vocare numerum Sacerdotum Sæcularium, ſed ad hæredes, in maiori, vel minori numero tam Regularium, quam Sæcularium. ergo malè fecit dictus parochus S. Antonij, ex cuius inconuenienti, ſequuta fuere cætera dicta.

17 Nèc enim D. Epiſcopus, nèc Parochus valent defunctorum hęredes aſtringeré, vt in funere conuocent Eccleſię parochialis tantum presbyteros excluſis alijs, donec numerus illorum completus fuerit. quia cum talis conuocatio priuilegium totius Cleri reſpiciat, vtique reſtringendo, aut eam moderando, ad proprios Clericos parochialis Eccleſiæ, dubio procùl, ſepulturæ Eccleſiaſticæ libertas reſtringitur, ac tollitur, *vt in vna Calaguritana funerum Rota, die* 22. *Iunij, coram Orano*, 1604. *diffiniuit. Syluest: verb. Immunitas, num.* 7. *Sotus deteſtatur huiuſmodi abuſus, & corruptelas, de iuſt. & iure, q* 6. *art.* 2. *cum alijs, de communi ſententia omnium Doctorum.*

18 Et quamuis, dicta fraus, ex parte Domini Equitis, vt parochus ſcilicét, quarta funerali diei ſequentis priuaretur; *cum fraudem facere dicatur is, qui non facit, quod debet. l. in fraudem, & l. ſeq. ff. de his, quæ in fraudem cred. & dolus non præſumitur niſi probetur. l. quoties. qui dolo, ff. de probatio: Surdus, deciſ* 104. *num.* 15. Attamen, ſi fuerit; in quam, nocere non debet Religioſis D. Dominici, *L. vnic. Cod. vt nullus ex Vicar. lib.* 10. Tùm, quia in D. Equitis arbitrio fuit comitari corpus cum maiori, vel minori numero Regularium vndè fatendam eſt ſane, ſaltem indirectè Fratribus Dominum Equitem nocuiſſe; quia non erat in poteſtate ſua, ac libera voluntate commutandi ea, quæ pro ſepultura ſuæ vxoris deſtinata erant, in Parochi præiudicium. nàm in ſuis poſitionibus, D. Equites fatetur ſe emiſſe ceram ſepulturæ, & funeris occaſione, & eandem apparet fuiſſe diei ſequentis conſumptam in Dominicana Eccleſia: licèt namquè mutare potuerit voluntatem, ſed non cum damno, & parochi præiudicio; & erogatio cum fuerit dilatata per induſtriam, quarta funeralis parocho debetur, ac ſi in ipſo die depoſitionis factæ fuiſſent exequiæ: *in cap. in noſtra, vbi Gloſſa, verb. niſi dolo, de ſepultur. Ancharanus, num.* 7. *& intrat etiam textus, in l. veſtimentum, cum ibi notatis per Bartolum, ff. de verb. & arg l. aſtruunt.*

CONCLVSIO III.

Regulares minimè tenentur hodie, vi ſuorum priuilegiorum, parochis præſtare quartam funeralem de omnibus eis relictis, putà, de Miſſis, candelis, oblationibus funeralibus ſepultuarijs, legatis vltimæ voluntatis; nèc alijs pro victu; & ornamentis, aut alijs quomòdolibet legatis, & largitis: nèc ipſi, nèc qui eis illa ſoluunt coarctari poſſunt ad ea ſoluenda, tàm parochis, quàm Epiſcopis; non obſtare *cap. dudum de ſepultur. in* 6. & alijs ſtatutis, quibus in ſpecie eſt derogatum à Summis varijs Pontificibus per ſuas Conſtitutiones; ſed tantùm tenentur meram quartam funeralem parocho ſoluere in die dumtaxat ſepulturæ. 19

1 Conſtat concluſio *Ex Bulla* 12. *Eugenij IV.* per extenſum relata in libro priuilegior: Patrum Prædicator: authenticè *Ex Bulla* 37. *Sixti IV.* prò Carmelitis, vbi conceditur, quòd ſi 20

Pa-

Papa mandet alicui dari cauſæ piæ, aut non piæ, de legatis pijs, non intelligitur de legatis relictis Religioſis, niſi de eis mentio fiat expreſſa, ſub his verbis, & Bulla incipit, *dudum attenta*.

21 *Et ſi fortaſsè per nos, aut Sedem Apoſtolicam de piè legatis diſpoſitis, & relictis in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio: ſeù quarta alteri piæ, vel non pia cauſa; ex qua vis cauſa hactenus conceſſa foret, aut in poſterum concedi, ſolui que, aut dari, vel mandari continget; Fratres prædictos, & illorum domos, ac eis legata, & relicta, aut aliàs, in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſione, & mandatis huiuſmodi decernimus, & volumus non includi, niſi de ipſis fratribus, & præſenti decreto, & voluntate noſtra, non per generales clauſulas; quæ etiam ſpecialem mentionem importare viderentur, ſed vera, & ſpecificata mentio fiat in eiſdem*.

22 Vbi Papa loquitur in tali ſua Bulla de quarta Relictorum pro ornamentis Eccleſiæ, pallis, planetis, cortinis, Pannis, victu fratrum, & huiuſmodi; cum circà huiuſmodi, à Trid. Concil. nihil in contrarium diſponatur, ac proindè Regularia omnia priuilegia in ſua vi, & robore manent.

23 2 *Ex conſtitutione Pij V. Sanctiſſimi, exordiente; Et ſi Mendicantium ordinis &c.* vbi habetur ad rem noſtram.

Non autem de Miſſis, ſeù legatis, vel alijs, fratribus ipſis ſeù Monialibus huiuſmodi, relictis, aut aliàs, quomodolibet donatis, ſolui debet: ſic intelligi decretum quò ad quartam huiuſmodi ſoluendam debere decernimus, vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſuprascriptorum, ſolui debere declaramus. Nec ad quartam, ſeù aliam partem omnium eorum, quæ etiam, pro ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, & pannorum, & aliorum, quæ dictis Eccleſijs relinqui, vel dari contigerit, etiamſi pro victu fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur: hæc ibi, & ſimilia eadem habentur adamuſſim in alia ſua Bulla incipiente. Ad hoc Deus. quas bullas per extenſum recitat Confectius in ſuo ſummario, & collect. priuilegiorum Mendicant. quod opus dicauit Clementi VIII.

Et quòd eſt de viris Regularibus dictum, idem adamuſſim eſt aſſerendum de Monialibus, & præſertim ſubiectis ipſiſmet Regularibus; vt ex recitatis verbis Pij V. manifeſtiſſimè conſtat.

3 Ad huc probatur *Ex declaratione facta à Sacra Epiſco. & Regular: Congregatione; nempè locorum Ordinarios minimè poſſe à Regularibus exigere quartam legatorum piorum, niſi eam ſoluere eſſent conſueti, & ſoliti, aut à quadraginta annis citrà, eam exigerint.* 24

4 Ratione probatur; Nàm Monaſteria, Eccleſiæ, & Regulares non ſubduntur locorum Ordinarijs, ſed immediatè Sedi Apoſtolicæ, & Domini Epiſcopi curam Regularium non habent. ergo vera concluſio; pro qua, deciſionem Rotæ, & Dominorum Eminentiſſimorum Cardinalium ſuprà recitauimus. 25

5 Caſu, quo, nèc iure communi, nèc ex priuilegijs, Regulares exempti non eſſent à ſolutione præfata canonicæ portionis; tamen remanent adhùc exempti ab ea, ratione conſuetudinis præſcriptæ, de ea haùd ſoluenda: quia iam totaliter ab Aula receſſit per immemorabilem conſuetudinem perpetuam non ſoluendi illam. ergo. 26

Quarè in præſentia eſt ſciendum ad rem noſtram, ex Panormitano, & ex alijs Canoniſtis, quòd quandò *Conſuetudo eſt præter ius ad eam valet præſcribendam, tempus decem annorum; quandò verò, eſt contra ius, exigitur tempus quadraginta annorum.* Do- 27

28 Doctorum Allegationes.

Tradunt præfatam noſtram aſſertionem Syluest. verb Canonica portio, num. 6. q. 9. Caſſarubius, verb. eodem, & quarta funeralis, recitans priuilegia Innocentij IV. Alexandri IV. Clementis IV. Peyrinus, tom. 1. de priuilegijs, cap. 4. dub. 5. Magiſt. Feſtus, in ſummar. conſtit. Patri Prædicat. cap. 27. Cardinallis in Clementina dudum de ſepultur. in 6. §. verùm, Couarruuias, cap. vlt. de teſtam. num. 6. Armilla, verb. oblationes. Molina de iuſt. & iure, tract. 2. diſp. 215. Confectius, in ſummario priuilegior. Mendicantium, tit. 2. cap. 1. de ſepult. Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 39. art. 2. & vlt. & tom. 2. q. 58. art. 3. & tom. 3. q. 36. art. 1. Quaranta in ſuo bullar. verb. priuilegia Regular. Vera Crux, in compendio priuilegior. vbi affert ſententiam de hac re in fauorem datam Regularium. ab Archyepiſcopo Mexicano, canonicam, ſcilicèt, portionem non eſſe à Regularibus ſoluendam, Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut. 18. Portellus, cap. 2. Oldradus, conſil. 225. num. 15. & 20. Barboſa, in Collectan. bullarij, verb. quarta funeralis, & cap. 25. num. 32. de officio parochi, & allegat. 86. num. 20. de poteſt. Epiſco. Tamburinus, tom. 1. de Iure Abbat. diſp. 15. q. 16. num. 4. Lauorius, tit. 2. varia. lucubrat. cap. 17. Miranda, tom. 2. q 48 art. 2. 5. & 6. in ſuo manuali prælat. Lezana, tom. 3. verb. cano. portio, num. 6. & tom. 4. verb. quarta funeralis, num. 7. & cæteri omnes communiter.

CONCLVSIO IIII.

29 Quid quid à Chriſti fidelibus in Monaſterijs, & Eccleſijs Regularium offertur ipſis Religioſis ibi ſeruientibus proficere debet, nèc ſuper hoc ab Epiſco: vel cæteris Presbyteris moleſtari queunt; ſicùt etiam oblata à Mulieribus puerperis, ſuos filios Domino præſentantibus, & alia huiuſmodi, cum non nulli ignorantes auſi ſunt temerè contrarium dicere.

Concluſio manet in terminis diffinita *in cap. 1. de ſtatu Monachorum, & cap. 16. nimis iniqua, de exceſſu Prælat.* quam docent omnes recitati Doctores nupèr, cum alijs nominandis. 30

CONCLVSIO V.

Quartam funeralem deberi dicimus proprio Parocho, quandò videlicèt Parochianus ſibi elegit ſepulturam in Regularium Eccleſijs; at ſi Defunctus mortuus fuerit extrà propriam Parochiam, tunc quarta funeralis debetur illi Parocho, in cuius Parochia mortuus eſt. 31

Sic namque ad inſtantiam patrum Conuentualium, D. Franciſci, Sacra Epiſco: & Regular. declarauit, die 19. Iulij 1641. & die 28. Martij. 1642. eadem Congreg. Item declarauit; non debere quartam, eo quòd Defuncti Corpus dum ad ſepulturam ferretur, per aliam Parochiam tranſierit. 32

CASVS NVMERANTVR

In quibus generaliter, quarta funeralis, de iure ab Eccleſijs Regularium minimè eſt præſtanda. 33

1 *Quandò conſuetudo adeſt, eam non ſoluendi ab Eccleſijs, per immemorabilem vſum, & praxim.*

2 *Quandò, adſunt priuilegia derogatoria iuri communi, & Trid. Concil. decreto per ſpeciales clauſulas expreſsè.*

3 *Quandò aliquid legatur in vſus priuilegiatos: de quibus* in cap. final. de teſtam. vbi hæc habetur. *De his, quæ in ornamentis, vel pro eis, fabrica, lumina.*

naribus, Anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſiuè alijs ad perpetuum cultum Diuinum legantur Eccleſijs, &c.

4 *Quandò quis in Eccleſia ſepelitur contrà Religioſorum voluntatem.*

5 *Quandò Eccleſia aliquid inter viuos donatur, ſeù quandò, in vita ſoluit Legatum.*

6 *Quandò poſt ſepultura electionem Religioſus effectus eſt in eo Monaſterio.*

7 *Quandò quis Eccleſia legat, in qua non ſepelitur.*

8 *Quandò Eccleſia parochialis eſt parochi culpa interdicta.*

9 *Quandò quis ſepulturam elegit in aliqua Eccleſia, ſed poſteà illam reuocauit electionem, & in alia tumulatur.*

10 *Quandò ſi quis elegerit de facto; tamen non ſepelitur in ea Eccleſia ex aliquo caſu.*

11 *Cum Legatur prò incertis malè ablatis.*

12 *Quandò legatur Parochiali Eccleſia quantum illi debebatur ratione quarta.*

13 *Quandò tempore teſtamenti, & legati non elegit ſepulturam, ſed poſteà, tempore Mortis, & hoc non in fraudem Parochia.*

14 *Cum ille non potuit Sacramenta per longum tempus à Parocho recipere aut diuina audire in ſua Parochia.*

15 *Quandò fit depoſitio funeris in aliqua Eccleſia ſolum ad tempus.*

16 *Non debetur etiam ex Legatis factis Religioſis Particularibus: quia Iura tantum loquuntur Legatis Eccleſijs.*

De quibus caſibus videri poſſunt ſummi-
34 *ſta, verbo cano: portio, Angelus, num. 14. Sylueſt. Molina, Azorius, Rodriquez. Miranda, Portellus, cum alijs, in ſuperioribus allegatis, & allegandis.*

CONCLVSIO VI.

Parochus ſiue Sæcularis, ſiuè Regularis ſit, abſoluté loquendo nequit aliquid accipere, ſeù petere prò mortuis tumulandis, niſi adſit conſuetudo immemorabilis locorum, pro labore, vel pro cera, aut ſepulturæ aperitione; tunc talis conſuetudo eſt ſeruanda: at à pauperibus nihil eſt accipiendum, ſed gratis, & Dei amore ſepeliendi ſunt.
35

Nàm mortuos ſepeliendi, eſt de ſe 36
officium pietatis, & charitatis, ac proindè nihil eſt ſumendum; vt benè inter alios Doctores, *Abbas edocet, in cap. obolenda: de ſepultur. nu. 6. & cap. 8. ad Apoſtolicam, de ſimonia.*

CONCLVSIO VII.

Locorum Ordinarij Regulares co- 37
gentes ad Canonicam portionem ſoluendam, quàm de iure non debent, manent ab ingreſſu ſuæ Eccleſiæ interdicti; & Parochi eo ipſo in excommunicationem incidunt cogentes non ſolum Regulares, ſed etiam ipſos teſtamentarios, & Defunctorum hæredes.

Ità Sixtus IV. ſua conſtitutione edita, 1424. præfatas pœnas tulit; ſi videlicèt, directè, vel indirectè ſolutionem quartæ alicuius Parochialis, vel canonicæ, vel alterius portionis, ſeù oneris, dum apud Fratres, fideles tumulantur, cogunt quo quo modo Fratres, vel teſtamentarios, vel defuncti hæredes.

Et conſtat etiam aſſertio *ex Trid.* 38
Concil. ſeſſ. 25. cap. 13. vbi habetur, quod quarta funeralis eſt ſoluenda, vbi conſuetudo adeſt; & nullatenus aſſerit, cogendos eſſe Religioſos, & compellendos ſub cenſurijs ab Ordinarijs locorum, ſi illam non ſoluant; cum excommunicare ſit actus Iuriſdictionis, & locorum Ordinarij nullam habeant ſuper Regulares Iuriſdictionem. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

39 *Communiter à Doctoribus in Superioribus relatis docetur concluſio, vt Rodriquez, tom 1. qq regular. q. 39. Lezana, tom. 4. verb. quarta funeralis, num. vlt. Portellus, Hieron. Rodriquez, cum cæteris omnibus recitatis.*

CONCLVSIO VIII.

40 Solent hodie defunctorum hæredes, ſeu Conſanguinei vocare in die funeris, & inuitare Sacerdotes, ac Regulares, & egenos, & pauperes, ad Cadauera aſſocianda vſque ad ſepulturam: vt proindè. *Sacra Episco. & Regular: Congr. die 30. Iunij 1604. Episcop. Cremonenſi reſcripſit, vt opportunè, & cum circumſpectione prouideat, vt abuſui, mortuos ſepeliendi priuatè, ſinè Religioſis viris, & luminaribus, aliquo remedio opportuno prouideat.*

Doctorum Allegationes.

41 *Eſt ad mentem hæc noſtra Theſis multorum Sanctorum Patrum, quam autumant, D. Hieronym. epiſt. ad Pammachium de morte ſuæ vxoris, D. Chryſoſt. homilia 32. in Matth. & homil. 61. in Ioan. & in cap. 11. pri. Corinth. homil. 27. Origenes, in 3. cap. Iob. D. Ambroſ. orat. funebri, de morte Satyri, & curato funere, eleamoſynæ præſtabantur, vt idem Chryſt. homil. 4. ad Philippenſ. & homil. 84. in Ioan. & in orat. de morte teſtatur, D. Auguſt. ſerm. 34. & epiſt. 64. ad Aurelium Epiſcop. D. Hieron. & Origenes vbi ſuprà, & præſertim D. Hiero. ad Pammachium, de obitu Paulinæ Vxoris.*

42 *Tandem, prò complemento omnium hactenus dictorum, in hac noſtra Controuerſia, placet in medium portare per extenſum, Rotæ deciſionem, & non voluntariè hæc dixiſſe.*

REVERENDO PATRI

DOMINO QVEIPO.

Eluen. Iurium Parochialium, Veneris. 6. Iunij, 1631.

Argumentum.

Parochi à Religioſis ratione ſepulturæ nihil aliud exigere poſſunt, niſi quartam funeralium, quæ tempore ſepulturæ oblatæ fuerint. 1

Parochus Cocolibri, Eluenſ. Diæceſis, vrgebat hæredes, & executores Teſtamentarios eorum, qui in Monaſterio Prædicatorum, eiuſdem loci ſepulturam elegerunt ad celebrandum nouennarium, & caput Anni, in Eccleſia Parochiali, poſtquam in dicto Monaſterio Prædicatorum celebratum extiterat. 2

Super quo orta Controuerſia, & cauſa ad Rotam deuoluta, & mihi commiſſa, propoſui dubium. An parocho liceat hæredes cogere, ſeu executores teſtamentorum defunctorum, qui ſepeliuntur in Eccleſia Fratrum, ad celebrari faciendum in Eccleſia Parochiali diuina officia nouennalia, ſeu (capo d'anno) quæ tam in Eccleſia Fratrum fuerant celebrata; & Dominis viſum fuit, id parocho non licere, quia in iure communi, quo libera cuilibet ſepulturæ electio permiſſa eſt, dumtaxat quarta Canonica parocho reſeruatur; cap. 1. cap. is, qui, cap. in noſtra, cap. certificari, cap. cum ſuper de ſepultur. quæ non generaliter, ſed cum reſtrictione, de qua, in cap. vlt. de teſtam: quàm vis per textum in clement. dudum de ſepultur: in 6. fuerit ampliata. 3

Vſu tamen, & conſuetudine generali ad quartam funeralium reſtricta fuit; vt poſt Cardinalem, in d. clement. dudum, §. verùm, tradunt Couarruuias, in d. cap. final. de teſtam. num. 6. Molina, de iuſt. & iure, tract. 2. diſp. 7. Rodriquez, 4

queʒ, tom. 1. q. 39. art. 2. & de ea tantum loquitur Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de Reformat.

5 *Funeralia autem ſunt, quæ cum funere deferuntur, vt tradit Gloſſa, verb. funeralibus, in d. clement. dudum, de ſepultur. in 6. & Petrus de Vbald. de canon. Epiſco. & parocho debita, p. 2. cap. 4. num. 10 & 6. quam dumtaxat conſiſtere in cera, & in alijs oblationibus, quæ deferuntur tempore, quo Defunctorum Corpora ad ſepulturam deferuntur; non autem de Miſſis, & Legatis, aut alijs oblationibus eorum, qui pud dictos fratres ſepliuntur; declarauit Sancta Memoria, Pius V. 17. Kalendas Iulij, anno 1567. vt referunt Gutiereʒ, de iuram. confirmat. p. 2. cap. 4. num. 3. Rodriqueʒ, in d. q. 39 art. 2.*

6 *Vndè, cum iure communi ex oblationibus factis, aut relictis Monaſterio non deberetur, niſi quarta Eccleſiæ parochiali, & hoc vſu, & conſuetudine ad quartam funeralium fuerit reſtitutum, & ex conſtitutione Sancta Memoriæ Pij V. declarantis Concilium Trid. in d. cap. 13. fuerit conſtitutum, vt à fratribus non deberetur, niſi quarta eorum funeralium, quæ tempore ſepulturæ fuerint oblata; idque Sixtus IV. ad fratrum fauorem, iam conſtituerat, vt refert Syluest. in ſumm. verb. canonica portio, in fine.*

7 *Prætenſio dicti Parochi omni iure deſtituta videtur præcipuè, quia Sancta Memoria, Pius V. 9. Iulij, 1571. in ſtatuto decreto ad principatum Cathaloniæ prohibuit, nè parochi à fratribus vltra quartam funeralium, quidpiam exigerent. Et cum hæc omnia fuerint, tam fauore liberæ ſepulturæ, quàm fratrum conſtituta. omninò, & directè impugnantur per parochos agentes contra hæredes, & teſtamentarios eligentium ſepulturam in Monaſterijs, cum per hoc grauamen ab huiuſmodi ſepulturæ electione fideles auertere nitur; atque ità finis dictarum conſtitutionum fraudaretur, quòd licere non debet per regulam text. in l. non dubium, Cod. de legibus, & cap. quòd vna via, de regul. iuris in 6. & ità vna tantum parte informatè, &c. Satis Rota.*

Dubium curioſum ſcitu deſiderabile.

Suboritur in præſentia, ſi ſepulturæ electio in aliqua Regularium Eccleſia non legando valeat, parochiali Eccleſiæ non legando quartam funeralium? 8

Reſpondetur; huiuſmodi nimirum electionem omninò valere: quia Iura tantum volunt, quòd de Eccleſiæ relictis, ſepulturæ detur Canonica portio Eccleſiæ parochiali, aut quarta funeralis, minimè verò, vt te neatur expreſſo ſuo iudicio relinquere; ſic eſt intelligendum *capit. primum de ſepultur.* vbi haud prohibetur ſub excommunicatione ſi alitèr eligatur; ſed ſi Canonica portio non ſoluatur; *& à diuerſis non ſit illatio. L. Papinianus, exuli; ff. de minorit. & cap. ad audientiam, de decimis.* 9

Nèc obſtat etiam *cap. 2. de ſepultur.* vbi licèt præcipiatur, relinqui quartam non tamen ex illius omiſſione annulatur ſepulturæ electio, ſed vult vt debeatur etiamſi non relinquatur. nàm aliàs, eſſet vtique contrà ſepulturæ electionem, ac multi auerterentur ab eligendo eam, & ſic cogerentur in Eccleſia parochiali ſepeliri, quòd eſt *contrà iura, tit. de ſepultur.* quæ requirunt, & volunt, vt ſit omninò, ac totaliter libera ſepulturæ electio. 10

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt hanc noſtram reſponſionem Abbas, in cap. de his, de ſepultur. not. 2. per tex. ibi, Gregorius Lopeʒ, in l. tit. 1. p. 1. & lib. 5. per text. ibi. Rodriqueʒ, tom. 1. qq. regular. q. 39. art. 6. cum cæteris in ſuperioribus allegatis. 11

CON-

CONTROVERSIA III.

AN Regularis Nouitius, in anno ſui nouitiatus moriens extrà Monaſterinm, in domo ſuorum parentum, ad quam petijt cauſa ſuam curandi infirmitatem cum licentia ſuorum Superiorum, & in Eccleſia ſui Monaſterij ſepulturam eligens, quarta funeralis, de iure parocho debeatur; vbi plura curioſa, ſcitu digna ad rem, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Conſtantiſſimè tenendum, ac aſſe-
1 rendum eſt; Regulares Nouitios gaudere priuilegijs omnibus, quibus profeſſi Religioſi fruuntur, à Sede Apoſtolica conceſſis, licèt in Apoſtolicis litteris tantum de profeſſis mentio fiat.

1 Probatur; nàm licèt talis Regu-
2 laris Nouitius, formalitèr non ſit Religioſus; nihiloſecius materialiter eſt talis, & in fauorabilibus, priuilegijs cæterorum Religioſorum fruitur: quia in oneribus, in obſeruantijs, ac laboribus ſunt pares Religioſis profeſſis, Nouitij. ergo vera concluſio.

2 Probatur, *Ex l. cui, ff. de bon.*
3 *poſſ. ex text. Mili.* vbi ius non ſolum concedit teſtandi facultatem iure militari; ſed illis, qui non ſunt milites, dummodò in militia reperiantur, labores, & pericula ſufferentes: ac pari modo, iure communi ſi Nouitius intrà annum ſui nouitiatus delicta committat, punitur à ſuo Prælato, ſicut cæteri puniuntur Religioſi profeſſi. ergo vera aſſertio.

CONCLVSIO II.

4 Regularis Nouitius in parentum ſuorum domo obiens, eſt in Eccleſia ſui ordinis, abſolutè ſepeliendus, parocho inconſultò, & abſque ſolutione quartæ funeralis ei præſtanda.

1 Probatur aſſertio; Nàm Nouitius
eiſdem gaudet priuilegijs, quibus cæteri fruuntur profeſſi Religioſi; ſed hi in ſuis Eccleſijs ſepeliuntur inconſulto parocho, & ſine ſolutione quartæ funeralis ei danda. ergo. 5

2 Nàm Nouitius à parocho non
recipit ſacramenta, nèc illi ſubeſt quòad animæ curam, & eſt totalitèr exemptus à Curati, & Ordinarij Iuriſdictione. ergo ſub nullo titulo eſt parocho quarta funeralis præſtanda. 6

CONCLVSIO III.

Nouitius, in anno ſui nouitiatus in
domo parentum recedens ex hac vita, ad quam abijt, cum Superioribus ſuis licentia, eligere ſibi valet ſepulturam licitè, & liberè vbicumque voluerit; & eam eligens in Eccleſia ſui ordinis parocho inconſulto ibi ſepeliri debet, abſque quarta funerali illi danda, licèt in ſæculo fuerit ſuus parochianus. 7

1 Probatur pars prima aſſertionis:
Nàm Nouitius dum non eſt profeſſus, habet *velle, & nolle*, id eſt, profitendi, & non profitendi ſuæ Religionis vota ſolemnia. ergo valet ſibi ſepulturam eligere licitè, ac liberè. 8

2 Eadem pars prima probatur: Nouitius namque in odioſis compræhenſus minimè gentium venit; ſed dumtaxat in fauorabilibus; ſed non poſſe ſibi ſepulturam eligere, eſt quid ſatis odioſum, & graue onus ac maxima priuatio propriæ voluntatis. ergo vera pars huius aſſertionis. 9

3 Probatur pars ſecunda, Nouitius
eſt exemptus à parochi Iuriſdictione, & quamuis, e. g. ab eo recepiſſet omnia ſacramenta, ob maximam diſtantiam 10

tiam à ſuo Monaſterio; nihiloſecius, vi ſuorum priuilegiorum, quibus ipſe licitè, & liberè gaudet, ſicut cæteri profeſſi Religioſi ſui ordinis, qui morientes extrà ſua Monaſteria, non ſoluitur parocho quarta funeralis, & ipſo inconſulto, vbicumque ſit, valent liberè, ac licitè ſui Religioſi illum ad ſuam Eccleſiam ferre dubio procùl. ergo vera tota concluſio.

Doctorum Allegationes.

11 *Has noſtras Theſes omnes edocent Rodriquez to.2. qq.regular.q.39. art. 4. Azzorius p. 2. lib. 9. cap.13. Hieronym. Rodriquez, reſolut.* 18. *num.* 5. *in compend. qq. regular. Laymam, lib.* 3. *ſect.* 5. *cap.* 12. *num.* 8. *verſ. dico.* 4. *Mancinus, dub.* 31. *in ſua praxi infirmor. fol.* 498. *Paſqualigus, deciſ.* 381. *num.* 6. *Sanchez, lib.* 6. *ſumm. cap.* 14. *num.* 10. *Miranda, tom.* 2. *Manual. prælat. q.* 48. *art.* 9. *concluſ.* 3. *Villalobos, p.* 2. *ſumm. tract.* 3. *difficult.* 2. *num.* 13. *Caſtro pal.* 3. *diſp.* 4. §. 8. *punc.* 7. *num.* 8. *Lezana, tom.* 4. *verb. Nouitij, num.* 41. *Diana, p.* 5. *tract.* 3. *reſolut* 109. *Barboſa, de officio parochi, cap.* 25. *num.* 46. *& alij. Ex ſummiſtis, Syluest. verb. ſepultura, q.* 9. *dico.* 7. *& verb. canonica portio, num.* 8. §. 4. *Armilla, verb. ſepultura, num.* 6. *Tabiena, num.* 5. *q.* 4. *ibid. Nauar. lib. conſil. tit. de Regular. in prima edict. Ancharanus, & Franchus, in cap. final. de ſepultur. in* 6. *num.* 2. *& in cap. nullus, de tempor. ordin. in* 6. *Gloſſa, cap final. de ſepultur. in* 6. *cum cæteris Canoniſtis. ſolus eſt hac in re hallucinatus Iulius Laurarius tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 100, *putans Nouitium non poſſe ſibi ſepulturam eligere; ſed ſanè toto cælo errauit.*

CONCLVSIO IIII.

Regularis Nouitius priuſquam moriatur, licitè, ac liberè valet etiam teſtari, ac cætera exercere, & peragere queit, in quibus proprium *velle, & nolle* requiritur. 12

Cuius ratio eſt adæquata; quia Nouitius nondum profeſſus, non eſt voto obedientiæ formalitèr adſtrictus, ſed tantum materialitèr; & proindè ipſe, *in cap. Religioſus, de ſepultur.* non compræhenditur, ſed tantum Religioſus profeſſus. ergo vera concluſio; quam docent omnes relati Doctores, *num.* 11. & alij. 13

CONCLVSIO V.

Regularem Nouitium, ſi contingat mori extrà Monaſterium ſatis remotè, ita vt, ad illud commodè transferri valeat, & abſque ſepulturæ electione, de iure in tali caſu, eſt ſepeliendus in ſepultura ſuorum maiorum, ſi habeat, aliàs in parochiali Eccleſia, in qua ſacramenta recepit. 14

Pars prima conſtat *Ex cap.* 1. *de ſepultur. & cap. is, qui de ſepultur. in* 6. vbi definitur, quòd quando quis moritur non electa ſepultura, in ea eſt ſepeliendus, in qua maiores ſui ſepeliri conſueuerunt: ſed Nouitius in fauorabilibus potitur gratijs, & priuilegijs Regularium, ac Sæcularium; quia cum potuiſſet ſepulturam ſibi licitè, ac liberè eligere, & non elegit, & in tali caſu, adinſtar Sæcularis, eſt in ſepultura ſuorum maiorum ſepeliendus. 15

Secunda pars, etiam de ſe manifeſta eſt. *Ex d. cap. is, qui, & ex cap. dudum, §. huiuſmodi, de ſepulturis, in* 6. *cap ex parte, cap. in noſtra, & ex alijs Iuribus.* 16

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO VI.

17 Regularis Nouitius dùm eſt ſepeliendus in Eccleſia parochiali, aut in alio loco; extrà Eccleſiam ſui Monaſterij, quòad expenſas funerales; ſi parentes habet diuites, ad eos ſpectabit; ſi pauperes fuerint, ad Monaſterium eas facere pertinebit.

Doctorum Allegationes.

18 *Tradunt has duas noſtras Theſes. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 60 art. 3. Layman, tract. 5. cap. 12. ſect. 5. num. 6. Mancinus, dub. 12. fol. 491. in ſua praxi viſit. Infirm. Lauorius, tom. 1. var. lucubrat. tit. 2. cap. 16. num. 46. Lezana, tom. 4. verb. Nouitij, num. 4. & cæteri ſuprà allegati, num. 11. cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO VII.

19 Regularis Nouitius in Monaſterio decedens, abſque ſepulturæ electione cum habitu Religioſo; tùm vi priuilegiorum, tùm ex conſuetudine immemorabili, eſt omninò in Eccleſia ſui Monaſterij tumulandus, licèt impubes ſit, & non ſui iuris, quò ad ſepulturæ electionem.

20 Cuius ratio eſt formalis; quia fuit ſacramentatus à Religioſis ſuis, & cùm habitu Religioſo deceſſit, ac intrà clauſuram, & potitur priuilegijs omnibus, quibus cæteri omnes Religioſi profeſſi fruuntur. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

21 *Defendit aſſertum hoc noſtrum Syluest. verb. ſepultura, d. l. ſequitur Archydiacon. in cap. cum quis, de ſepultur. & in his iuribus Turrecremata ſuffragatur, Lauorius, num. 99. amplectitur, & docent omnes num. 11. nominati.*

CONCLVSIO VIII.

Qui morbo iàm affectus, Religionem ingreditur, & cauſa morbi huius moritur, illa Monaſteria, quæ ex conſuetudine, vt ſuprà diximus, quartam ſoluunt parocho etiam nunc in tali caſu præſtare illam debent, ſecluſis Regularium priuilegijs. 22

CONCLVSIO IX.

Qui cum habitu Religioſo ſepeliri petit, ac Nouitius, qui animum, & propoſitum non habuit mutandi vitam, atque qui Religionem ingreditur, ſuis retentis bonis, quarta funeralis, in horum ſepultura eſt parocho præſtanda iuxtà probabilem ſententiam Doctorum, ſecluſis Regularium priuilegijs. 23

Doctorum Allegationes.

Suſtinent has duas Theſes noſtras Syluest. verb. cano: portio, num. 8. verſ. quintus, & num. 12. Molina, vbi ſuprà, diſp. 215. num. 4. tract. 2. de iuſt. & iure, Petrus de Vbaldis, de cano. parochi. cap. 6. num. 24. Portellus, tom. 2. caſ. 59. in reſponſ. moral. vbi reſoluens quæſtionem de Nouitio, in domo paterna, mortuus, & declarauit non velle eſſe Religioſum, non electa ſepultura, eſſe ſepeliendum in ſuorum maiorum ſepultura. 24

Verùm de his præfatis perſonis decedentibus in Regularium Monaſterijs, vbi omnia Sacramenta ab ipſis Religioſis acceperunt, eſt ratiocinandum, & in praxi faciendum, iuxtà tradenda in Controuerſia 15. infrà, ob Bullas ibi recitandas; & alia, in fauorem de iure Regularium; & dicti Auctores ſic dixerunt; quia non viderunt huiuſmodi Bullas Papales conditas in gratiam Patrum Prædicatorum. 25

CON-

CONTROVERSIA IV.

AN Regulares morientes extrà Monaſterium inconſulto parocho ad ſuam Eccleſiam, ſui Religioſi deferre licitè, ac liberè queant, abſque quarta funerali parocho præſtanda? vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Regulares decedentes ex hac vita
1 extrà proprium Monaſterium, parocho inconſulto, licitè, ac liberè, indubitanter valent pleno iure ſui Religioſi deferre ad propriam Eccleſiam prò ſepultura eis præbenda.

Sic namque declarauit Sacra Congre-
2 *gat. Concilij, die 2. Iulij 1620. ad petitionem Cardinalis Ludouiſij Archyepiſcopi Bonenienſis, qui ſic tale propoſuit dubium. An cum Fratres aliqui extrà Monaſterium moriuntur, & à Curatis ſacramenta receperunt, poſſint ab eorum Superioribus, ad ſuas Eccleſias deferri, parochis inconſultis? ità reſpondit ad Decimum: Regulares extrà clauſtra decedentes, poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam paroc his inconſultis.*

Cuius eſt ratio adæquata; quia Re-
3 gulares ſunt ab Ordinarijs locorum exempti, & à Parochorum cura circà animæ gubernationem; licèt per accidens, & caſualiter, & indirectè prò hic, & nunc, in neceſſitatis cauſa, à parochis ſacramentati fuerint, & ob Dei amorem, &c.

Doctorum Allegationes.

Affirmant hanc Theſem noſtram Peyrinus, tom. 2. priuilegior. in conſtitut. 7.
4 *Pij V. Sanctiſſimi, num. 13. verſ. ad decimum, Barboſa, de Officio Parochi. cap. 26. num. 68. Mancinus, dub. 9. fol. 490. in ſua praxi, Lezana tom. 1. cap. 12. num. 41. & tom. 4. verb. ſepultura quòad Regulares, num. 16. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 110. Archangelus Romanus, de priuilegijs, lib. 3. verb. ſepelitio, & alij recitati, ac recitandi de communi ſententia.*

CONCLVSIO II.

Regulares decedentes extrà ſua Monaſteria, & quamuis à parochis ſacramentati fuerint in neceſſitatis caſu, & 5
ſi deindè ſepeliantur in proprijs Eccleſijs, ſui ordinis, non debetur nihilhominùs parocho quarta funeralis.

Patet concluſio ex dictis, in ſuperiori aſſertione, & probatur eadem 6
ratione.

CONCLVSIO III.

Regulares prendere volentes ſuum Religioſum, mortuum extrà Con- 7
uentum, nequit parochus impedire ſub prætextu, vt ad Eccleſiam parochialem priùs cadauer deferatur, & quartam funeralem ſibi ſoluant.

In primis conſtat concluſio ex de- 8
claratione facta de re iſta à Sacra Congregatione Epiſco. & Regular. in vna puteoleana, die 22. Maij, 1615. deindè, quia parochus nullum ius ſuper Regularem mortuum extrà Monaſterium habet, & ideò nullam prætenſionem circa quartæ funeralis ſolutionem prætendere poteſt.

Deindè etiam ſuadetur, quia aliàs, 9
ſepultura quòad Regulares libera non eſſet, ſi parochus, ſub prætextu quartæ funeralis ſolutionis, impediret nè Religioſus ſepeliatur in Eccleſia; quòd directè eſt contrà Iura de ſepulturis, vt in Superioribus eſt oſtenſum, parochum non poſſe ſepulturam impedire ſub prætextu quartæ funeralis ſolutionis.

Digitized by Google

nis. ergo multò magis Religioſis impedire ſepulturam voluerit. ergo vera concluſio; quam tenent omnes recitati num. 4. & nominandi Authores.

CONTROVERSIA V.

AN Regulaers licitè, ac liberè exhumare valeant Cadauera ſuę Eccleſiæ, & in alia loca, eiuſdem Eccleſiæ transferre?

CONCLVSIO I.

1 Nullum Cadauer perpetuæ ſepulturæ traditum, ex nulla Eccleſia, cuiuſuis Regularis ordinis ſit, aſportari valet, niſi de licentia D. Epiſcopi in aliam Eccleſiam.

2 Veritas huius aſſertionis ſtat diffinita *in cap. corpora Sanctorum, de conſecrat. diſt. 1. & ex Rituali Romano*, §. *de exequijs, & conſtat, etiam ex l. final. dum, l. nemo humanum, Cod. de Religio. & ſumpt. funer.*

CONCLVSIO II.

Regulares liberè valent, & licitè
3 exhumare abſque D. Epiſcopi venia, Cadauera in aliquo loco, ad tempus depoſita, vt inde ad deſtinatum locum transferantur in eadem Eccleſia, vel ſi defuncti, amici, vel conſanguinei Regularibus licentiam præbuerint, vt vbi ipſi voluerint, ſepeliantur, ac perpetuò reponantur.

Doctorum Allegationes.

Sequuntur has duas nostras Theſes Hieronym. Rodriquez, 4
in compend. qq. regular. ſolut. 127. num. 25. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 6. num. 4. Gauantus, in ſuo manuali Epiſco. verb. ſepultura, num. 26. Rucchardus, in ſuo directorio, lib. 3. cap. 159. Ivo, ibid. p. 3. cap. 122. Lanorius, tit. 2. cap. 8. num. 14. tom. 1. variar. Lucubrat. Mancinus, dub. 5. fol. 498. in ſua praxi viſit. Infirm. Diana, p. 3. tract. 2. de dub. Regul reſolut. 120. Theſaurus, p. 2. ſua praxis, Eccleſiaſt. cap. 2. fol. 616. verſ. limita. 3. Genuenſ. in ſua praxi, cap. 91. num. 12. Portellus, de dub. regular. verb. Eccleſia, num. 7. in compendio priuilegior. verb. Eccleſia. §. 17. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura quòad Regulares, num. 21. & alij communiter.

CONCLVSIO III.

Defunctus aliquis quandò in Eccleſia depoſitatur, vt indè in aliam tranſ- 5
feratur, fieri debet teſtimonium authenticum videlicèt, talem defunctum ibi minimè tumulari perpetuò, ſed tantum ad tempus depoſitari: ac tale inſtrumentum tempore tranſlationis præſentari debet ante Iudicem Eccleſiaſticum, & ab illo veniam petere transferendi, & Superiori illius Eccleſiæ ad quam transfertur, notificari debet, & tunc Miſſa dicta *de Requie*, ad deſtinatum locum transferri poſſunt *L. 1. Cod. de Religio. & ſumpt. funer.*

CONCLVSIO IV.

Si Eccleſia vetuſtate diruta ſit, vel
in aliquo loco noua fiat Eccleſia cum 6
Ordinarij licentia, defunctorum corpora in nouam Eccleſiam transferri valent.

Nàm hoc non eſt ſepulturam mutare, ſed eam renouare. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO V.

7 In Extrauaganti prima, de ſepultur: ſtatutum eſt, nè cauſa transferendi Cadauer de Terris Catholicorum ad alium locum eorundem, ipſum Cadauer exenteretur, vel concidatur, aut elixeatur, ſed integrum transferatur, aut ibi relinquatur, donèc incineretur, & tunc transferatur.

8 Et ſi quis contrà hæc attentare præſumpſerit crudelitèr, modis prædictis corpus defuncti, tractando, aut faciendo tractari, excommunicationem incurrat. Papæ reſeruatam, & cadauer illud, ſi inhumanè tractatum fuerit, Eccleſiaſtica ſepultura careat.

9 Et ad incurrendam talem excommunicationem ſat eſt, vna ex illis actionibus fuerit commiſſa, id eſt, aut *exenteratio*, aut *conciſio*, aut *elixatio*, actu conſumato, minimè vero attentato.

Doctorum Allegationes.

10 *Autumant has noſtras Theſes, Angelus, verb. excommun. 5. caſ. 32. Suarez, tom. 5. de cenſur. diſp. 22. ſeſſ. 5. num. 1. Theſaurus, p. 2. cap. 2. vbi ſuprà, cum alijs nominandis, Lezana, vbi ſuprà, & cæteri relati.*

CONCLVSIO VI.

11 Dicimus ſecundùm veriorem, ac probabiliorem ſententiam, ad mentem dictæ Extrauagantis, pænam priuationis ſepulturæ, cadaueri ſic inhumanè tractato, eſſe latæ ſententiæ, ſi caſus eſt notorius, & hic locum non habere *Extrauagantem ad euitanda.* ſi verò caſus eſt occultus, poteſt reſtitui præſtinæ ſepulturæ, non tamen aliò transferri.

12 Nàm iàm Cadauer erat in quaſi poſſeſſione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ac ideò poteſt priſtinæ ſepulturæ reſtitui, & *docent omnes, cum alijs Doctoribus, nuper citati, & citandi ſcriptores.*

CONTROVERSIA VI.

AN Regulares decedentes ex hac vita, extrà ſuum Monaſterium, queant licitè, ac liberè ſecundùm ius commune ſepulturam ſibi eligere.

EXPLICATIONES.

1 Impræſentiarum eſt ſciendum, Religioſis profeſſis, interdictam eſſe ſepulturæ electionem; *Ex cap. final. de ſepultur. in 6.* quia carent proprio *velle, & nolle*; quòd etiam extenditur, quandò ſunt extrà ſuum Monaſterium, & extrà ſua loca exempta, vbi moriuntur. vndè controuertitur modò, ſi quandò commodè deferri nequeunt ad proprium Monaſterium; in huiuſmodi caſu valeant ſibi ſepulturam eligere? prò cuius deciſione ſit.

CONCLVSIO I.

2 *Religioſi, niſi à proprijs Monaſterijs adeò forſitan ſint remoti, quòd ad ea cum moriuntur, commodè portari non poſſint; nequeunt, cum velle, & nolle non habeant ſibi eligere ſepulturam; ſed ſunt apud ſua Monaſteria tumulandi*

3 Sunt verba Iuris per extenſum *D. Bonifacij VIII. lib. 3. decretal. tit. 12. cap. de ſepultur. in 6.* ſuper quam conſtitutionem, *Gloſſa, duo notat: primùm, quòd ſepulturam eligere, ab habitu propriæ voluntatis dependet. 2. quòd Religioſus nequit ſepulturam eligere, niſi eſſet in* lo-

Digitized by Google

loco remoto à ſuo Monaſterio, quia velle, & nolle caret, ac proprio iure, & libertate.

CONCLVSIO II.

4 Regulares profeſſi omnes, extra ſua Monaſteria decedentes,& loca exempta ab Ordinarijs locorum, atque commodè deferri valent ad propria Monaſteria, parochis ipſis inconſultis, ſunt in ſuis proprijs Eccleſijs tumulandi.

Concluſio iam certiſſima eſt ex traditis *in controuerſia quarta ſuperiori*.

Doctorum Allegationes.

5 *Eſt communiſſima hac noſtra Theſis inter omnes Canoniſtas, quam tenent Gloſſa, Franchus, Ioan. Andrea, Imola, Turrecremata, Archydiac Felinus, Panormit. Dominic. Ancharan. & alij, ad dictum locum cap. vlt. de ſepult. in 6. Summiſta omnes, Sylueſt. Tabiena, Armilla, Angelus, Roſella, verb. ſepultura, Nauar. commentar. 2. de Regular. num. 43. Vgolinus, de officio Epiſco. cap. 17. num. 9. latè, Barboſa, cap. 26. de officio parochi, num. 30. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 60. art. 1. & 2. Sanchez, tom. 2. ſumm. Moral. lib. 6. cap. 14. Riccius, in ſua praxi, p. 4. reſolut. 293. num. 39. Zecchius, de Republica Eccleſiaſt. cap. 28. lib. 1. de parocho, nu. 19. Peyrinus, tom. 2. de priuileg. in conſtitu. 7. Pij V. num. 13. verſ. ad decimum, fol. 194. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 119. Paſqualigus, deciſ. 382. Caſtro Paleus, diſp. 4. §. 8. punt. 13. num. 1. & ſeqq. & alij nominandi.*

CONCLVSIO III.

6 Regulares profeſſi omnes decedentes extrà ſua loca exempta, & monaſteria, ad quæ commodè transferri non poſſunt, ex vi iuris dicti communis, licitè, ac liberè, & legitimè queunt pleno Iure ſepulturam ſibi eligere.

Nàm in dicto Iure, *cap. Religioſi*, 7
datur limitatio; videlicèt quòd quandò Religioſi moriuntur extrà clauſtra, & commodè poſſunt ad propriam Eccleſiam transferri, in tali caſu nequeunt ſibi ſepulturam eligere; quia proprio *velle*, *ac nolle* carent: at quandò ſic remotè moriuntur; quia tranſferri non valent, poſſunt in tali caſu ſibi ſepulturam eligere, & de ſe diſponere quòad ſepulturam.

Doctorum Allegationes.

Cõmuniter docent Cannoniſtæ cum Gloſ- 8
ſa ad d. text. verb. commodè, hanc noſtram Theſim, Monachus, ibid. in fine Archydiac. verb. eligere, ibid. Ancharan. in calce ibid. Abbas, in cap. nimis iniqua, num. 2. de exceſſ. Prælat. Nauarrus, vbi ſuprà, Roſella, verb. ſepultura, 2. num. 1. Tabiena, q. 4. ibid. Sylueſt. q. 6. eod. verb. Armilla, num. 6. & Angelus, num. 6. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 60. art. 2. verſ aduertendum tamen eſt, Sanchez, d. l. Paſqualigus, num. 3. vbi ſuprà, Lauorius, tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 92. & 93. variar. lucubrat. Barboſa, vbi ſuprà, & in Collectan. Doctor. cap. final. de ſepultur. in 6. num. 1. & 2. & cap. cum liberum, de ſepultur. Layman, lib. 3. tract. 5. cap. 9. num. 6. Hieron. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut. 128. num. 16. Turrecremata, cap. facultatis, art. 3. num. 7. & 13. q. 2. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 110. Lezana, tom. 1. cap. 9. num. 10. & tom. 4. verb. ſepultura, quòad Regulares, num. 16. Riccius, l. d. Caſtro Paleus, p. 3. diſp. §. 8. punc. 13. num. 10. Confectius, in ſummar. priuilegior. Mendicant. tit. 2. cap. 1. de ſepult. & cæteri omnes.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO IIII.

9 Regulares profeſſi omnes morientes in proprijs Monaſterijs de iure communi relato, in ſuis Eccleſijs ſepeliri debent, nèc licitè, nèc legitimè queunt ſibi ſepulturam eligere.

10 Nàm decedentes in proprijs Monaſterijs, carent *velle, & nolle*, & ſub obedientia ſuperioris exiſtunt immediatè, vt patet ex verbis recitatis in prima aſſertione.

Doctorum Allegationes.

11 *Prò hac Theſi noſtra recitantur omnes Doctores num. 5. allegati, & 8. & inſuper Petrus de Vbaldis, tract. de quarta funerali, cap. 9. num. 33. Sperellus, deciſ. 89. num. 1. & alij dicendi.*

CONCLVSIO V.

12 Regularis profeſſus ſi contingat mori in alieno Monaſterio Regularium, abſque ſepulturæ electione, & remotè diſtet Monaſterium ſui ordinis, eſt ſepeliendus, in ipſorum Religioſorum Eccleſia; vbi ab ipſis omnia recepit ſacramenta. *Sic namque euenit D. Thomæ Angelico Doctori, qui in itinere Foſſenouæ, Deo animam reddidit; dum ad Concilium Lugdunenſe petebat, ex commiſſione Gregorij X. ibique tumulatus fuit.*

CONCLVSIO VI.

13 Regulares profeſſi, in proprijs Monaſterijs ægrotantes, ac priuſquàm moriantur, cum licentia ſui Superioris, licitè, ac legitimè ſibi ſepulturam eligere valent.

14 Cuius ratio eſt adæquata; quia proprium velle Religioſi eſt in voluntate ſui Superioris, qui ius habet præſtandi talem licentiam, quæ in iure relato non prohibetur, nèc contrarium cauetur. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

15 *Aſſerunt hanc Theſem noſtram ferè omnes recitati Scriptores in Superioribus, & præſertim Tabiena, verb. ſepultura, q. 4. num. 5. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 60. art. 1. Lezana, tom. 1. cap. 9. num. 10. in fine, Paſqualigus, deciſio. 382. num. 6. cum alijs dictis, ac dicendis.*

CONCLVSIO VII.

16 Regulares profeſſi morientes extrà ſua propria Monaſteria: & eligentes ſibi ſepulturam, hoc licitè, & legitimè faciunt, cum ſuorum Superiorum licentia interpratatiua, & voluntate eorundem in huiuſmodi caſu, remotè manentes, & decedentes à ſuis Monaſterijs.

17 Cuius ratio eſt adæquata; quia, cum illorum Cadauera nequeant commodè ad ſuas transferre Eccleſias, ex hoc proindè valent ſuorum Superiorum voluntatem interpretari, quòd nolunt ad Monaſterium deferri, propter incommoditatem. ergo ſepeliri ibi debent, vbi ſibi ſepulturam eligunt, & ſic in tali caſu *velle, & nolle* habent.

CONCLVSIO VIII.

18 Regularis profeſſus, ſi contingat in itinere, extrà Monaſterium proprium, remotè ſatis, mori, aut in domo aliqua Sæcularis amici, aut benefactoris, ſeù in Tauerna, abſque electa ſibi ſepultura, tumulari debet in parochiali Eccleſia, vbi accepit omnia Sacramenta.

Doctorum Allegationes.

19 *Has Theſes noſtras autumant communiter Canoniſtæ in cap. final. Religioſi de ſe-*

ſepultur. in 6. Dominic. Ancharanus, cum alijs Canoniſtis: Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 6. cap. 14. num. 4. Barboſa, cap. 26. num. 30. de officio parochi, Butrius, in cap. 1. num. 9. de ſepultur. Sperellus, & Lauerius in allegatis locis, Mancinus, dub. 11. num. 6. in ſua praxi viſitand. Infirm. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 110. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura quoad regular. num. 6. Paſqualigus, deciſ. 383. num. 1. Gloſſa, d. cap. final. Religioſi, de ſepultur. in 6. verſ. nota 1. & ibi Barboſa, Collectan. Doctorum, Layman, num. 6. vbi ſuprà Riccius, & Petrus de Vbaldis, in dictis locis.

CONCLVSIO IX.

20 Præfatus Regularis modo dicto, extrà Monaſterium ſuum decedens, quò ad expenſas funerales, ſi ſua Religio bona temporalia poſſidet, ad ſuum Conuentum ſpectat eas ſoluere, vel ad ipſum, ſi quæ pecuniæ in eius morte fuerint inuentæ: ſi verò nec apud ipſum, nec eius ordo bona temporalia habet, amore Dei eſt ſepeliendus.

21 Concluſio, quòad priorem partem conſtat *ex cap. vnic. de Cleric. ægrotant. de ſepultur. & ex l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Religio: &* ſumpt. funerum. Secunda pars autem conſtat *ex declarat. Sacra Congreg. Epiſc: & Regular: in vna Caſſanenſi, die 15. Maij, 1612. & die 24. Nouembris, 1634. & die 24. Septembris, 1636. eadem etiam Congreg. declarauit, Clerum Sæcularem nihil prætendere poſſe, exequiarum cauſa, & ſepultura Regularium morientium extra ſua Monaſteria, & loca exempta.*

Doctorum Allegationes.

22 *Amplectuntur hanc noſtram aſſertionem Rodriquez, tom. 3. qq. regul. q. 60. art. 3. Petrus de Vbald. d. l. Layman, lib. 3. tract. 5. ſeſſ. 5. cap. 12. num. 6. Mancinus dub. 12. fol. 991. in ſua praxi infirmor. Lauerius, tom. 1. tit. 2. variar. lucubrat. cap. 16. num. 45. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 6. cap. 14. num. 5. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura quoad Regulares, num. 16. Barboſa, cap. 26. num. 30. de officio parochi, Caſtro Paleus diſp. 4. §. 8. punc. 17. num. 6. p. 3. cum cæteris relatis, ac referendis.*

CONCLVSIO X.

Regularis profeſſus ſi moriatur in ſuis locis exemptis Grangijs, & ſimilibus, & ibi adſit Capella, ſeù Sacellum, cum ſepultura, aut Cœmeterio, de iure communi in his locis eſt ſepeliendus. 23

Doctorum Allegationes

Sic enim volunt Doctores omnes allegati num. 8. ſuprà, Franchus, cap. final. Religioſi, de ſepultur. in 6. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 6. cap. 14. num 4. Diana, & Barboſa, in dictis locis, Bellectus, de cleric. debil. cap. 15. num. 35. cum cæteris nominandis. 24

CONTROVERSIA VII.

AN Regularis profeſſus moriens extrà ſuum proprium Monaſterium, in quo eſt aſſignatus, valeat ſepulturam ſibi eligere ſi ibi, vbi moritur, adſit Monaſterium, aliàs ſui ordinis, & quid verò eſt dicendum ſi non adſit?

CON-

CONCLVSIO I.

1 Regularis profeſſus aduena decedens in Monaſterio, aliàs ſui ordinis; de Iure nequit ſibi ſepulturam deligere, ſed eſt tumulandus in Eccleſia, ſeù Cœmeterio, vbi cæteri Religioſi illius Monaſterij ſepeliuntur.

2 Cuius eſt ratio formalis; quia iſte Religioſus Aduena manet ſub obedientia Superioris illius Monaſterij, à quo fuit ad hoſpitium receptus, & benedictionem accepit, & proprio *velle*, *& nolle* caret, ac proindè nequit ſibi eligere ſepulturam abſque licentia ſui Superioris huius Monaſterij.

3 Quòd idem eſt aſſerendum, ſi præfatus Religioſus extrà Monaſterium reperiatur ad quod commodè transferri valet: quia in tali caſu, proprium cenſetur Monaſterium, cum ſit eiuſdem ordinis, & ſubdatur Superiori viciniori illius Monaſterij, ad quod acceſſit, & abijt.

Doctorum Allegationes.

4 *Docent hanc noſtram aſſertionem cum ſuis annexis, omnes Doctores allegati in ſuperiori Controuerſia, num.* 5. *&* 8. *& in proprijs terminis contrà Gloſſam in cap. final. Religioſi, de ſepultur. in* 6. *Butrius, in cap.* 1. *num.* 9. *de ſepultur. in* 6. *Sanchez, tom.* 2. *ſumm. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 4. *Barboſa, de offic. parochi. cap.* 26. *num.* 30. *Paſqualigus, deciſ.* 383. *nu.* 3. *&* 4. *cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO II.

5 Præfatus Religioſus quotiès Aduena eſt extrà ſuum Monaſterium, quò ad habitationem, & ad aliud diuertit ſui ordinis, licèt ſit in aliena Prouincia, tamen ſemper manet ſubditus Superiori illius Monaſterij, vbi cum ſua benedictione receptus eſt, & decedens, nequit ſibi ſepulturam deligere abſque ipſius Superioris venia. Si verò ſint diuerſi ordinis prælatus Monaſterij, & ipſe Aduena Religioſus receptus ad hoſpitium ab eo, amore Dei, & moriens, in eo Monaſterio, ſibi eligere valebit ſepulturam, ante ſuum obitum dubio procul, aliàs eſt ſepeliendus in eadem Eccleſia.

Ratio eſt adæquata huius aſſertionis; quia remotè manens præfatus Religioſus à ſuo Monaſterio ordinis, in tali caſu habet proprium ius, id eſt, *velle*, *& nolle*, cum non ſubdatur Superiori, à quo fuit receptus, & ſint diuerſi ordinis, ac proindè, ſibi valet ſepulturam eligere. 6

Doctorum Allegationes.

Habet hac noſtra Theſis Doctores omnes allegatos, num. 5. *&* 8. *Superioris Controuerſia, & quos ſuprà retulimus, & alios nominandos, de communi ſententia Doctorum.* 7

CONCLVSIO III.

Si contingat, e. g. Minoritam Reformatum, Senis in domo Benefactoris, quia non adeſt Monaſterium ſui inſtituti, ſed tantum eſt Conuentus Minorum de obſeruantia; mori, & recipere Sacramenta etiam, à parocho ſui Benefactoris, ante ſuum obitum, Sepulturam eligere ſibi non poterit, ſed tenetur ſepeliri, & transferri Conuentum Minorum de obſeruantia, ab ipſis Fratribus Minoribus, inconſulto ipſomet parocho, quamuis non ſint Reformati, ſed ſunt eiuſdem ordinis. 8

Cuius eſt ratio adæquata; quia tàm ipſe defunctus Religioſus Minorita Reformatus, quàm ipſi Fratres Minores 9

H 4 de

Digitized by Google

de obſeruantia, Senis Conuentum habentes, viuunt ſub obedientia eiuſdem Generalis, & ſub eadem Regula, licèt, ſint quò ad Conuentus, & modum viuendi differentes, & diſtincti, & ſeparati. Et parochus iuxtà tradita, non poteſt in ſua Eccleſia ſepelire, nec quartam funeralem prætendere, nec eum ad Eccleſiam aſſociare; quia ius ſuper eum non habet.

CONCLVSIO IIII.

10 Regularis profeſſus, remotè moriens extrà ſuum Monaſterium proprium in aliqua Ciuitate, & loco, vbi Monaſterium ſui ordinis non reperitur, ſed in domo ſuorum Cognatorum, e. g. aut ſororis, ſeu conſanguineorum, poteſt ſibi ſepulturam eligere, & decedens ſine ipſius electione, aut in Eccleſia Cathedrali, ſeu Parochiali ſepelitur, iuxtà Superiora dicta.

11 Nàm quidam Religioſus profeſſus Conuentus D. Dominici de Peruſio, ordin. Patrum Prędicat. deceſſit ex hac vita in Ciuitate Cluſina, quondam Sede Regis Porſenæ Tuſciæ, & à me recepit omnia Sacramenta, & ſepelire eum feci in Sepultura Canonicorum, Eccleſiæ Cathedralis, eiuſdemque ſumptibus, Menſe Auguſti. 1623. factæ fuere exequiæ, & expenſæ honorificæ.

CONTROVERSIA VIII.

AN Regulares Superiores, tàm Maiores, quàm Minores Locorum, ſepulturam ſibi deligere valeant? & quid eſt efferendum de Subprioribus, ac Vicarijs locorum.

CONCLVSIO I.

Generales omnes Regulares ordinum, ſepulturam ſibi deligere dumtaxat poſſe, aſſerere improbabile minimè eſt, minimè verò inferiores cæteros Superiores. 1

Cuius ratio eſſe poteſt; quia Generales ordinum, non ſubduntur niſi Summo Romano Pontifici; at ipſis, cæteri omnes Superiores, tàm Prouinciarum, quàm Conuentuum ſubduntur, & proindè non habent proprium ius, id eſt *velle*, & *nolle*. ergo vera concluſio: cuius ratio militat *cap. Religioſi, de ſepultur.* vbi declaratur; ideò Religioſos nequire ſibi ſepulturam eligere; quia carent ipſi proprio *velle*, ac *nolle*. 2

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc aſſertionem Sylueſt. verb. ſepultura, q. 6. Armilla. ibid. num. 6. Layman. lib. 2. tract. 5. cap. 9. num. 6. verſ. porrò, Zecchius, de Republ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 28. de parocho, num. 19. Angelus, verb. ſepultura, num. 29. Sanchez, tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 7. Caſtro Paleus, p. 3. diſp. 4. §. 8. punc. 13. num. 2. & cæteri omnes communiter aſſerentes poſſe generales videlicèt, ſibi eligere ſepulturam. 3

CONCLVSIO II.

Regulares omnes Superiores inferiores, putà, Priores Prouinciales, Viſitatores, ideſt, Prouinciæ, Priores, Abbates, Guardiani, Rectores, & huiuſmodi Superiores locales, valent etiam ſecundum veriorem ſententiam, ſibi ſepulturam eligere. 4

Cuius ratio eſt adæquata; quoniam, licèt Prior Prouincialis, aut Viſitator Prouinciæ, vel Abbas, aut Prior, & huiuſmodi Superiores locorum Regularium, 5

larium, Generali ſuo ſubdantur; tamen adhùc in multis, *velle*, ac *nolle* habent, circà ſepulturæ diſpoſitionem, eam ſibi eligendi. ergo vera aſſertio.

6 Nàm Ratio, quià *cap. Religioſi, de ſepultur. in 6.* non poſſunt ſibi ſepulturam eligere eſt, quià non habent proprium *velle: & nolle*, ſed hi Superiores nominati, ac nominandi locorum Regularium habent *velle, & nolle*. ergo

Doctorum Allegationes.

7 *Tradunt hanc noſtram concluſionem Abbas, in cap. de Vxore, num. 5. de ſepultur. in 6. Franchus, in d. cap. Religioſi, de ſepultur. in 6. num. 2. Roſella, verb. ſepultura, num. 2. Tabiena, nu. 6. q. 4. ibid. Rodriquez, tom. 3. qq. Regular. q. 60. art. 1. eius nepos Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. Regular. reſolut. 128. num. 16. Sanchez, num. 7. Caſtro Paleus, num. 1. in dictis locis ſuprà, Paſqualigus, deciſ. 384. num. 3. Lezana, tom. 1. cap. 9. num. 10. Ioan. Andrea, in d. cap. final. de ſepultur. in 6. num. 6. Hoſtienſis. in cap. de Vxore, num. 4. & alij nominandi.*

8 In præſentia verò, dicere non valet, nèc minimè obſtat, Superiores inferiores Generali, eorum voluntatem ſubeſſe Generalis voluntati, & conſequenter, ex eius voluntate annullari poſſe, horum inferiorum ſuorum electionem ſepulturæ.

Reſpondetur: nulli eſt dubium, ex Generalis voluntate, poſſe annullari eorum electionem ante mortem; ſed poſt mortem, nequit annullare talem electionem; quià iam morte eſt talis eorum electio ſepulturæ confirmata, cum effectu, quem iam obtinuit eorum diſpoſitio voluntatis. ergo vera manet concluſio.

CONCLVSIO III.

Præfati Superiores nominati, valent etiam multò magis ſibi ſepulturam eligere, extrà ſua Monaſteria, Prouinciam, & extrà ſuas dictiones, ſibi ſepulturam eligere inquam, vbicumque reperiantur, decedentes ex hac vita, pleno iure. 9

Cuius ratio eſt adæquata; quia poteſtas ſepulturam eligendi, minimè ſe extendit ad hæc; vel illa loca; ſed ad omnia, in quibus locum habet ſepultura Eccleſiaſtica: vndè ſi ſemel alicui conuenit, debet conuenire in ordine ad omnia abſolutè abſque vlla reſtrictione. ergo vera concluſio. 10

CONCLVSIO IV.

Licèt conſuetudo non adſit fortaſſe inter Superiores Maiores, ac inferiores prædictos, ſepulturam eligendi ſibi ante obitum ſuum; nihiloſecius, de iure valent, abſolutè loquendo; vt proindè, Sanctiſſimus Pater Dominicus, dum animam agebat, tunc quodam Religioſo rogante, vbi corpus ſuum ſepeliri iuberet, reſpondit; *Ad pedes Fratrum meorum.* 11

Sic, namque in eius vita geſtis habetur, tamquam Generalis Magiſter totius ſui ordinis fundator, & Pater elegit ſepeliri ad pedes ſuorum fratrum alumnorum, ad ſuam humilitatem profundiſſimam demonſtrandam. 12

Nàm huiuſmodi facultas eligendi ſibi ſepulturam competit dictis Prælatis Maioribus, ac Minoribus, non quidem ex priuilegio aliquo, ſed ex iure communi, *cap. final. Religioſi, & cap. 1. de ſepultur. in 6.* quia tale ius extenditur ad omnes perſonas, aliàs, capaces, quæ quocumque modo habent ius ſuum, id eſt, *velle, & nolle.* 13

Doctorum Allegationes.

14 *Hæ duæ aſſertiones habent auctores eoſdem, quos retulimus num. 7. cum aliis nominandis.*

CONCLVSIO V.

15 Subpriores, ac Vicarij Monaſteriorum morientes dùm ſubditi manent ſuis Superioribus localibus, ſinè dubio, haud ſibi eligere valent ſepulturam, ſicut, & illi, qui in Grangijs extrà Monaſterium manent, cum titulo Prioratus, vel ſub aliò, putà, Vicariatus, ſeù Præſidentis, non habentes in ſpiritualibus, néc in temporalibus dominium, néc ſub ſe ſubditos.

16 1 Conſtat concluſio *ex cap.* 1. §. *in eos autem, de priuileg. in 6.* qui huiuſmodi Religioſi Priores, ſeù Vicarij horum locorum ſubduntur in temporalibus, ac ſpiritualibus Superioribus Monaſteriorum, & ſub ſe ſubditos non habent. ergo.

17 2 Nàm *velle*, ac *nolle* horum dictorum officialium eſt coniunctum cum *velle*, *& nolle*, ſuorum Prælatorum localium; ſed qui non eſt Prælatus propriè, ac formalitèr caret *velle*, *& nolle*, & non eſt ſui iuris. ergo nequeunt ſibi ſepulturam eligere.

18 3 Præfati Priores, ac Vicarij dictorum locorum ſub ſe ſubditos non habent, néc ſunt Prælati formalitèr, & non habent proprium *velle*, *& nolle*. ergo.

CONCLVSIO VI.

19 Subpriores Conuentuum in carentia prælati Conuentualis, & manentès in ſpiritualibus, ac temporalibus cum Iuriſdictione omnimoda; ſicut etiam dicti Priores, & Vicarij dictorum locorum, habentes ſub ſe ſubditos, omnimodam poteſtatem, & Iuriſdictionem; & in tali caſu, habentes *velle*, *& nolle*, queunt ſibi ſepulturam eligere.

Doctorum Allegationes.

Tenent has duas Theſes noſtras Franchus, in cap. final. Religioſi, de ſepultur. in 6. Rodriquez, tom. 3. *qq. regular. q.* 60. *art.* 1. *Sanchez, tom.* 2. *ſumm. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 8. *Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut.* 28. *num.* 16. *Paſqualigus, deciſ.* 388. *Lauor. tit.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 92. *Abbas, in cap. quarta de offic. Ordinarij, & alij nominandi.* 20

CONTROVERSIA IX.

AN Regulares Diffinitores Capituli Generalis, & Prouincialis, Conſultores Teatini, ac Aſſeſſores Generalis pro tempore Eremitani, D. Auguſt: an hi omnes queant ſibi licitè, ac legitimè ſepulturam eligere? & quid etiam de Viſitatoribus eſt dicendum?

CONCLVSIO I.

Regulares Diffinitores tàm Capituli Generalis, quàm Prouincialis legitimè, ac Canonicè electi, quouſque horum durat officium talis diffinitoratus, & huiuſmodi honor, licitè, ac pleno iure ſibi valeat ſepulturam eligere. 1

Cuius eſt formalis ratio; quia tale diffinitoratus officium in Religionibus in ſe habet ſupremam authoritatem in toto ordine, & in tota Prouincia reſpectiuè, quouſque durat, quàm ipſi 2

Præla-

Prælati electi Canonicè, qui abſque illorum interuentu, nihil perficere valent, & omnes ſimul poſſunt determinare, & eſequi, quæ neceſſaria ſunt eſequenda in tota Religione: vel Prouincia habentes proprium *velle*, aut *nolle* in gubernatione ſpirituali, ac temporali, & ſunt omnes Comprælati, ordinis totius, aut totius Prouinciæ. ergo vera aſſertio.

CONCLVSIO II.

3 Conſultores Patres Teatini in abſentia Patris Generalis, in Curia Romana reſidentes, eſt ſatis probabile, vt licitè valeant ſepulturam ſibi eligere.

4 1 Probatur; quia tales Conſultores repræſentant ſupremum tribunal Religionis, apud quod tribunal plena, ac perfecta poteſtas in ſpiritualibus, ac temporalibus reſidet, ac viget. ergo vera concluſio.

5 2 Nàm tales Conſultores in Generalis abſentia, per ſe ipſos, ea omnia operari, & agere valent, ac reſoluere ea, quæ etiam non patiuntur temporis dilationem, in vtroque foro. ergo vera concluſio.

6 3 Nàm quandò Generalis extrà Vrbem reperitur res graues valet, quæ occurrunt, vnà cum Viſitatoribus reſoluere; ſi non patiantur temporis dilationem; at ſecus eſt adtendendum, ſi temporis dilationem ſufferunt; vt dicitur, *3. p. conſtitu. huius Inſtitu. in com. mentarijs, cap. 5. §. ſi dum Pater Generalis*. quare quò ad hoc, Pater Generalis, & Patres Conſultores, ſunt æqualis poteſtatis; & ſi queat Generalis pleno iure ſepulturam ſibi eligere. ergo & Patres Conſultores poterunt illam ſibi eligere; nàm habent proprium *velle*, *& nolle*.

7 4 Ius enim ſepulturam eligendi, eſt ius ſingulare, ſeù perſonale, quòd videlicèt ſingulis perſonis competit minimè verò, communitati. ergo quandò ratione dignitatis hoc ius eligendi ſepulturam, conuenit etiam neceſſariò omnibus, & ſingulis perſonis, in tali conſtitutis dignitate. ergo vera eſſertio.

CONCLVSIO III.

Conſultores præfati; ſi extrà Vrbem maneant abſentes, nèc etiam Romæ Generalis reperiatur; adhùc valent ſibi ſepulturam eligere. 8

Cuius ratio eſt bona; quia horum dignitas, ac poteſtas Authoritaſq; eos 9
ſequitur quocumque ierint; ac proindè perſeuerat in eis proprium *velle*, *& nolle*. ergo vera concluſio. Nàm Prælati ſemper exiſtunt vbicumque fuerint, & tale dum habuerint officium, poſſunt ſuam auctoritatem exercere, ſiuè Romæ, ſiuè aliundè fuerint, & Superiorem non habent.

CONCLVSIO IV.

Conſultores Præfati etiam in præſentia Reuerendiſſimi Patris Generalis 10
eorum plenò iure, licitè, ac liberè valent ſibi ſepulturam eligere; tùm Romæ, tùm alibi manentes.

1 Probatur; quia, hi Conſultores 11
etiam coram Generali eorum proprium *velle*, ac *nolle* retinent; ad quod ſat eſt, vt de iure queant ſepulturam ſibi eligere. nàm vnum efficiunt tribunal cum Generali iſti Conſultores, & ſupremam Iuriſdictionem, & authoritatem in Religione habent cum Generali, & ius proprium. ergo.

2 Horum, enim Conſultorum proprium *velle*, ac *nolle* in grauioribus re- 12
bus, in quibus penès nas conſtitutiones, votum deciſiuum habent, & ſtat con-

con tra *velle*, ac *nolle* Patris Generalis ipſius: vndè ſi tres ipſorum concordent in voto, ac Patri Generali diſcrepent, nihil fit, & nihil concluditur. ergo vera concluſio.

13 3 Licèt namque Generalis ſi caput ſupremum totius Religionis, quam etiam ipſe repreſentat; attamen quia ſuprema ipſa iuriſdictio non eſt dumtaxar apud ipſum ſolum, ſed etiam apud Conſultores, ideò non remanet in Generali aliqua ſuperior Iuriſdictio, per quam ſibi ſubijciat dictos Conſultores; qui vt vno verbo dicatur; ſunt totius Religionis Congeneralis. ergo.

14 4 Nàm ſi caſus contingeret; Aliquem ex Conſultoribus errare; minimè poſſe à ſolo Generali puniri; ſed à toto Collegio, ideſt, à Patre Generali, & à cæteris Conſultoribus ſimul. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO V.

15 Aſſeſſores Patris Generalis Eremitani, D. Auguſtini etiam ipſi cum ſint Congeneralis totius ordinis, habent proprium ius, videlicèt, *velle*, ac *nolle*, conſequenterque ius ſibi ſepulturam eligendi facultatem retinent.

16 Nàm in ſua Religione ſupremam authoritatem habent in gubernatione in ſpiritualibus, ac temporalibus, & rationes eædem militant de his Aſſeſſoribus, quæ militant de prædictis Conſultoribus Theatinorum; hi omnes habent proprium, *velle*, ac *nolle*. ergo, & ius eligendi ſibi ſepulturam habent.

Doctorum Allegationes.

17 *Has Theſes omnes deſumpſimus ex conſtitut. horum ordinum, & docent Alexander Peregrinus, in commentar. ad conſtitut. Theatinorum, p. 3. cap.* 1. *lit. a & e & §. ſi dudum Pater Generalis, & lit. g. §. 7. & §. in contrarium, lit. a. in fine Paſqualigus, deciſ.* 385. *cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO VI.

Regulares Viſitatores Prouinciarum, apud quas ſuperioritas reſidet 18 totius Prouinciæ, in ſpiritualibus, ac temporalibus, & proprium ius habent *velle*, *& nolle*, etiam ipſi, dum manent in tali officio Viſitatoratus, ſibi ſepulturam eligere queunt ſicut, & cæteri officiales Regulares habentes authoritatem ſuper alios, in ſpiritualibus, ac temporalibus, & proprium ius, valent eligere inquam ſibi ſepulturam propter relatas rationes in ſuperioribus, quæ in omnibus ſuperioribus Regularibus militant adamuſſim, & eædem ſunt omninò.

CONTROVERSIA X.

AN Prælati omnes Regulares, ac Officiales præfati, ſepulturam ſibi eligentes, & illorum prælatura, & officijs finitis, & determinatis; ſi decedant ex hac vita, ſepeliri debeant in electa ſepultura.

CONCLVSIO I.

Regulares præfati Superiores Maiores, ac Minores, & cæteri dicti officiales, qui priuſquam deceſſerint ſibi 1 ſepulturam elegerunt, & ſuperſtites euaſi cum finitione, & determinatione ſuorum honorum, & officiorum poſtea decedentes ex hac vita; minimè gentium, valent amplius in electa ſepultura tumulari.

1 Pro-

1 Probatur; quiá ſepulturæ electio
2 eſt actus vltimæ voluntatis, vt benè
Gloſſa, cap. 1. *de ſepultur. in* 6. *aduertit*
in addict. verſ. & ſit ratio. ergo vltimam
voluntatem reſpicere debet, quæ ſi
ius eligendi non habet, nèc electio
valida erit; nèc validè anteà facta per-
ſeuerare poteſt, vt valida ſit, non
perſeuerante in eo ſtatu voluntate, vt
ſemper eligere valeat. ergo vera aſ-
ſertio.

3 2 Electio enim ſepulturæ eſt longè
antè obitum facta, in morte autem
robur habet, vt pars vltimæ volunta-
tis; quia moriens cenſetur illam ele-
ctionem approbare per ſuam vltimam
voluntatem: ſed quandò finitur præ-
latura, & officium Prælati, & officia-
les præfati decedunt ex hac vita, non
amplius habent *velle, & nolle*, & pro-
prium ius, vt queant ſibi ſepulturam
eligere. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO II.

4 Verùm enim, verò ſi horum Supe-
riorum, & officialium Prælati, qui
ſuper ſunt, volunt eorum electionem
iam anteà factam, ratam habere; ſic
poterunt in ea ſepeliri, aliàs non.

5 Cuius eſt ratio adæquata; quia in
tali caſu, de nouo ipſi ſepulturam eli-
gere cenſentur: quia horum Prælatus
poteſt eis dare talem facultatem, vt
ibi ſepeliantur ſepultura, quam iàm
elegerunt, quandò ipſi poterant, iu-
xtà tradita ſuprà. ergo.

CONCLVSIO III.

6 Quandò Regularis Prælatus localis,
aut Magiſter, vel Cathedraticus pu-
blicæ Vniuerſitatis, de hac vita dece-
dit, non poteſt, ſecundum ſtatum
humilitatis Religionis, ab ipſis ſuis
Religioſis deferri illorum Cadauer per
Ciuitatem, & plateas, cum Muſica,
& Ritibus extraordinarijs.

Ità declarauit Sacra Concilij Congr. 7
reſpondens ad 15. *dubium, inter multa pro-*
poſita ipſi Congregationi à Cardinali Lu-
douiſio Archyepiſc. Bononienſi, qui poſteà
fuit Gregorius XV. Papa, die 2. *Iulij*,
1620.

Doctorum Allegationes.

Has Superiores duas Theſes autumant
Rodriquez, tom. 3. *qq. regular: q.* 60. 8
art. 1. *allegans Petrum, de Vbaldis, eius*
Nepos, Hieronymus Rodriquez, reſo-
*lut.*128. *in compend: qq. regular: num.* 16.
Laurentius de Franchis, in contro: inter
Epiſco. & Regular: q. 61. *Sanchez, tom*
2.*lib.* 6. *ſumm: cap.* 14. *num.* 8. *Caſtro*
Paleus, diſp. 4. *p.* 3. §. 8. *punc:* 13. *num.*
1. *Paſqualigus, deciſ:* 387. *Laurius*,
tom. 1. *variar. lucubrat: tit.* 2. *cap.* 11. *nu.*
91. *& alij.*

CONTROVERSIA XI.

AN Regulares profeſſi, cum ſuo-
rum Superiorum localium venia
ſibi ſepulturam eligere queant licitè,
& ſi ijdem locorum Prælati, prò ſibi
ſubditis ſepulturam eligere valeant?

CONCLVSIO I.

Regularis profeſſus cum licentia ſui
localis Prælati, licitè, ac validè ſibi 1
ſepulturam eligere poteſt priuſquam
ex hac vita decedat, non eſt dubitan-
dum.

1 Probatur; Nàm Prælatus localis 2
Regularis, vt ſuprà diximus ſibi ſe-
pultu-

Digitized by Google

pulturam eligere queit; quia *velle*, *&* *nolle*, habet. ergo hoc idem ius retinet vt in ſibi ſubditum transferendum vtique valeat ſepulturam eligendi.nàm maiori poteſtate ſecum vti nequit, quàm cum ſibi ſubditis: ſi quidem, tota poteſtas diſpenſandi ſecum competens Prælato prouenit ex gubernandi officio ſubditos, & per conſequens magis cum ſibi ſubditis, quàm ſecum, illa vti valebit.

3 2 Nàm totalis ratio, *Cap. Religioſi, de ſepultur: in 6.* conſiſtit, quia Religioſus profeſſus caret *velle*, & *nolle*; ergo nequit ſibi ſepulturam eilgere: ſed Religioſus profeſſus licitè omnia agere valet cum ſui Superioris licentia. ergo & ſepulturam eligere; quia Superioris voluntas eſt ſic in ſubditum translata ad ſibi ſepulturam eligendam. ergo vera concluſio.

4 Conſequentia conſtat; quia *d. cap. Religioſi, de ſepultur. in 6.* minimè vetat Prælato loci, non poſſe huiuſmodi veniam præbere ſibi ſubditis ſepulturam eligendi; & cum in materia odioſa verſemur, ſunt huiuſmodi pænæ reſtringendæ. ergo.

5 3 Præfatum *cap. Religioſi, de ſepultur. in 6.* tantum probat, Religioſum profeſſum non poſſe ſibi ſepulturam eligere; quia caret proprio *velle*, & *nolle*; ſed minimè probat, non poſſe cum ſui Superioris licentia, ſepulturam eligere. ergo aſſertio vera.

Doctorum Allegationes.

6 *Tuentur multi ex relatis Doctoribus hanc noſtram Theſim, & in ſpecie Rodriquez vbi ſuprà, art. 1. q. 60. tom. 3. qq. regular. Paſqualigus, deciſ. 382. num. 1. Sanchez, num. 4. cap. 14. tom. 2. ſumm. lib. 6. Caſtro Paleus, p. 3. diſp. 4. §. 8. punc. 13. num. 7. & alij nominandi.*

CONCLVSIO II.

Improbabile minimè eſt, aſſerere Regularem Superiorem localem haud 7 poſſe ſibi ſubditis ſepulturam eligere licitè, & validè.

Cuius eſt ratio adæquata: quia, nullo 8 iure, huiuſmodi poteſtas reperitur, vt Prælati locales queant eligere ſibi ſubditis ſepulturam, non quidem, quò ad realitatem, ſed dumtaxat, quò ad ſubiectionem Regularem, in executione mandatorum Regulæ, & conſtitutionum. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

Docent concluſionem hanc noſtram Petrus de Vbaldis de cano: Epiſco: cap. 11. 9 *num: 6. Ioannes Aſinius, in l familiaris ſepulchri. ff. de Religio: & ſumpt: funer. num. 11. Sanchez, num: 6. Caſtro Paleus, num. 2. vbi ſuprà, Lauorius, tit. 2. cap. 11. num. 154. tom. 1. variar. lucubrat: cum alijs allegandis.* ergo.

CONCLVSIO III.

Probabilius ſanè longè eſt, ac in praxi tutum, Regularem Prælatum 10 localem; tuta conſcientia poſſe licitè, ac validè, prò ſibi ſubdito ſepulturam eligere.

1 Probatur, quia ſubditus Regularis in ſua profeſſione totum ſuum *velle*, 11 ac *nolle* in Prælatum tranſtulit; vndè voluntas Prælati eſt voluntas ſubditi: nàm ſubditus ſinè proprio *velle*, *& nolle* remanet; cum *velle* Superioris ſit eiuſdem ſubditi *velle*, ac ideò, quòd aliàs ſubditus poteſt *velle*, queit ſuperior prò ſubdito *velle*; cùm ipſe ſubditus in ſuum Prelatum totalem ſuam propriam voluntatem traſmiſerit. ergo vera concluſio.

2 Nàm dum Nouitius profeſſionem emit- 12

Digitized by Google

emittit ſuo Prælato, omnia ſua iura in Religionem transfert, ac in Prælatum, vt præſentantem ipſam Religionem: vndè ſi religio eſt hæreditatum capax, ſeu bonorum ſtabilium, ius acquirit ad omnia bona ſtabilia, ac hæreditates. ergo cum profitetur ius habet ad ſepulturæ electionem, transfert etiam hoc ius in ſuum Prælatum pro ſuo tempore. ergò poterit pro illo ſuus Prælatus ſepulturam deligere.

13 3 *Lex. ſeu conſtitutio, vbi non diſtinguit, aut non loquitur, nèc nos loqui, ſeu diſtinguere debemus, cap. ſolitè, de maiorit: & obedi: & l. de pretio, ff. de publicat: in rer: act. ſed d. cap. Religioſi, de ſepult: in 6.* non loquitur, nèc minùs diſtinguic de Prælato Regulari vt non valeat prò ſibi ſubditis ſepulturam deligere. ergo dum contrarium non conſtat, nèc ſtatuitur, minimè hæc facultas denegatur, Prælato. ergo ſi ipſe pro ſe valet eligere ſibi ſepulturam, poterit quoque pro ſibi ſubdito multò magis: cum eadem militet ratio.

Doctorum Allegationes

14 *Defendunt hanc noſtram Theſem Rodriquez, tom. 3 qq. regular: q. 60. art. 1. eius nepos Hieronym: Rodriquez, in compendio, qq. regular. reſolut: 128. num. 16. Zaccharias Paſqualigus, deciſ: 386. num. 5. cum cæteris allegandis.*

CONCLVSIO IV.

15 Non eſt omninò improbabile, aſſerere Regulares, qui manualibus beneficijs præficiuntur, quæ ſunt de membris Monaſterij, poſſe ſibi ſepulturam deligere.

16 Deſumitur aſſertio *Ex cap. 2. de ſtatu Monachor. ex clemem: 1. de reſcript. ex cap. cum defuncti, de Iudic:* & ratio eſt, quia in tali ſtatu *habet velle, & nolle*, & inter cæteros autumat *Lauorius, tom. 1. lucubrat: variar: tit. 2. cap. 11. num. 94.*

CONTROVERSIA XII.

AN Regulares ſint ad defunctorum funera vocandi, & in eis quo pacto gerere ſe debeant? vbi plura curioſa digna, ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Illi, qui ſunt ad funus vocati, debent omnes conuenire, aut in Eccleſia parochiali, aut domo, aut in loco vbi Cadauer reperitur, etiam Regulares quandò vocati fuerint, aut in eorum Eccleſijs mortui ſunt tumulandi; & indè, cum Clero Sæculari diſcedere, & proficiſci ſimul omnes ad Eccleſiam in qua defunctus eſt ſepeliendus. 1

Ità declarauit Sacra Epiſco: & Regular: Congregat: in vna Viglieuanenſi. 13. Nouembris, 1600. & in vna Bononienſi, die 9. Decembris, 1617. & in eadem Bononienſi, die 2. Iulij, 1620. Congreg: Concilij, ad inſtantiam Cardinalis Archyepiſc: Ludouiſi, in §. ad 4. dubium, qui poſteà fuit Papa Gregorius XV. Item, Congregat: Rituum, in vna Theleſina, 12. Februarij 1613. & in Limanenſi, 15. Decembris 1651. & Congregat: Epiſco: & regular: in vna Tropienſi, die 16. Februarij. 1631 & in vna Senogalienſi, die 26. Auguſti. 1616. 2

Do-

Doctorum Allegationes.

3 *Tradunt hanc Theſem noſtram Peyrinus, tom. 1. de priuileg: in conſtitu: 26. Leonis X. num: 10. & 29. Nouarius, in Lucerna Regular: verb. defunctus, num: 5. citans Aldanum, Barboſa, in ſua collect: bullar: verb. Regularis, verb. defunctus, & cap: 26. num: 63. de offic: parochi, & num: 64. & 65. Lezana, tom: 1. cap: 12. num: 41. & tom: 2. cap: 1. num: 4. & tom: 3. verb: defunctus n. 3. vbi aliam refert declarationem Congregat: Epiſco: & regul: die 28. Nouembris, 1642. non licere nimirum, Regularibus per plateas, ac vias Parochum, & Clerum expectare, ſed debere cum eis coniungi in Eccleſia parochiali.*

CONCLVSIO II.

4 Defunctorum corpora, quandò in Regularium Eccleſijs ſunt tumulanda, deponi debent in Eccleſia parochiali, & ex illa poſteà directè ſunt ad Eccleſiam Regularium deferenda, & non ad Eccleſiam Cathedralem prius ſunt portanda; conſuetudine quacumque immemorabili non obſtante.

Doctorum Allegationes.

5 *Ità diffiniuit Sacra Epiſco: & regular: Congreg. noſtram Theſem, aſſerentibus Barboſa, verb: defunctus, in ſua collectan: bullar: Lezana, tom: 3. verb. defunctus, num: 3. & tom: 4. verb. ſepultura quò ad regulares, num. 186. ſimiliter, Rituum Congreg: in vna Vmbratienſi. 25. Februarij. 1606. in vna Impolignanenſi, 21. Maij. 1618. & in vna Torpienſi 8. Februarij. 1631. & Tabalienſi 12. Februarij. 1633. & Pius V. in ſua conſtitut: incipiente Romanus Pontifex.*

CONCLVSIO III.

Defunctorum Corpora, quæ in Regularium Eccleſijs ſepeliuntur, & manent in Eccleſiæ parochiali interim, quouſque tumulentur: nihil eſt præſtandum Eccleſiæ parochiali, niſi parochialibus iuribus exceptis. 6

Ità decretauit Sacra Rituum Congreg: in vna Placentina, 23. Martij, 1619. quòd idem ſic diffiniuit Rota Romana. 7

CONCLVSIO IV.

Ad Regulares ſpectat per quam viam funus incedere debet, declarare, quandò ad eorum Eccleſias defunctorum Corpora ſepelienda deferuntur. 8

Sic Sacra Congregat: Epiſco: & Regular: declarauit, die 22. Aprilis, 1588. in vna Bituntina. 9

Doctorum Allegationes.

Docent hanc noſtram Theſem Lauerius. tom. 1. variar: lucubrat: tit. 2. cap. 9. nu. 116. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura, quoad Regulares, num. 18. & abſolutè, circa praxim vniuſcuiuſque loci ſtandum eſt. 10

CONCLVSIO V.

Regulares minimè decet defuncti Corpus, quandò eſt in eorum Eccleſia ſepeliendum, in domo, aut alibi benedicere, nèc officium aliquod ſuper ipſum agere; quouſque non eſt intus Eccleſiam eorum, ſed hæc omnia ad eius parochum ſpectant; tantum per viam preces ſunt dicendæ pro illius anima à Regularibus. 11

Ità declarauit Sacra Concilij Congreg: in vna Squillacienſi die 18. Nouembris, 1608. & in vna Catanenſi Ciuitatis Platiæ, die 12. Octobris, 1619. 12

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO VI.

13 Ad Regularium Eccleſias, cum fuerit Corpus defuncti delatum ad humandum, ſtatim Parochus antequam Eccleſiam intret, ſtolam deponere tenetur de iure, & neque officium aliquod ſuper illud de iure peragere valet iuxtà in Superioribus tradita.

1 Probatur; Nàm ſtolæ delatio iu-
14 riſdictionem importat; ſed parochi in Regularium Eccleſijs nullam iuriſdictionem habent, nèc exercere queunt, ergo vera concluſio.

2 *Nàm Sacra Rituum Congregatio de-*
15 *clarauit in vna Eugubina. 12. Martij, 1622. non per Parochos, ſeù alios presbyteros Sæculares, ſed per eoſdem met Regulares Officium fieri debet, quandò defunctorum Corpora in Eccleſijs Regularium ſepeliuntur, quod id declarauit eadem Congreg: die 5. Iulij. 1614. & in vna Placentina, & Licienſi, 13. Martij, 1619. & Catanenſi Ciuitatis Platiæ, 12. Octobris, 1616. & in vna Sulmonenſi, 8. Augusti, 1629. & in vna Adrianenſi, 12. Februarij, & 2. Martij, 1629. & die 15. Iulij, 1631. ad relationem Cardinalis S. Georgij, Sacra Congregat: reſpondit: Immemorabilem, per Capitulum Andrienſe, pratenſam, non eſſe probatam; & officium ſuper cadaueribus in Eccleſia Sanctæ Mariæ veteris, Ordinis Fratrum Minorum de obſeruantia, ad ipſos ſpectare, non obſtante quacumque conſuetudine immemorabili allegata.*

Doctorum Allegationes.

Auctores ſunt harum duarum aſſertio-
16 *num Barboſa, in collectan. Bullar: verb. Defunctus, Cadauer, Parochus, & Regularis, & cap. 26. num. 81. & 82. de officio parochi, Peyrinus, tom. 1. de priuileg: minimor: conſtit. 2. Iulij 2. §. 22. nu. 17. Alexand: Peregrinus, p. 2. in com. pend: ſuor: priuilegior: tit: ſepulturæ, in ſcholio §. 3. Lezana, tom. 2. cap. 1. num. 47. & tom. 3. verb. defunctus, num. 7. & tom. 1. ſimiliter, cap. 12. num. 38. & alij.*

Eadem inſupèr Sacra Congeg: Epiſc: & 17
Regular: idem reſcripſit Abbati Montis Caſini, & Epiſco: Caſtellentenſi, die 3. Ianuarij, 1594. Tamburinus, tom. 1. de iure Abbat: diſp. 15. q. 17. num. 21. Mordicus defendit, non eſſe ſtolam à Parocho deferendam in Regular: Ecclesijs; Item in vna Turritana, 24. Nouembris, 1617. & in vna Camerinenſi, 21. Martij, 1642. & idem eſt dicendum de Canonicis, &c. de qua re videatur ſuprà diſp. 3. contra prima, & 2. per totum.

CONTROVERSIA XIII.

AN Regularium numerus, in defunctorum aſſociatione, ad eorum Eccleſias, ſit à parochis, vel ab ipſis Hæredibus defuncti præficiendus, ſicut etiam Clericorum, quandò videlicèt; defertur ad ſepeliendos. vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Religioſorum Regularium, ac preſ-
biterorum Sæcularium, numerum vo- 1
care ad funus aſſociandum, quandò defunctorum Corpora ſunt in Eccleſijs Regularium tumulanda; dumtaxàt ad hæredes ſpectat, quòd eis benè viſum fuerit, & nullatenùs ad parochos, non obſtante ſuper hoc, quocumque illorum pretextu.

Ità decretauit Sacra Epiſco: & Regu-
lar: Congreg: in vna Caſſanenſi, die 5. 2
Maij, 1617. & Sacra Rituum Congreg:

in vna Landenſi, 20. *Auguſti*, 1601. *& Epiſco: & Regular: Congreg: in vna Camerinenſi*, 21. *Martij*, 1642.

Doctorum Allegationes.

3 *Autumant hanc Theſim noſtram Barboſa, in collectan. Bullar: defunct: & verb: Regularis, quoad ſepulturam, & de offic: parochi, cap.* 26. *num.* 57. *Lezana, tom.* 4. *verb: ſepultura quoad Regulares, num:* 18. *& nos ſuprà diſp:* 3. *contro: prima, num:* 11.

CONCLVSIO II.

4 In Regularibus Eccleſijs, quandò defunctorum Corpora ſunt ſepelienda, Parochus non valet hæredes defuncti obligare ad eleęmoſinam recipiendam, nèc etiam Regulares ipſi, eidem ad aliquid aliud, vltrà quartam funeralem tenentur ſoluere.

5 *Ità declarauit Sacra Epiſco: & Regular: Congreg: in vna Materanenſi, die* 21. *Martij*, 1642. *Nàm hoc eſſet virtualis coactio ad ſepulturam eligendam in Eccleſia parochiali; quòd eſt totaliter interdictum. de qua re Nos ſuprà diximus, diſp.* 3. *Contro:* 2. *per totum* Et tenent concluſionem hanc noſtram omnes nuper allegati Doctores num: 3. cum alijs nominandis.

CONCLVSIO III.

6 In Regularium Eccleſijs ſepulturæ electio à Parocho nullo pacto impediri poteſt, alioquin eſſet contrà ſepulturæ libertatem agere, & excommunicatus manet ipſo iure, *per cap:* 1. *de ſepultur: in* 6.

7 *Ità Sacra, etiam, Epiſco: & Regular: Congreg: declarauit die* 8. *Maij*, 1643. *& inſuper parentibus licere in quauis Eccleſia, etiam Regularium, ſuos filios minores, qui ad annos pubertatis non peruenerunt, ſepelire, nec à Parochis impediri poſſe.*

Quòd proindè, ab eadem Sacra Congregat: anteà, 1641. *die* 22. *Februarij ordinatum fuit, vt Epiſcopus Placentinus faceret reſtitui à quodam ſuo Curato Diœceſis, Patribus Minoribus Cadauer cuiuſdam puellæ, cui pater ipſius ſepulturam elegerat in Eccleſia ipſorum Minorum, cum omnibus funeris eleæmoſinis.* 8

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc noſtram Theſim communitèr Canoniſta, & in ſpecie Portellus, tom: 2. *reſponſ: moral: caſ:* 63. *Peyrinus, in addict: decret:* 7. *in fine operis, Hieronym: Rodriquez, in compend: qq. regular: reſolut:* 128. *Riccius, p.* 4. *reſolut:* 293. *Barboſa, de iure Eccleſiaſt: lib.* 2. *cap.* 10. *num:* 21. *Lezana, tom:* 4. *verb. ſepultura quò ad Regulares, & alij. Sacra Rituum Congreg: in vna Ciuitatis Caſtellana, die* 12. *Decembris*, 1620. *& Epiſco: & Regular: Congreg:* 21. *Octobris*, 1616. *ſic declarauit.* 9

CONCLVSIO IIII.

Regulares à Parochis haud impediri poſſunt, nec prohiberi; defunctorum Corpora aſſociare, nèc ſimilitèr Parochi cogere queunt defunctorum hæredes, Miſſas celebrari facere in ſuis parochialibus Eccleſijs. 10

Nàm hoc eſt agere contrà ſepulturæ libertatem, *vt declarauit Sacra Congreg: & ab Vrbano Papa* VIII. *fuit confirmatum die* 15. *Iunij*, 1633 *in forma Breuis, & horum omnium antea fuit ordinatum à Sixto IV. in ſua conſtitutione exordiente, Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, condita in fauorem Fratrum Prædicator: & eſt regeſtrata authenticè in tomo priuilegiorum huius ordinis, in qua, hæc ad rem habentur.* Nèc 11

Digitized by Google

Nèc cogantur inuiti, etiam prætextu, cuiuſcumque conſuetudinis, ipſi, vel defunctorum Conſanguinei, illa ad Parochiales Eccleſias, aut alia loca deferre, & cum illis, vel ſine inibi celebrare, vel celerbari facere prò eiſdem defunctis aliqua diuina officia ante, vel poſt ſepulturam eorumdem. hac ibi.

Doctorum Allegationes.

12 *Amplexeres huius noſtræ Theſis ſunt Peyrinus, tom: de priuileg: Minimor: cap.* 12. *conſtit:* 30. *Vrbani* VIII. *Lezana, tom.* 4. *verb. ſepultura quòad Regulares, num:* 13. *& alij nominandi.*

CONCLVSIO V.

13 In Regularium Eccleſijs quandò corpora defunctorum ſepeliuntur, nullo pacto Parochis licet, vltrà quartam funeralem, recipere vnum ſcutum ab illis, qui ſepulturam in eorum Eccleſijs Regularium elegerunt.

14 *Sic Sacra Epiſco: & Regular. Congreg: declarauit, die* 18. *Auguſti.* 1641. *& anteà Vrbanus* VIII. *ſtatuit in forma Breuis.* 11. *Martij,* 1638. locorum ordinarijs committens, vt prouideant, ac decernant, nè Parochi plus percipere poſſint in ſepulturis, quæ fiunt in Eccleſijs Regularium, quàm in eis, quę fiunt in proprijs, ſeù aliorum Clericorum Eccleſijs.

Doctorum Allegationes.

15 *Aſſerunt hanc noſtram Theſem Laurentius Peyrinus, in addict: conſtit:* 20. *tom:* 3. *priuilegio: Minimor: Lezana, tom.* 4. *verb. ſepultura, quòad Regulares, nu:* 5. *cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO VI.

16 In Regularium Eccleſijs quandò defunctorum Corpora ſunt tumulanda, & prius Parochus ea ſpoliat, in pœnam huius facinoris, perdit ius, quòd habet, & quartam funeralem, & tenetur in integrum reſtituere cum Corpore, quidquid accepit.

17 *Ità Sacra Epiſco: & Regular: Congreg: declarauit die* 30. *Martij,* 1643. *qua iuſſit Parocho cuidam, vt reſtitueret ceram, quam abſtulerat, cum quidam defunctus ſepeliendus deferretur ad Eccleſiam Regularem.*

Doctorum Allegationes.

Suſtinent aſſertionem hanc noſtram, Oldradus, conſil. 224. *Syluest. verb. ſepultura, num.* 11. *Hoſtienſis, in cap. cum liberum, de ſepultur: Rodriquez, tom.* 3. *qq. regular: q.* 61. *art.* 3. *eius nepos, Hieronym: reſolut:* 18. *num:* 14. *Barboſa, de offic: paroch: cap.* 26. *num:* 27. *Portelius, de dub: regular: verb: cano: portio, num.* 6. *Lauorius, tom.* 1. *variar: lucubrat: tit.* 2. *cap.* 11. *num:* 8. *Mancinus, dub.* 2. *fol:* 495. *in ſua praxi viſit: infirm: Gauantus, in manual: Epiſc: verb. ſepultura, num:* 2. *Lezana, tom:* 4. *verb: ſepultura quòad regulares, num.* 10. *& alij.* 18

CONCLVSIO VII.

In Regularium Eccleſijs, nèc Parochi, nèc alij Sæculares presbyteri, aut Canonici, & Clerici valent abſque conſenſu Superiorum locorum Regularium nèc in Cœmeterijs ſuis ſepelire defunctorum cadauera, Miſſas celebrare ſolemnes, officia recitare, aut exequias prò illorum Animabus, cum ad huiuſmodi loca Regularium deferuntur, celebrare, & alia peragere. 19

Ità Sacra Epiſco: Regular: requiſita an Rectores Parochialium Eccleſiarum loci de Baraxas habeant, aut prætendere poſſint ius ſepeliendi Cadauera defunctorum, in 20

Eccleſia Conuentus Conceptionis dicti , abſque deſuper licentia Superioris Conuentus. Reſpondit Sacra Congregat: non licere Curatis ſepelire Cadauera defunctorum, nèc officia facere in Eccleſijs Regularium , non obſtante contraria conſuetudine . videantur cætera de re iſta , deciſa à Sacra Congregatione ; diſp. 3. Contro: 1. per totum ſuprà .

Probatur ratione concluſio ; quia
21 Eccleſiæ Regulares ſunt exemptæ à locorum Ordinarijs , & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ , & proindè nullum ius exercendi aliquid Parochi habent ſine venia Superiorum locorum . Et de veritate huius aſſertionis , adſunt priuilegia *Clementis* I*V. & Sixti* I*V. & cæterorum Summorum Pontificum .*

Doctorum Allegationes .

Aſtruunt aſſertionem noſtram Caſſaru-
22 *bius in compend: priuilegior: Mendicant: verb: ſepelitio , & ſepultura , num.* 1. 3. 4. 8. *Rodriquez , tom.* 3. *qq. regular: q.* 85. *art.* 10. *Peyrinus in addict. tom.* 3. *de priuileg: Minimor: in fine , decret:* 9. *Lezana tom:* 4. *verb: ſepultura , quòd Regulares , num:* 12. *& alij .*

CONCLVSIO VIII.

Regulares nequeunt de iure exhu-
23 mare Cadauera perpetuò ſepulturæ tradita in ſuis Eccleſijs, abſque D.Epiſcopi licentia, eo fine, vt à Curia Sæculari Cadauer recognoſcatur .

24 *Ità namque Sacra Epiſco: & Regular: Congreg. die* 11. *Septembris.* 1643. *Epiſcopo Placentino ordinauit , vt quoſdam reprehenderet Regulares , qui permiſerant exhumari Cadauer defuncti cuiuſdam , vt à curia Sæculari recognoſceretur , abſque D. Epiſcopi conſenſu .*

CONTROVERSIA XIIII.

AN Regulares de iure Communi , pleno iure , liberè , ac licitè , è domo , aut ab Eccleſia Parochiali inconſultis Parochis , Cadauer ſumere , & ad ſuas Eccleſias transferre valeant , quandò ſcilicèt , in ſuis Eccleſijs tumulanda ſunt .

CONCLVSIO I.

Regulares omnes de iure communi,
pleno iure , liberè , ac licitè , è do- 1
mo , aut ab Eccleſia Parochiali, inconſultis ipſimet Parochis , Cadauera ſepelienda in ſuis Eccleſijs , valent ſumere , & ad ipſas ſuas Eccleſias protare .

1 Probatur , *ex iure communi Bene-* 2
dicti 11. *in extrauaganti inter cunctas , de priuileg: in* 6. *vbi* hæc habentur in fauorem Patrum Prædicat: condita .

Iubemus , vt Corpora Defunctorum , apud eorumdem Fratrum loca elegerint , dum ſepulturam , proceſſionalitèr cum Cruce , turribulo , & aqua benedicta , cantando , ſeù legendo officium mortuorum , vel pſalmos , & alienas ingredientes Parochias , poſſint aſſumere , & ad ſuas Eccleſias deferre , tumulanda .

2 *Ex cap. ſuper Cathedram , tit: de* 3
ſepultur: in 6. *quòd eſt D. Bonifatij VIII. & ex cap. dudum , de ſepultur: in* 6. *in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. condito , vbi hæc habentur in fauorem Fratrum Prædicator: ac Minorum , huiuſmodi decreta condita . Huiuſmodi quoque ſtatuto , & ordinationibus noſtris adijcimus , vt Fratres dictorum ordinum in Eccleſijs , vel locis , vbilibet conſtitutis , liberam , vt ſequitur , habeant ſepulturam , videlicèt , quòd omnes ad eam recipere valeant , qui ſepeliri elegerint , in locis , & Eccle-*

ſijs

ſijs memoratis. hactenus D. Bonifatius VIII. & Clemens V. & Viennenſe Concilium.

4 3 Ex Bulla Pij V. exordiente, Ad hoc nos Deus, relata per extenſum tota à Confectio, in collecta. Bullar: de priuileg: Mendicant: fol. 168. vbi fol. mihi 171. hæc ad rem habentur. Nec non Fratres ipſi, quæcumque Corpora Defunctorum, qui ſe in eorum Eccleſijs ſepeliri ordinauerint, vel ſi à Defunctorum hæredibus, ſiuè curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipſorum Fratrum Cruce eleuata, etiam ſine dictorum Canonicorum, ac Capitulorum perſonarum, nèc non Curatorum, vel aliorum presbyterorum interuentu, ex ipſorum Defunctorum domibus, leuare, atque accipere, & aſſociare, ac ad ipſorum Fratrum Eccleſias directè deferri, & in eorum Eccleſijs, non tamen tempore Interdicti, ſepeliri facere, ſaluo, dumtaxat, iure Parochiali. Nec Fratres ipſi ad alterius cuiuſuis contrariæ conſuetudinis, vſus, ſiuè moris obſeruationem teneri, vel ſuper præmiſſis à quoquam, quauis auctoritate moleſtari, ſeu perturbari poſſint, vel debeant. hæc ibi. quid clarius dici poteſt?

Vbi Sanctiſſimus Pontifex cum clau-
5 ſulis efficaciſſimis derogat cęteris conſtitutionibus ſuorum Anteceſſorum, tàm in corpore Iuris inſertorum, quàm extrà corpus Iuris; & huiuſmodi Bulla non eſt contra Iura communia, nèc Decreta Trid. Concilij, quod de re iſta non ratiocinatur, ac proindè *Gregorius XIII. ipſam, & aliam eiuſdem Sanctiſſimi Pij V. & ſi mendicant: ordin: authenticare fecit per ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, D. Hieronymum Matthæum, qui poſteà fuit Cardinalis creatus, vbi ad rem noſtram, hæc habentur; & tota ſeries harum litterarum per extenſum à Confectio in ſua collectanea Bullar: priuilegiorum Mendicant fol. 209. refertur.*

4 Et cuicumque Chriſti fidelium, pro tempore defunctorum Cadauera, qui ſe in Eccleſijs dictorum ordinum, ſepeliri ordinauerint, vel ſi ab hæredibus defunctorum, ſeu curam funeralium habentibus, ad id vocati fuerint, Cruce ſui ordinis eleuata, ad domum dictorum defunctorum accedere, & illa exinde auferre, ac ad ipſorum Eccleſias, alicuius Rectoris, ſeu Capituli præſentia, vel interuentu, minimè expectatis, ex ipſorum defunctorum domibus leuare, accipere, & aſſociare, atque ad ipſorum Fratrum Eccleſias directè deferri, & in illis ſepelire facere. hæc ibi. ergo veriſſima eſt noſtra concluſio, quæ modò ratione. 6

5 Probatur. Nàm liberam habere
facultatem funerandi; & ſepeliendi 7
Corpora in Regularium Eccleſijs, ipſos Regulares, importat, & ſignificat, Religioſos poſſe proceſſionalitèr cum Cruce, defuncti domum, aut Eccleſiam Parochialem intrare pleno iure, liberè, ac licitè, & ipſum defunctum accipere, & ad Eccleſiam Regularem deferre; Sed dicta iura, & Bullæ Papales, Regulares pares in hoc faciunt Parochis, qui pleno Iure attollere queunt à ſuis Eccleſijs Cadauera. ergo pari modo ipſi Regulares.

6 Nàm conceſſa ſepultura *liberè* ad-
inſtar Parochorum, eſt etiam conceſ- 8
ſum neceſſariò iter ad funus accipiendum, vel vti in ſimili, conceſſo hauſtu aquæ, eſt iter conceſſum ad id ſumendam aquam. *ff. de ſerui. ruſtic. præd. l. §. pen. & vlt.* & ſic conceſſa ſunt omnia Præparatoria, & neceſſaria ad finem conſequendum, *cap. prudentiam, & cap. præterea, de offic: delegat:* ergo.

7 Dictio; namque *liberè*, excludit
omnem moram, & condictionem, 9
cap. extirpandæ, §. penult. de præbendis, & cap. ſi beneficia, de præbend: in 6. & de offic: Ordinarij, §. quòd ſi fortè, in 6. & ibi Ioan. Andræ, & Archid: de homicid:

pro huma: in 6. ergo vera concluſio, quià ſi Parochus obſtaret ipſis Religioſis non ferendi Cadauer ad ſuas Eccleſias, quandò ipſi volunt, *liberè* non agerent, nèc liberam poteſtatem haberent funerandi, & ſepeliendi, quòd eſt falſum, & contra dicta Iura, & Bullas. ergo vera aſſertio.

8 Dictio enim, *liberè*, ſecundum
10 Doctores multos importat quandam prærogatiuam abſolutam, ſeu dominium ſuper actum, cui adijcitur. *L. procurator, cui libera, ff. de procurat. l. iuſiurandum, quòd ex conuentione, §. final. ff. de iure iurando, & de elect: cap. cum nobis olim, in fine, Barto: in alio, ff. de aliment. & cibar. l. 1. Panormit. in cap. cum liberum, de ſepultur: & in cap. veſtra de locat.* ſed liberum dominium quis non habet ſuper actum, circà quem, cum illum vult exercere, aliqualitèr impeditur. nàm omnis prohibitio, ſiuè temporalis, ſiuè perpetua, libertati contradicit. *l. libertati: ff. de ſtat: hom.* ergo vera concluſio.

9 Si enim dicta Iura communia, &
11 Papales Bullæ recitatæ impediri poſſent à Parocho, vt Religioſi non poſſint *liberè* vti iure funerandi, ac ſepeliendi in ſuis Eccleſijs Cadauera, fruſtra eſſent hæc omnia; quia libera ſepultura non eſt, quæ etiam ad modicum tempus impeditur: ſed hoc eſt falſum vt Parochus impedire valeat dicta Iura, & Bullas. ergo eis vti *liberè* valeant. ergo vera concluſio.

10 In contractibus, namque vide-
12 tur tacitè actum, vt conſuetudo loci ſeruetur; *vt in l. quòd ſi nolit, §. quia aſſidua. ff. de adib. edificand.* ergo multò magis eſt de rigore ſeruandum, ac manutenendum in poſſeſſione dictorum iurium. & Bullarum, Regulares liberam facultatem funerandi, ac ſepeliendi habere, proceſſionaliter cum Cruce, inconſultis parochis Cadauera deferri, & in ſuis Eccleſijs ſepeliri facere.

11 De quidditate, & eſſentia huius dictionis *liberè*, etenim eſt, vt non 13
exigatur conſenſus alicuius; nàm aliàs, agere *liberè*, minimè diceretur; vt benè cauetur, *in cap. de multa; de prabend. & in cap. licèt Epiſco: de prabend: in 6.* ſed præfata Iura, & Bullæ neceſſariò aliquid operari debent; ſed dum à Parocho impediri poſſet Religioſis ius *liberè* funerandi, & ſepeliendi, nihil operarentur, quod non eſt aſſerendum. de qua dictione multa iterum erunt dicenda. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Docent noſtram concluſionem Oldradus conſil: 23. & 25. num: 13. & 14. & Mor- 14
dicus eam defendit; Geminian: in cap. animarum, de conſtitut: in 6. Cardinalis, & Ioan: de Lignano, in d. Clementina dudum de ſepultur: in 6. Syluestr: verb. ſepultura, §. 4. & verb: Cano: portio, num: 15. Tabiena, verb. ſepultura, num: 3. Armilla num. 4. ibid: Angelus, num. 4. ibi, Panormit: in cap. noſtra, de ſepultur: vbi aſtruit, quòd priuilegiati poſſunt ſepeliendorum corpora de Parochia, vbi iacent, capere, & ſic non tenentur recipere de manibus Curati, vel ad ipſius mandatum; Gloſſa, in relata iura, Ancharanus, conſil: 56. & in Clement: dudum, de ſepultur: in 6. §. huiuſmodi, num: 28. & in cap. cum liberum, num: 4. de ſepultur: Medices, de ſepultu. qu. 7. p. 2. Tamburinus, tom: 1. de Iure Abbat: diſp. 15. q. 17. num. 19. & 20. Rota, deciſ: 333. num: 1. p. 1. diuerſ: Lauorius, tom: 1. variar: Lucubrat. tit. 2. cap: 11. num. 61. Rodriquez, tom. 3. qq: regular: art: 3. ante finem, Abbas, in cap. dudum, de ſepultur: in 6. num: 8. & in cap. minus, de exceſſibus Prælator: Sorbus, de priuilegijs Mendicant: verb: ſepultura,

Con-

Confeſſius, in d. l. item Rota, deciſ: 4. *num:* 11. *&* 19. *p.* 2. *diuerſ: Caputaque deciſ:* 198. *p.* 2. *ac cæteri Canoniſtæ communiter.*

CONCLVSIO II.

15 Præfata Iura communia conceſſa Patribus Prædicatoribus, ac Minoribus, *à Concilio Latteranenſi, ſub Iulio II. inchoato, & ſub Leone X. finito*, minimè ablata fuere, ſed in ſuo vigore, & efficacia permanent, nèc à diuerſis deciſionibus, Sacræ Congregationis Epiſco: & Regular: Rituum, & Concilij, derogata ſunt.

16 1 Probatur ex ipſis met verbis *Concilij Lateranenſis Conſtitutione inchoante, Sacro approbante Concilio, &c. & per extenſum recitatur intèr priuilegia Patrum Prædicator: fol:* 176. vbi hæc habentur. *Parochias autem cum Cruce ad leuanda Corpora, ſeù funera eorum, qui apud Eccleſias, domorum, & locorum eorundem, ſuam elegerint ſepulturam intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante Parochiano presbytero, & tunc ſinè eius, ac Ordinarij præiudicio: Niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſſione, ſuffragetur.*

17 Vbi namque ſunt obſeruanda illa verba, *Niſi eiſdem Fratribus, &c.* in quibus apparet, Concilium non derogare dictis iuribus, ſed manutenere in ſua poſſeſſione pacifica Religioſos, qui antè, & poſt Concilium Latteranenſe vſi fuere dictis iuribus, ſumendi nempè, corpora mortuorum, ex domibus ipſorum, inconſultis Parochis, quòd etiam in multis locis hodie Religioſi hac facultate, & libertate adhuc vtuntur, quòd proinde Sacra Congreg: Decretum ſuper hoc mandauit, & à nobis eſt relatum *diſp.* 3. *contro:* 1. *num:* 14. in quo tamen, minimè derogatur dictis Iuribus, & Papalibus Bullis *Pij V. & Gregorij XIII.* quæ ſunt declarationes ſuper *cap.* 12. *ſeſſ* 25. *Trid: Concil:* factæ *à Pio V.* ſuper hanc materiam de ſepulturis, & authenticatæ poſteà *à Gregorio* XIII. per ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, *D. Hieronym. Matthæum fuerunt.*

2 Nàm dato, & minimè conceſſo, quòd dictum Latteranenſe Concilium reuocaſſet dicta iura, quorum non meminit penitùs; attamen *Pius V.* per ſuam relatam Bullam *Ad hoc nos Deus,* derogat quò ad hoc cum clauſulis ſpecialibus, eius memoriam agens, Concilio Latteranenſi, circà ingreſſum liberum ad domos, vel parochias, facere poſſe pleno Iure Regulares, & ſumere cadauera inconſultis parochis, & ad ſuas Eccleſias deferre. 18

3 Probatur validiſſimè, & efficacitèr, deciſione facta ſuper hanc rem, à Sacra Romana Rota, ſub his verbis per extenſum. 19

REVERENDO PATRI

DOMINO MANZANEDO

Seguntina Iunij Sepeliendi, Mercurij. 5. Iunij. 1613.

Argumentum.

An Regulares ſepelire valeant Cadauera in ſuis Eccleſijs, inconſultis Parochis. 2

DECISIO 84.

Rota cenſuit, vtrique parti dandum eſſe mandatum de manutenendo cumulatiuè, ſed nulli priuatiuè ad alium: mouebatur; quia de poſſeſſione Prioris, & Fratrum Monaſterij 3

Sanctæ Mariæ de Carmelo Diſcalceatorum, ſepeliendi in dicto Monaſterio defunctorum Corpora, conſtat ex Teſtibus, qui licèt deponant de quinque corporibus, per Fratres in ſua Eccleſia ſepultis.

4 Attaman, quia duo erant Corpora fundatorum, dicti Conuentus, prius in Cathedrali ſepulta, & poſteà ad Monaſterium translata. Et aliud erat corpus Petri de Alcazar, quòd circà mediam noctem, & quaſi clandeſtine, fuit ad dictum Conuentum portatum; de iſtis tribus actibus; Domini parum curarunt, ſed tantum de Corporibus Mariæ Algar Vxoris Domini Flores, & Ioannis de Ledeſmo, quæ Corpora apparent ſepulta in dicto Monaſterio abſque aliqua licentia Capituli, ſeu Capellani Maioris, ex quibus veniunt Fratres manutenendi, *ad text. in §. retinendum, inſtitu. de interdict. Capuaque deciſ.* 98. *p.* 2. *Rota, deciſ.* 4. *num.* 11. *&* 19. *p.* 2. *diuerſ.* maximè cum ad hunc effectum, vnicus actus ſufficiat; *cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi Abbas, num.* 23. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ruinus, conſil.* 108. *num.* 9. *lib.* 5. *Puteus deciſ.* 101. *lib.* 1. *& deciſ.* 17. *num.* 1. *&* 2. *inter impreſſas.*

5 Quæ poſſeſſio iuuat ex eo, quòd reperitur titulata in Bulla Clementis VIII. dantis iſtam facultatem dictis Fratribus diſcalceatis ſepeliendi in eorum Eccleſijs, abſque alicuius licentia, & abſque eo, quòd ipſi, nec defunctorum conſanguinei, & Hæredes, prætextu cuiuſuis conſuetudinis cogi valeant ad dicta Corpora deferenda ad Eccleſiam Parochialem, vel alia loca, clauſula *ſublata, & decreto irritanti*; quę derogant poſſeſſioni Capituli, quòad dictos Fratres, & illius manutentionem impediunt. *Sarneſis, in regula de Triennali poſſeſſ. q.* 49. *num.* 3. *Aegidius, deciſ.* 135. *Caſſadorus, ſuper regul. deciſ.* 7. *num.* 3. *Gabriel de clauſulis, concluſ.* 3. *num.* 10. *& tenuit Rota, in vna Cæſaraugustana diſmembrat.* 13. *Martij*, 1607. *coram Iuſto, & in alia Adrianenſi decimarum*, 14. *Decembris*, 1607. *coràm Me*.

Quæ iuuant ex eo, quòd cuilibet licèt ſibi ſepulturam eligere in qualibet Eccleſia, cap. 1. *cap. cum liberum, cap. de vxore, & cap. ſeqq. de ſepultur. & vtrobique Doctores, Rota, deciſ.* 333. *p.* 1. *num.* 1. *inter impreſſas.* 6

Nèc obſtat, cum dicta poſſeſſione, non probari ſcientiam, & patientiam Capituli, ſeu Capellani Maioris, quia vltrà quòd illa non eſt neceſſaria, ſtante dicta Bullà Clementis VIII. viſum fuit, illam ſatis probari ex Teſtibus deponentibus de contradictione facta per Capellanum Maiorem ſepulturæ Dominæ Mariæ de Algar, ex qua extraiudicialiter facta videtur reſultare acquieſcentiam ipſius Capellani Maioris, & Fratrum. l. 1. *§. in operis vbi gloſſa, & Doctores, ff. de non. oper. nunciant: & fuit dictum, in Vlixiponenſi declarationis concordiæ*, 5. *Maij*, 1599. *coram Iuſto.* 7

Quò verò, ad Capellanum Maiorem, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, non controuertitur eſſe in poſſeſſione ſepeliendi in ſua Eccleſia; tamen dictum fuit, hoc procedere cumulatiuè, non verò; priuatiuè ad dictum Monaſterium, & Fratres; cum non probetur Capituli prohibitio; ſeu Capellani, de non ſepeliendo in Monaſterio; cum acquieſcentia Fratrum illius; prout requiritur ad acquirendam poſſeſſionem priuatiuè, quòad alios; ad text. in l. & in Prouinciali, Cod. de ſeruit. vat. Butrius, in cap. ſignificantes, num. 11. *verſ. vel quia, alias de appellat. l. final. de vſu capion. & ibi Doctores, §. plurima, Inſtitu. de rer. diuiſ. vbi omnes tradunt, deciſ.* 13. *num.* 1. *p.* 1. *inter impreſſas: & potius in caſu noſtro, de contraria acquieſcentia Capellani, conſtat* 8

ex

Digitized by Google

ex Teſtibus ſuprà citatis.

9 *Nèc obſtat, probari per Capitulum, quòd Parochiani Eccleſiarum San. Iacobi, & San. Vincentij, nunquam fuerant ſepulti in alijs Eccleſijs ſine licentia Capituli, & Capellani Maioris: cum hac probatio non afficiat Fratres Carmelitanos, circà quos nihil de iſta prohibitione, & acquieſcentia probatur: & vulgare eſt, quòd tantum ſit praſcriptum, quantum poſſeſſum.*

10 *Vltrà quòd, nec dicta poſſeſſio Parochianorum videtur vniformis; cum Teſtibus Fratrum appareat plures fuiſſe ſepultos extra Ciuitatem, & in alijs Eccleſijs, ſine pradicta licentia. vndè nèc venit attendenda, ad tradita, per Bartolum in l. 2. in fine princ. ff ſolut. Matrimo. Aymo, conſil. 96. num. 15. Alexand. conſil. 5. num. 7. lib. 1. Decius, conſil. 8. num. 4. verſ. quia, vt narratur, deciſ. 72. num. 28. p. 2. diuerſ. ex quibus ità fuit reſolutum, &c. Satis Rota Deciſio; qua noſtras aſſertiones dictas corroborat, & autumat, quid de iure ſit dicendum.*

Quid verò, quòad praxim, pro bono pacis, ſit faciendum? ſit in ordine pro Reſponſione.

CONCLVSIO III.

11 Ad omnes rixas, contentiones, iurgia, lites, Controuerſias, & ſcandala remouenda, ac mala omnia, hac tempeſtate, quàmuis Regulares in hoc pares Parochis ſint, atque de iure communi, pleno Iure valeant inconſultis Parochis, corpora defunctorum leuare ex Parochia, aut domo, & ad ſuas Eccleſias deferre ad ſepeliendũ; pro bono, tamen pacis, conſultò agent, ſi requiſito Parocho, & ſua bona gratia, & venia, ipſa capiant, & ad Eccleſias ſuas ſepelienda deferant.

12 *In primis conſtat aſſertio, ex decreto authenticè relato, diſp. 3. contro. 1. num. 14. deindè ex declaratione Sacra Congreg. Rituum, in vna Theleſina, die 18. Auguſt. 1629 & in vna Adrianenſi. 29. Nouembris, 1631. ad primum dubium, & eadem interrogata, ſi Cadauer tolli poſſit ab ipſis Regularibus, & à quibuſcumque non vocato, nèc expectato Parocho, niſi ipſe Parochus aliud permiſerit, vel adeſſe recuſauerit; Reſpondit, non poſſe. Roma 21. Nouembris. 1637. C. Epiſco. Portuenſis, Cardinalis Pius, Caſar Fachinettus Secret. loco † ſigilli.*

Item, eadem Sacra Congregat. in vna Vercellenſi Terra Creſcentini. 26. Februarij, 1611. & in vna Catanienſi Ciuitatis Platia. 26. Octobris. 1619. & hac de cauſa emanarunt huiuſmodi declarationes Sacra Congreg: quià Regulares vtebantur iure ſuo, iuxtà recitata Iura, & Bullas Papales, qua adhuc ſunt in ſuo priſtino ſtatu, cum non ſint ſublata, nèc ablata, per varias declarationes Sacra Congreg. factas; nullam mentionem de eis facientes, ac proindè eis etiam modo, de iure, vti valent, nèc per contrarium vſum ſunt tali iure priuati; & ſi non vtuntur eis in dies, fit ab eis, pro bono pacis, ob quam, multa à Religioſis tolerantur iniuſta, ac patiuntur adſcandala tollenda. 13

Prætereà, refertur aliud Decretum, ſub his verbis. Significatum eſt Sacra Congregationi Sancta Romana Eccleſia Cardinalium, negotijs Epiſco & Regular. Prapoſitorum; Non nullos Fratres, praſertim, ordinis Minorum de obſeruantia; cuiuſdam conſuetudinis pratextu, quam neque antiquitate vallari, neque obſeruantia viridi initi, neque pacifica, & non interrupta poſſeſſione, firmatam eſſe conſtat; contendere ſibi licere, defunctorum funera, proprio eorum Parocho abſente, eoque irrequiſito, efferri, & leuare. Idque haud leues controuerſias, & altercationes, aliquibus in locis, non ſine Populi ſcandalo, & Dei offenſione excitaſſe; ideò volens eadem Sacra Congreg. omnem eiuſmodi, 14

modi diſſenſionem , & ſcandalorum materiam , & occaſionem præcidere , atque in futurum prouidere , vt tam Parochi , quàm Fratres ipſi vnanimi inter ſe voluntate, & ea,qua par eſt charitate vltima,hæc pietatis Chriſtianæ officia defunctis præſtent . declarat , & huius decreti tenore ſtatuit , prædictis Fratribus , ordinis Minorum de obſeruantia , alijſque quibuſuis Regularibus quorumcunque ordinum , & Congregationum , tàm Mendicantium , quàm non Mendicantium exiſtant ; nullo modo licere , etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu . Parochias cum Cruce proceſſionaliter , aut aliàs ad efferenda , & leuanda defunctorum Corpora , ſeù funera , intrare , vel illa leuare , & efferre ; niſi vocato , & expectato proprio defuncti Parocho , eoque ibidem præſenti , ſi tamen ipſe alitèr fieri non conſentiat , & permittat , vel niſi requiſitus venire , expreſsè omninò recuſet : atque ità obſeruari mandat , & diſtrictè præcipit . firmis tamen , & in ſuo robore permanentibus ijs omnibus, quæ ſuper quarta funerum , & canonica portione , alijſque iuribus ad ſepulturam pertinentibus , ac Sacris Canonibus , & Conciliorum Decretis Summorum Pontificum Conſtitutionibus hactenùs ſancita , atque ordinata ſunt , vel aliàs , ex particulari conſuetudine , vel alio iure obſeruantur . Romæ die 13. Ianuarij . 1604. Alexander Cardinalis Florentinus , Hieronymus Aguchius Secretar . loco † ſigilli .

15 In quorum verborum Decreto , ſunt neceſſariò , & omninò adnotanda illa verba , nimirum ; *Firmis tamen , &c.* vſque in finem. nàm Regulares non operantur , in leuandis mortuis ab Eccleſia Parochiali , inconſultis Parochis , *vi alicuius conſuetudinis* , vt totum hoc decretum præſupponit, ſed *vi relatorum Iurium Communium , & Bullarum Pij V. & Gregorij* XIII. *& vi aliorum multorum priuilegiorum , putà Eugenij IV. pro benedictinis , Sixti IV. Clementis IV. & Quinti. Iulij* II. *Leonis X. Clementis VIII. non ſinè conceſſi Carmelitis Diſcalceatis , & aliorum Summorum Pontificum ; qui Regularibus talia indulta conceſſerunt . quibus omnibus non derogat præfatum decretum , ſed vult omnia manere in ſua obſeruantia , & robore. Et ſi modò Sacra ipſa Congreg. informaretur Regulares niti , non in conſuetudine aliqua , ſed in iure communi , & dictis Bullis , & priuilegijs , ad corpora leuanda ab Eccleſia Parochiali , inconſulto Parocho , decretaret dubio procul in fauorem Regularium , qui à dictis Iuribus , & Bullis ſunt pares facti Parochis : quia Regulares pleno iure , habent liberam facultatem , & ius funerandi , & ſepeliendi abſq; Parochi dependentia , à citatis Iuribus , & Bullis , in quorum poſſeſſione perſeuerant pacificè ; quæ non interrumpitur , per interruptam poſſeſſionem , & per non vſum, dictorum Iurium , & Bullarum , hic , & nunc ex vi Indulti Eugenij* IV. *facti Benedictinis , & eſt regiſtratum , in tomo priuilegior. Fratrum Prædicator. fol. 251. incipit , & ſi quaslibet perſonas , &c. vbi hæc ad rem habentur .*

Sepulturam quoque in locis , & Monaſterijs , præfata Congreg. præſentibus , & futuris , liberam eſſe volumus , & eorum deuotioni , & libera voluntati , qui ſe illic ſepeliri deliberauerint ; niſi fortè excommunicati , ſeù interdicti ſint , aut etiam publicè Vſurarij nullus obſiſtat ; ſaluo tamen iure illarum Eccleſiarum , à quibus corpora aſſumuntur . adijcientes etiam , quòd ſi quandòque contigerit , per aliquem , aut plures actus contra huiuſmodi , aut quæcumque alia decreta , priuilegia , indulta , gratias , immunitates , & ordinationes , præfatæ Congregationi conceſſa , aut illorum aliquod à quocumque cuiuſcumque conditionis , dignitatis , gradus , ſeù ſtatus exiſtat , ex negligentia , vel ignorantia præſentium , vel futurorum , quibus hæc conceduntur , aut alia quauis 16

can-

cauſa, propter quam fuerit alitèr attentatum, vel pro tempore obſeruatum ignoranter, vel ſcienter; nullum tamen præiudicium decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, & ordinationibus huiuſmodi, volumus generari, ſed in ſuo vigore, atque robore permanere: non obſtantibus, in Conſtantienſi, & alijs Concilijs, à Falic. recordat. Innocentio IV. Martino V. & alijs Summis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris editis conſtitutionibus, & ordinationibus, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio præſentibus, habenda eſſet, quibus omnibus, quòad præmiſſa, derogamus.

17 *Itaque ex his omnibus, ſequitur, præfatum decretum Sacræ Congregat. minime officere Iuribus cap. ſuper Cathedram, & cap. dudum, de ſepultur. in 6. nèc etiam, declarationibus à Sanctiſſimo Pio V. factis ſuper cap. 13. ſeſſ. 25. Trid. Concil. quæ vt communes leges habentur, & à Gregorio XIII. fuerunt authenticatæ per ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, D. Hieronymum Matthæum, quæ omnia vult ipſa Sacra Congregat. vt ſint in ſuo robore, & obſeruantia, quem admodum legenti, maniſeſtiſſime apparet, per totum. §. firmitatem, & in ſuo robore permanentibus, &c. vſque in finem incluſiuè. nàm dicta Sacra Congregat. ſuum relatum decretum, totum fundauit, ſub prætextu conſuetudinis cuiuſdam; quòd ſanè, Regularium fundamentum ſunt recitata Iura, & Pij V. declarationes, cum ſua authenticatione facta à Gregorio XIII. quæ leges ſunt.*

Doctorum Alle gationes

18 *Præfatas has noſtras Theſes, cum ſuis annexis, ſequuntur Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 58. art. 3. ad finem, eius nepos Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut. 109. num. 7. Sylueſt. verb. cano. portio, num. 15 in fine, Villalobos, p. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 5. num. 3. Barboſa, de officio parochi, num. 66. & 67. & in collectanea Bullar. verb. Cadauera, Peyrin. tom. 1. priuilegior. Minimor. conſtitu. 26. Leonis X. §. 16. num. 20. Quaranta in ſumm. Bullarij. verb. priuilegia regular. Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 3. num. 207. & cap. 11. num. 73. & 74. Lezana, tom. 2. cap. 1. num. 31. ad finem, & alij nominandi.*

CONCLVSIO IV.

19 Parochus requiſitus ad ſuum Parochianum defunctum aſſociandum ad Eccleſiam Regularium, in qua ſepulturam elegit, ſi venire recuſet, aut venire non valeat, ſiue nolit, eſſe non debet difficilis ad licentiam præſtandam; aliàs Regulares vti debent iure ſuo, iuxtà dicta; ac multò magis, ſi veniam deneget.

20 *Ità declarauit Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. in vna Brixienſi, die 18. Iunij, 1591. & in vna Nicotorienſi, die 5. Iunij, 1615. & alia recitandæ.*

Doctorum Allegationes.

21 *Tradunt hanc noſtram aſſertionem Vgolinus, de poteſt. Epiſco. cap. 17. num. 1. Lauorius, cap. 3. num. 208. tit. 2. vbi ſuprà, Aldanus, in compend. Canonic. reſolut. dub. 2. num. 23. Mancinus, dub. 1. facie. 489. in ſua praxi viſit. infirm. & alij dicendi.*

CON-

CONTROVERSIA XV.

AN Regulares valeant omnia Sacramenta miniſtrare, tàm in Eccleſia, quàm in ſuis Monaſterijs, omnibus Chriſti fidelibus infirmis, & his, ex hac vita decedentibus, abſque ſepulturæ electione, ſepelire in ſuis Eccleſijs, Parochis inconſultis, pleno iure, licitè, ac liberè queant.

EXPLICATIONES.

Huius Controuerſiæ origo, radix,
1 cauſa potiſſima, & vnicum motiuum
efficax mihi fuit, hos duos tractatus
de ſepulturis componere, ob Dòmini
Caroli, de Ricaſolis Florentini patritij, obitum ſequutum, in Patrum Societatis Ieſu Collegio, menſe Septembris, *1646.* qui ęgrotus, ex quodam ſuo Caſtello venit ad horum Patrum Collegium Senarum; poſt non multos dies, ex hoc mundi ærgaſtulo ad aliam migrauit vitam, abſque ſepulturæ electione, priùs omnibus receptis Sacramentis ab ipſis Patribus. Tandem in eorum Eccleſia honorificè tumulatus fuit. Cuius cauſa, ortæ ſtatim fuere Controuerſię magnæ; inter Parochum, & ipſos Patres, quorum Collegium eſt ædificatum, in huius Curati parochia; Et interogatus de huiuſmodi Controuerſia, quid ſentirem, pronunciaui ſtatim paucis verbis, quæ nunc prolixè traditurus ſum; & quæ tunc conſului, actum fuit, vt legenti manifeſtum erit.

Quæ, ſanè Controuerſia eſt admo-
2 dum plauſibilis, famoſa, ac ſcitu digna, noſtra hac tempeſtate, ob multos caſus ſequutos; tùm Senis, tùm Florentiæ, tùm alibi, vt audiui; & ob multorum neſcientiam huius materiæ de ſepulturis, effectus ſunt mali ſequuti: quarè in poſterùm, nè in ſimilibus caſibus, alij malij effectus ſequantur, placuit copiosè tùm hanc materiam de ſepulturis, tùm hanc Controuerſiam diffusè, & amplè pertractare, & de illa copiosè ratiocinari, vt ſic, quid in praxi ſit operandum, conſuletur, ad lites, & controuerſiàs componendas, & reſoluendas.

CONCLVSIO I.

Regulares indubitanter, pleno iu- 3
re, *licitè*, ac *liberè* omnibus Chriſti fidelibus, de quocumque venientibus, quomodolibet, tàm ad Eccleſias, quàm ab cætera ſua loca exempta proficiſcentes; parochis, & locorum ordinarijs penitùs inconſultis, ſacramentum Euchariſtiæ, etiam in die Paſchatis adminiſtrare valent, pro ſatisfaciendo, etiam, præcepto annuæ communionis.

1 Probàtur, *ex Indulto Nicolai V.* 4
qui Religioſis Beatæ Mariæ de Guardalupæ, anno, D. 1468. *die* 28. *Septembris, ſui Papatus, anno* 4. *conceſſit, vt licitè, ac liberè liceat omnibus Chriſti fidelibus, de illorum manu, ac in eorum Eccleſia, ſacratiſſima communione, die Paſchæ refici, abſque Epiſcopi, aut Parochi venia.*

2 *Ex conceſſione Pauli* III. *facta eidem Monaſterio, B. Mariæ de Guardalupe,*
quòd poſtea fuit cæteris Regularibus exten- 5
ſum, per priuilegiorum communicationem à Pio IV. & à Pio V. cuius conceſſionis tenor eſt talis.

Antonius Cardinalis, &c. Pænitentia-
rius Pauli III. *Maior.* 13. *Kalendas Fe-* 6
bruarij 1540. *de eiuſdem Pontificis ſpeciali mandato, viuæ vocis oraculo ſuper hoc ei facto authoritate Pontificis, indulſit, & conceſſit, quòd omnes Fratres presbyteri,*

Digitized by Google

ri, prædicti Monaſterij, B. Mariæ de Guardalupe, tàm intrà, quàm extra illud, in Capellis, Oratorijs, Grangijs, & alijs locis eiuſdem Monaſterij, non contradicente Priore, aut eius Vicario, in abſentia, aut Sede vacante, poſſint adminiſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, etiam in die Paſchatis ſubditis eiuſdem Monaſterij: vel ab eo dependentibus, & alijs, illo conſentibus, vtriuſque ſexus; Diœceſanorum locorum Curatorum, aut Rectorum, ad hoc licentia minimè requiſita, & ſic præcepto Eccleſiæ ſatisfaciant; non obſtantibus in contrarium quibuſcumque, &c.

6 Quæ indulta habentur in compendio priuilegior. authenticè huius ordinis D. Hieronym., §. 2. & 6. in Hyſpania, & in Bullario Emanuelis Rodriquez, Sorbi, Caſſarubij, & cæterorum Compilatorum priuilegiorum Regularium.

7 Quale ſanè oraculum Cardinalis Antonij Pœnitentiarij Maioris Pauli III. minimè ſublatum fuit à Papa Gregorio XV. ſua Bulla incipiente, Romanus Pontifex, edita die 2. Iulij. 1622. tom. 4. Bullarij regiſtrata, fol. mihi. 132. vbi §. 2. hæc ad rem habentur.

8 Firmis, tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis, & alijs conceſſionibus prædictis, viuæ vocis oraculo. S. R. E. Cardinalibus, ad ipſorum, vel aliorum quorumcunque fauorem, propria. S. R. E. Cardinalium manu firmatis, prò ipſis, vel alijs factis, & de quibus ijdem. S. R. E. Cardinales teſtimonium inſcriptis præbuerunt. hæc ibi. Bulla autem Vrbani VIII. Exordiens. Commiſſi Nobis. edita, die 5. Maij, 1629. tom. 4. Bullarij regiſtrata, fol. mihi. 429. cum non tractet de ijs oraculis, ſed de quibuſdam clauſulis interdictis in patentibus, ac litteris, prò iter facientibus ad Indias, à Regularibus; proindè, nihil ad nos. Immo. Vrbanus VIII. anno D. 1624. die 19. Aprilis, omnia viua vocis oracula Regularibus conceſſa reualidauit, & confirmauit Religioſis Societatis Ieſu; idque confirmauit abſolutè, abſque vlla clauſula excluſiua cæterar. Religionum. de hoc ſcripto ſuo teſtimonium perhibuerunt quidam Pater Prouincialis, & alius Pater grauis eiuſdem Societatis, quorum teſtimonia, manu propria ſubſcripta ego vidi. vnde non poteſt eſſe dubium, quòd cæteri communicantes in priuilegijs cum Patribus eiuſdem Societatis Ieſu, gaudeant priuilegijs ſibi conceſſis per viua vocis oraculum. Ità ſcribit Portellus, p. 3. caſ. 52. reſponſ. moral. per extenſum.

Hinc clariſſimè apparet omnibus,
non nullorum curam animarum haben- 9
tium, qui oretenùs, & inſcriptis, ſententiam dicere, ac pronunciare auſi ſunt; oracula omnia à diuerſis Summis Pontificibus ſublata eſſe, cum non viderint eorumdem Bullas, ſed de auditu à vulgo loqui, quòd proindè prudentiſſimè dixit Celſus Iuriſconſultus, in l. in ciuilibus, ff. de legibus: In ciuile eſſet, iudicare de lege, niſi ea tota perſpecta. & hinc ad rem dixit D. Paulus 1. ad Thimoth. cap. 1. verſ. 7. Volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant. Cæterùm Lectorem mittimus ad videndum cætera de oraculis, ad præludium 3. & 4. in huius operis apparatu, vbi diffusè diſſeruimus de huiuſmodi oraculis.

3 Probatur concluſio, ex priuilegio 10
Iulij Papæ II. ordinis Minimorum conceſſo, ſua Bulla incipiente, Dum ad ſacrum Ordinem Minimorum, &c. vbi §. 37. hæc habentur. Et quòd Fratres ipſi Minimi, in eorum Eccleſijs conſtructis, & conſtruendis, curialibus, mercatoribus, Peregrinis, ac tranſeuntibus, & alijs quibus vis perſonis, Euchariſtiæ Sacramentum, quoties opus fuerit, miniſtrare, ac miniſtrari facere, &c.

In

11 In quibus verbis, ſunt rimanda illa verba, nimirum, *Quoties opus fuerit*, quæ ab eodem Summo Pontifice, poſt initium ſuæ Bullæ, ſic ipſe rectè declarat dicens: *Quoties deuotio ingrueret, & neceſſitas poſtularet, etiam abſque quacumque Superiorum licentia miniſtrandi, &c.*

12 Nomine verò Eccleſiarum, non dumtaxat Eccleſiæ ipſæ intelliguntur, ſed Clauſtra quoque vt optimè notat *Abbas, & Gloſſa edocet, verb. Monaſterij, & habetur cap. Abbati, §. hac noſtra, diſp. 14. & cap. Alma mater, de ſent. excommunic. in 6. & ibi gloſſa, verb. vt diximus, Monaſterij, & tale indultum ſtat authenticè regiſtratum tom. priuilegio. ordin. Pricator. fol. mihi. 218.*

13 4 Ex conceſſione facta à *Pio V. Sanctiſſimo Patribus Theatinis, regiſtrata in compend. ſuorum priuilegior. verb communicare, §. 3. vbi hæc ad rem dicuntur.*

Item Mercenarijs, famulis, operarijs, & ſeruis noſtræ Congregat. quos tunc reperiri contigerit, etiam in mortis articulo, & quoties de illo dubitari contigerit, etiam Diæceſanorum locorum, & Sacerdotum Curatorum quorumcumque etiam, in quorum Ciuitatibus, & Diæceſibus, ac Eccleſiarum Parochialium, reſpectiuè, Eccleſiæ, & loca ipſius Congregationis, tunc & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcumque licentia, petendi ſpatium, proptèr repentinam neceſſitatem, Sacramenta Euchariſtiæ, etiam, pro viatico, & extrema vnctionis, miniſtrare, etiam alijs quibuſcumque in caſu neceſſitatis ſuprà dicto, etiam nulla ad hoc, per Nos prædicta nec Nobis conceſſa licentia.

14 5 *Ex Bulla eiuſdem Sanctiſs. Pij V. incipiente* ad Immarceſſibilem. *Et eſt in ordine. 31. regiſtrata in Bullario, tom. 2. fol. mihi. 28. edita idibus Februarij. 1567. vbi §. 17. cum maiori ampliatione hæc habentur ad rem noſtram in fauorem dictorum Patrum Theatinorum.*

Et tàm Præpoſiti, quàm cæteri omnes Clerici, Romæ, Venetijs, Neapoli, ac aliàs, vbicumque eorum degentes, Congregationis huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentis, qui tamen presbyteri fuerint, Euchariſtia, etiam pro Viatico, ac etiam conſtitutus in articulo mortis, ac extremæ vnctionis, cæteris Clericis, ac Fratribus, Congregationis huiuſmodi; ac etiam mercenarijs, famulis, operarijs, & ſeruis eorumdem, Congreg. ac quibuſuis hoſpitibus, etiam Sæcularibus, & extraneis, quos in locis, vel habitationibus, Congregatio: huiuſmodi, tunc reperiri contigerit. etiam, Diæceſanorum locorum, & Sacerdotum Curatorum quorumcumque etiam in quorum Ciuitatibus, & Diæceſibus, ac Eccleſiarum Parochis, reſpectiuè, Eccleſiæ, & loca ipſorum Congregationis, nunc, & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcumque licentia minimè petita, nec obtenta, & in caſu, quo non daretur ſpatium petendi talem licentiam, propter repentinam neceſſitatem, etiam quibuſcumque alijs perſonis, quæ in huiuſmodi neceſſitate intra Eccleſias, Collegia, Domos, & habitationes Congregationis Prædictorum reperiri contigerit, ac extrà illa, alijs quibuſcumque infirmis, etiam in mortis articulo conſtitutis, vbique in caſu neceſſitatis ſupra dicta, etiam nullo ad hoc, per eos petita, nec eis conceſſa licentia, cuiuſuis Sacerdotis Curati, pænitentiæ Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare poſſint. hæc Pius Sanctiſſimus V. in ſua dicta Bulla.

6 *Ex conceſſione Eugenij IV. facta Benedictinis, & regiſtrata authenticè, tomo* 15
priuilegior. Fratrum Prædicator. fol. mihi. 251. quæ exorditur, & ſi quaslibet perſonas. vbi hæc habentur.

Præterea, cum ſæpè contingat ob deuotionem, quam ad Monachos præfata Congregationis non nulla perſona habent ſingularem, ad huiuſmodi Monachos pro earum ſalute animarum recurrere; Nos vo-

len-

Digitized by Google

lentes, earum deuotioni ſatisfacere, quòd liceat dictæ Congregat. Prælatis, ſiuè Monachis deputatis à ſuis Superioribus ad audiendas huiuſmodi perſonarum confeſſiones accedere, illaſque audire, ac perſona ipſa eis confiteri poſſint, abſque alia ſuorum Superiorum licentia.

Nec non eis pœnitentia, & ſatisfactione iniunctis, quoties oportuerit abſoluere ab omnibus, & ſingulis peccatis, præterquàm Sedi Apoſtolicæ dumtaxat ſeruatis; Nèc non à quibuſcumque ſuſpenſionum, excommunicationum, & interdicti, ſententijs, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, quas à iure, vel ab homine latis, ſatisfactione iniuncta, incurriſſe quomodolibet cenſebuntur. Inſuper, & vota omnia permutare, ac in omnibus, & ſingulis caſibus, etiam Ordinarijs, aut per ſynodales, ſeù Prouinciales conſtitutiones reſeruatis, cum eis diſpenſare, præter cenſuras, pœnas, & vota, & caſus, de quibus eſſet meritò Sedes Apoſtolica conſulenda; eiſque ac omnibus, qui ad præfatos Monachos ob deuotionem huiuſmodi recurrerint, Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare valeant; de ſpecialis dono gratia in fauorem obſeruantiæ Regularis, licentiam elargimur. hæc ibi.

16 7 Concluſio noſtra, ratione probatur videlicèt, non eſſe à Trid. Concilio noſtram Theſim reuocatam: quia priuilegia, in quorum reuocatione, certa forma neceſſariò requiritur, non cenſetur reuocata eſſe, ea non ſeruata: quoniam *Gregorius* XIII. Societati Ieſu ſic conceſſit, ac conſequenter cęteris omnibus Regularibus in his priuilegijs communicantibus: vt ſcilicèt, hæc antiquata, imminuta, aut ſublata per Papam numquam cenſeri poſſit, niſi dictæ Societatis Patribus, authoritate eiuſdem Papæ, ea reuocatio iuridicè innotuerit; *vt rectè autumant Marcus Antonius de Amatis, deciſ. 17. Flauius Cherubinus in compendio Bullarum, tom. 2. conſtit. 1. Gregorij XIII. Scholio 2. Stephanus Bauny, in ſua morali Theologia, p. 1. tract. 5. q. 19. Diana, p. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 68. cum alijs nominandis.*

Sed quandò priuilegia vni Religioni ſunt confirmata *ex certa ſcientia, motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis*; ſunt cæteris Religionibus æquè confirmata per communicationem priuilegiorum, quæ inter illas reperitur, & quia etiam priuilegiorum confirmatio, eſt noua gratia, & nouum priuilegium; *vt tradunt Doctores, in materia de legibus, & in ſpecie Suarez, lib. 8. de legibus, cap. 18. num. 8. & 10. Alexand. Peregrinus, in compendio priuileg. Theatinorum, §. 4. in ſcholio, tit. priuilegia, §. 3. Diana, & Bauny, in dicto loco.* ergo ſi Regularibus non fuerit intimata, & inſinuata reuocatio prædictorum priuilegiorum, in ſuo permanent robore. Immò, omnia Regularium priuilegia dicta, ac dicenda, *fuere confirmata à Pio V. Gregorio* XIII. *Sixto V. Clemente* VIII. *& à Paulo V. vt oſtendimus præludio 3. in apparatu Sepulchrali huius noſtri operis*; quò Lectorem mittimus ad videndum. 17

Quapropter; ſi obijciatur in præſentia, quòd non omnes Regulares huiuſmodi priuilegijs vtuntur: dicimus, hoc euenire poſſe, aut quia ea ignorent exiſtere, aut quia neſciunt ſe poſſe illis in praxi vti, ob ipſorum neſcientiam; aut ſi multi ſciant dicta Indulta, ſe poſſe in die Paſchatis eis vti, tamen credunt, hic, & nunc, cum Parochianis locorum minimè eis expedire vti in praxi, ob rixas, & controuerſias, quæ fortaſſe oriri poſſunt, ſi id ipſi Parochi locorum ſcirent, communicare ſuos Parochianos in die Paſchatis, ſine illorum venia; quod de Aduenis, & Peregrinis ſecùs dicendum eſt, quòd abſolutè poſſunt eos communi- 18

municare in die Paſchatis, non eſt penitus dubitandum.

Doctorum Allegationes

19 *Docentes ſunt hanc noſtram Theſim Ioannes de la Crux, de priuileg. lib. 2. cap. 5. dub. 4. concluſ. 3. Rodriquez tom. 1. qq. regular. q. 56. art. 3. Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut.* 127. *num.* 1. *Tamburinus, tom. 2. de Iure Abbat. diſp. 5. q. 3. num. 6. Miranda, tom. 1. manual. prælato. q. 242. art. 2. concluſ. 2. Portellus, de dub. regular. verb. adminiſtratio Sacramenti, num. 6. Compendium priuilegior. Societatis Ieſu, verb. euchariſtia, §. 2. Suarez, tom. 4. de Religio. tract.* 10. *lib. 9. cap. 9. num. 7. Emanuel Sà, verb. Euchariſtia, nu.* 10. *Coninck de ſacram. q. 82. art. 3. nu.* 31. *Fagundez, lib. 3. præcept. 3. cap. 3. num.* 18. *alios citans, Sanchez, tom. 1. de matrimonio, lib. 3. diſp. 7. num. 17. Sorbus, in compendio priuilegior. verb. communicare, Beia, p. 4. reſponſ. moral. caſ. 4. Peyrinus, tom. 1. priuilegior. conſtitu. 1. Iulij 2. num.* 83. *Corduba addict. ad compen. verb. communicare, Nonarius; in lucerna Regular. verb. Euchariſtia, num. 4. Diana, p. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 12. & p. 6. tract. 7. reſolut.* 158. *& p. 5. tract. 3. reſolut.* 12. *Mancinus, in addict. ad 9. pract. de Euchariſt. dub. 17. Lezana, tom. 3. verb. Euchariſt. quiad Regulares, num. 6. Barboſa, de offic. parochi, cap. 20. num. 10. & 11. Caſſarubius, in compend. priuilegio. verb. communicare, num. 13. Medina, lib. 1. Inſtruct. Confeſſor. cap. 11. §. 3. Henriquez, lib. 7. de Euchariſt. num. 1. Baſſeus, in ſumm. morali, verb. communio ſacra, §. an autem Regularis, Cruſers, lect. 6. fol. mihi, 536. Bartholomeus à Sancto ſauſto, lib. 2. Euchariſtia, q. 280. Stephanus Bauny, p. 1. tract. 5. q. 19. ſuæ Theolog. moral. vbi mordicus concluſion. noſtram docet, ac tuetur, Alexander Peregrinus de priuilegijs, verb. communicare, num. 6. Lezana, item, tom. 1. cap. 21. num. 8. & cæteri, de communi ſententia.*

CONCLVSIO II.

Regulares pleno Iure, *licitè*, ac *liberè*, in die Paſchatis Reſurrectionis, ac in mortis articulo valent ſacramenta omnia miniſtrare, & communicare ſuos famulos, ſeruitores, agrorum cultores, & paſtores gregum, Aduenas, Peregrinos, & cæteros omnes ad ſuas Eccleſias confluentes, pro præcepto ſatisfaciendo annuæ confeſſionis, & communionis. 20

In primis conſtat aſſertio ex Trid. Concil. cap. 11. ſeſſ. 24. ex Indultis, Clementis IV. & Sixti IV. pro Benedictinis, & Martini V. vt in monum. ordin. conceſſione. 315. *ex Bulla 1. Innocentij 6. pro Eremitanis, D. Auguſtini, Sixti IIII. pro Carmelitis, ex Bulla 41. Leonis. X. & Innocentij* VIII. *pro Prædicat. ex Bulla Pauli III. pro Societate Ieſu; & habetur in compendio priuilegior. Minorum, verbo familiares, §. 10. & adeſt declaratio Sacræ Congregat. data in lucem, tempore Gregorij XIII.* 21

Probatur præterea ratione; quia nullum fit præiudicium parochis, nec etiam Iniuria à Regularibus adminiſtrantibus Sacram Euchariſtiam, ſuis familiaribus, ſeruitoribus, famulis, famulabus, factoribus, Aduenis, hoſpitibus, peregrinis, & ſimilibus: quia nullo iure cauetur, vt hi omnes in Eccleſia Cathedrali, aut Parochiali in die Paſchatis, pro præcepto ſatisfaciendo, communicent, cum poſſint vbilibet communicare, & confiteri. 22

Do-

Doctorum Allegationes.

23 *Allegantur pro hac Theſe noſtra omnes citati Doctores num. 19. & alij nominandi, de communi ſententia, Caſſarubius, in ſuo compendio priuilegiorum, verb. familiares, ſeù famuli, Fratrum, num. 2. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 67. & tom. 1. q. 55. art. 21. Peyrinus, tom. 1. priuilegior. in conſtitut. Leonis X. num. 4. & conſtitut. 1. Iulij II. §. 55. Suarez, tom. 4. de Religione, tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 11. Portellus, verb. famuli, de dub. regular. num. 1. Lezana, tom. 2. cap. 16. per totum, & alij dicti, & dicendi.*

CONCLVSIO III.

24 Regulares tamen in die Paſchatis, prò bono pacis, ad tollenda ſcandala, rixas, inimicitias, odia, & omnia mala, debent conſultò, ac prudenter ſe abſtinere à communione præſtanda, Curatorum Parochianis locorum.

25 *Sic namque fuit Archiepyſco. Neapolitano, Cardinali Boncompagno reſcriptum: Conqueſti ſunt, coram Sanctiſſimo Domino, Rectores Eccleſiarum Parochialium iſtius Ciuitatis, de Patribus Theatinis, & Societatis Ieſu, quòd aſſerere audent, perſonas Laicas aſſumentes in eorum Oratorijs, ſeù Congregationibus, Euchariſtia ſacramentum die Paſchatis, Eccleſia praecepto ſatisfacere. Cumque minimè ſit permiſſum, ſed fideles ſacram communionem, tempore Paſchali à proprio Parocho, vel ab alio de ipſius Sacerdotis licentia, ſub pæna ſuſpenſionis à diuinis, & alijs ſibi benè viſis, id prohibeat præfatis Religioſis, moneatque ipſos Laicos Sacramentum Euchariſtiæ, vt ſuprà, de manu proprij Parochi teneri ſuſcipere, vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant. Ità igitur prò ſua Paſtorali pietate omninò curabit Eminentia Veſtra, cui me humillimè commendo. Romæ die 20. Martij, 1638. Eminentiæ Veſtræ Reuerendiſs. Humillimus Seruus Cardinalis Veroſpius. quòd ſanè reſcriptum non officit noſtris allegatis ſuprà Indultis, vt legenti manifeſtiſſimè apparet, nèc eam aufert, & conſequentèr manent in ſua vi, ac robore, & efficacia.*

Præterea, dubitatum fuit, an ſtante priuilegio Regularibus conceſſo, vt omni tempore, præterquàm in die Dominicæ Reſurrectionis, poſſit ab eis Euchariſtia ſumi, eo fine, vt ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, de quo in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſione. 26

Sacra Congregat. die 23. Ianuarij 1586. cenſuit negatiuè: quia, d. cap. omnis, ſicut vult, quòd quis proprio Parocho confiteatur; ità à proprio etiam Parocho Euchariſtia ſumatur; quià ſubdit. Niſi fortè de proprij Sacerdotis Conſilio duxerit abſtinendum ab Euchariſtia; ab eodem recipi debet Euchariſtia. eius enim eſt deſtruere, cuius eſt condere. l. vlt. de legibus, Alexand. ibid. num. 13. 27

Et Sacra Concilij Congregat. die 21. Maij. 1601. etiam cenſuit non ſatisfacere præcepto Eccleſiæ eum, qui ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipit antè vel poſt diem Paſchatis, non de manu Parochi, ſed Regularium habentium à Sede Apoſtolica priuilegium miniſtrandi hoc Sacramentum, præterquàm in die Paſchatis: quòd tamen viſum eſt etiam in die Reſurrectionis, poſſe ipſos miniſtrare. 28

CONCLVSIO IV.

Regulares non dumtaxat miniſtrare *licitè*, ac *liberè*, pleno iure valent Euchariſtiam omnibus venientibus ad ſua loca exempta, inconſultis Parochis; ſed etiam eiſdem receptis ad huiuſmodi ſua loca, charitate Dei ad hoſpitium, extremam vnctionem infirmantibus præſtari quæunt pari modo indubitantèr. 29

K In

In primis ſtat certiſſima aſſertio ex Superioribus priuilegijs adductis: deindè probatur.

30 1 *Ex capit. 1. Religioſi, de priuilegijs, in clement. in 6. vbi antè finem habetur. Sanè, Religioſis illis, quibus eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum, vt familiaribus ſuis, domeſticis, aut pauperibus, in hoſpitalibus ſuis degentibus Sacramenta poſſint Eccleſiaſtica adminiſtrare; nullum ex præmiſſis volumus quòad hoc præiudicium generari.* hæc ibi. ſed ſi huiuſmodi Sacramenta Religioſi in ſuis hoſpitalibus vtriuſque ſexus perſonis adminiſtrare queunt. ergo multò magis à fortiori in domibus ſuis, grangijs, & in alijs ſuis exemptis locis, inconſultis Parochis, quibus à Iure pares ſunt Religioſi facti.

31 2 Ex multis priuilegijs etiam conſtat noſtra aſſertio *Ex Alexandri* IV. *conceſſione prò Carmelitis, Martini V. prò Benedictinis, Clementis IV. pro Minoribus,* Iulij II. *& Leonis X. pro Minimis, & ex alijs Papis pro cæteris Regularibus.*

32 3 Nàm *in compendio priuilegiorum Societatis* Ieſu, *verb. extrema vnctio, habetur, poſſe hos Religioſos, ijs, qui intrà ſepta Collegiorum, ſeù domorum infirmati fuerint, tàm Eccleſiaſticam communionem, quàm extremam vnctionem Apoſtolica authoritate, licitè, & liberè inconſultis Parochis adminiſtrare.*

33 4 Regulares etiam valent vi ſuorum priuilegiorum hactenùs recitatorum omnia Sacramenta miniſtrare Aduenis, & hoſpitibus ad ſua loca quomodolibet aduentantibus, quoties videlicèt opus fuerit, ideſt, neceſſitas expoſtulat, quæ non poſtulat, niſi ſemel in anno, & in mortis articulo. ergo.

34 5 *Ex* Indulto *Nicolai Franchi, Legati de Latere in Hiſpania, Sixti* IV. *conceſſo Benedictinis, ſub his verbis. Et ſi qui intrà ſepta Monaſteriorum veſtrorum ipſorum infirmati fuerint, extremam vnctionem dare auctoritate Apoſtolica, cuius legationis officio fugimur in hac parte, tenore præſentium, plenariam, & liberam concedimus facultatem Parochialis presbyteri, vel alterius cuiuſcumque Epiſcopi, vel Superioris licentia, vel aſſenſus nullatenùs requiſitus: ſed priuilegia, & conſtitutiones Legatorum de latere, in omnium Doctorum ſententia, perpetuò exiſtunt, & valent, vt habetur, cap. ſinal. de officio Legati; vbi Gloſſa, verb. ſtatuta, Zerola verb. adicta, num. 53. in ſua praxi.* ergo.

6 *Ex Regula. 13. de regul. iuris, in 6. vbi dicitur. Cui enim licet, quòd eſt plus, licitum eſt quoque quòd eſt minus:* ſed Regularibus ſi licitum eſt Sacramentum pænitentiæ, ac Euchariſtiæ Sęcularibus infirmis extrà proprias domos adminiſtrare. ergo multò magis in ſuis proprijs exemptis locis, vbi locorum Ordinarij, nec Parochi vllam habent Iuriſdictionem. ergo vera concluſio. 35

Minor conſtat certò; quia Regulares extrà propria loca ſua exempta, in domibus Sæcularium vbi ſunt Capellæ, poſſunt celebrare, & communicare, & confiteri ipſos Sæculares, per priuilegia, quæ habent ad hunc finem. ergo.

7 *Conceſſo, namque Maiori, Minus conceſſum vtique eſſe videtur, cap. ex parte, el. 3. de decimis:* ſed maius eſt ſacramentum Euchariſtiæ, quàm Sacramentum extremæ vnctionis, & etiam *dignius ad ſe trahit minus dignum, vt omnes Doctores communiter autumant cum Gloſſa, in cap. quòd in dubijs, de conſecrat. Eccleſ. verb. conſecratam.* ergo vera aſſertio. 36

8 Nàm ſi Regulares non poſſunt hoc Sacramentum extremæ vnctionis 37
hoſpitibus Sęcularibus infirmis manentibus quauis occaſione in ſuis exemptis

tis locis, non eſſet de iure Animabus circà ſalutem neceſſariò prouiſum: nàm cum non poſſent talia Sacramenta pleno iure, *liberè*, ac *licitè*, adminiſtrare inconſultis Parochis, ſæpè ſæpiùs, ac paſſim abſque eis morerentur, & Regulares ſemper negarent Parochis licentiam ingrediendi ad ſua exempta loca, vbi nullam iuriſdictionem habent, nèc vti valent, cum hæc omnia queant ipſi, & ſanè; melius Parochorum ſæcularium; cum etiam in his ſacramentis adminiſtrandis, inſeruiunt ſuis Religioſis; ſed hoc eſt falſum; cum benè à Sede Apoſtolica ſit per multa priuilegia, & à Iure communi prouiſum; videlicèt Regulares omnia ſacramenta in ſuis exemptis locis, omnibus aduentantibus ad illa quomodolibet, Hoſpitibus, & Aduenis adminiſtrare. ergo.

38 9 Nàm Sacerdos quilibet ſiuè Regularis, ſiuè Sæcularis valet hoc Sacramentum extremæ vnctionis miniſtrare ægroto morti proximo in abſentia ipſius met Parochi, vel hoc eo negante: quia proprius Parochus non eſt rationabilitèr inuitus, & credi debere Summum Pontificem ſalutem tunc id velle ne æger moribundus hoc priuetur ſacramento, quòd licèt non ſit de ſalutis neceſſitate, eſt nihiloſecius, valdè vtile, ac eſſe poteſt, vt ab ipſo ſacramento, ægroti ſalus æterna, id eſt, illius virtute, vt moribundus ſuorum remiſſionem peccatorum conſequatur, quemadmodum ſæpiſſimè eſſe poteſt. ergo multò magis, Regulares in ſuis exemptis locis poſſunt tale Sacramentum Aduenis infirmis adminiſtrare, parochis inconſultis.

Doctorum Allegationes.

39 *Docent communitèr hanc noſtram Theſem omnes Scriptores relati, num. 19. & 23. Sotus, in 4. diſt. 23. q. 2. art. 1. Suarez, tom. 4. de ſacram. diſp. 4. ſect. 2. & tom. 4. de Religio. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 52. & 17. Henriquez, in ſumm. cap. 13. §. 4. Granado, in 3. p. D. Thom. de ſacram. Controuerſia 8. tract. vnic. diſp. 8. num. 5. Diana, p. 3. tract. 2. reſolut. 12. & p. 5. tract. 3. reſolut. 82. Præpoſitus, in 3. p. D. Thom. q. vnic. de ſacram. extremæ vnctionis, dub. 6. num. 43. Fernandez, in medulla caſ. conſci. p. 3. cap. 10. §. 1. num. 8. Miranda, tom 1. q. 46. art. 1. verſ. ſed porrò, & q. 49. art. 1. quibus locis, refert priuilegium Eugenij IV. conceſſum Minoribus, vt ipſi valeant hoc Sacramentum adminiſtrare toties, quoties fuerit opus omnibus Secularibus quomodolibet in Religioſis ſuis Conuentibus fuerint, Tamburinus, tom. 2. de iure Abbat. diſp. 7. q. 3. Portellus, de dub. regular. verb. familiares, & famuli, Hieronym. Rodriquez, reſolut. 64. num. 1. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 62. art. 1. & tom. 3. q. 79. art. 1. Ioannes de la Crux, de priuilegijs, lib. 2. cap. 5. dub. 4. Mancinus, pract. 8. dub. 12. & dub. 17. ad nonam pract. in addict. de extrema vnctione, Alexander Peregrinus, p. 1. in compend. priuilegior. verb. communicare, §. 3. Lezana, tom. 2. cap. 14. num. 34. & cap. 16. num. 20. & 21. & tom. 3. verb. extrema vnctio, num. 1. & tom. 1. cap. 21. num. 10. Peyrinus, tom. 1. de priuilegijs, in conſtitu. 1. Iulij. 2. num. 92. Barboſa, de officio parochi, cap. 22. num. 4. vbi refert, Regulares debere retinere in ſuis Eccleſijs oleum ſanctum ad hunc effectum, vt de facto ſemper habent, & hoc etiam ex decreto Sacræ Congregat. Epiſco. & Regular. die 23. Iulij. 1589. & Pius V. in ſua Bulla*, etſi Mendicant. ordinis, *& in alia ſua*. Ad hoc nos Deus, &c. *de nouo dicta priuilegia conceſſit, & confirmauit, &c. & alij nominandi.*

Nàm Monaſteria, & loca exempta 40
omnia Regularium æquiparantur totaliter locis poſitis extrà Diœceſim; vn-

K 2 dè,

dè, quemadmodum Parochus nullum ius, ſicùt, & Diœceſanus haberet in eo, qui decederet ex hac vita, extrà Diœceſim ſuam; ità in eo, qui moritur extrà Diœceſim: & quemadmodum extrà Diœceſim pro Parocho ſe gereret ille, qui ibi curam Animarum habet; ſic in locis exemptis Regularium, Parochiale munus incumbit Superiori, ad quem Animarum cura, loci illius ſpectat. Et proindè miniſtrare facit omnia dicta Sacramenta infirmis ſiuè Regularibus: ſiuè Sæcularibus hoſpitibus, & Aduenis quomodolibet ad ſua loca exempta venientibus, & ibi commorantibus, & infirmantibus.

CONCLVSIO V.

41 In præſentia, nomine *Familiaris*, de quo in Regularium priuilegijs fit mentio, & in ſuperioribus eſt dictum; non dumtaxàt, veniunt famuli, & cæteri, qui in Religioſorum obſequium ſunt; at etiam, omnes Parentes eorumdem, Germani, Cognati, Affines, Conſanguinei, Benefactores, Amici, Religionis Deuoti, qui debitorum cauſa, ad loca exempta concurrunt, Milites, in ſtatione manentes, ideſt, *Aqquarterati*, omnes deuotionis cauſa, & recreationis venientes ad loca religioſa quomodolibet, & ibi commorentur; & hi omnes ſub dictione ſunt Superiorum locorum, maximè quòad Sacramenta eis miniſtranda, & ipſi, ius habent, ea petendi, quoties opus habent, & volunt pro ipſorum animæ ſalute recipere.

42 Nàm huiuſmodi dictio *Familiaris*, cum circà materiam fauorabilem verſemur, ac nemini præiudicialem, nèc odioſa eſt proindè, impræſentiarum eſt extendenda ad omnes perſonas, quæ, quauis occaſione, & cauſa, & quomodolibet ſe ad loca omnia exempta Religioſa transferunt, & conſequenter libertatem habent licitè ſacramenta omnia petere, & recipere quoties volunt, & opus habent pro ſua animæ ſalute.

CONCLVSIO VI.

Qui domicilium habet in Ciuitate, 43
ſeù Terra, vel Caſtro, & quandoque recreationis cauſa, Villam petit, & ibi accidit, vt infirmetur, atque medendi cauſa ad viciniorèm Ciuitatem ſe transferrè facit, ac conſultò ad domum Religioſam vadit, vbi deuotionem habet, & ab ipſis Religioſis humaniſſimè receptus; morbo verò ingraueſcente, reperitur in neceſſitate recipiendi omnia Sacramenta, quibus ab ipſis ſumptis, moritur ſine ſepulturæ electione; hi Religioſi, ſicut benè egerunt, in adminiſtrandis Sacramentis illi, Parocho inconſulto, ſic pari modo optimè faciunt, eum eodem inconſulto, ſepelire in ſua Eccleſia.

1 Probatur; quia quilibet Catholi- 44
cus, ſui compos, liber, ad ſepulturam ſibi eligendam, eſt, vbi vult; *ex cap. licet, de ſepultur. in 6. cap. cum liberum, & cap. 1. de ſepultur. & Gratian. autumat. cap. facultas 15. q. 2. vbi ità ſcribit. Vbi quiſque tumulandus ſit, in voluntate eius conſiſtit.* ſed talis ægrotus ex rure voluntariè ſe transferens ad domum Religioſam, & in neceſſitate conſtitutus ibi omnia recipiendi Sacramenta, ius habuit ab eis petendi, & ipſi ius ei præbendi illa habent, & decedens ſinè expreſſa ſepulturæ electione, de iure eſt tumulandus in ipſorum Religioſorum Eccleſia, quia ab eis omnia Sacramenta recepit. ergo.

2 Nàm mox quis ingreditur loca 45
exempta Religioſorum, ſtatim eſt ſub dictione Superioris loci; & præſertim quòad Sacramenta recipienda, & ad ſepul-

ſepulturam eligendam vbi ſumpſit Sacramenta ab eis. ergo.

Doctorum Allegationes.

46 *Prò his duabus Theſibus, allegantur omnes citati Doctores in ſuperioribus, & infrà allegandi, & Bullæ Papales, authenticè emanata atque authenticata ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ.*

CONCLVSIO VII.

47 Regulares de iure communi, *pleno*
iure liberè, ac licitè valent in ſuis Eccleſijs ſepelire omnes perſonas, quæ quomodolibet ad loca ſua exempta ſe aduentarunt, & mortuæ ſunt ibi, receptis prius ſacramentis, & abſque ſepulturæ electione, inconſultis ipſis locorum Parochis, ſane non eſt in dubium reuocandum.

1 Probatur *ex iure communi cap. ſu-*
48 *per Cathedram, de ſepulturis, in 6. ex cap. inter cunctas, de priuilegijs, in 6. in cap. dudum, de ſepultur. in 6. & cap. 1. extrà de ſepulturis, vbi dicitur.: Patres Prædicatores, ac Minores liberam habeant ſepulturam.* ergo vera concluſio.

2 *Ex Bulla authenticata, & regiſtra-*
49 *ta, in tom. priuilegior. ord. Patrum Prædicatorum fol. mihi* III. *in fauorem condita, eiuſdem ordinis, à Nicolao V. ſub his verbis.*

Nicolaus Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei Memoriam.

Iuſtis, & honeſtis, ſupplicum votis, libenter annuimus, eoque fauoribus proſequimur opportunis. Exhibitas, ſ quidem Nobis, prò parte Dilectorum filiorum, Bartholomei Magiſtri, & Iacobi Procuratoris, Generalium ordinis Prædicatorum: petitio continebat; quòd olim; Magiſtro, Prioribus, & Fratribus dicti ordinis, pro tempore exiſtentibus, à varijs Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, indultum, & conceſſum extitit; quòd ipſi omnibus, & ſingulis perſonis, quæ in eorum obſequijs morarentur, poſſent Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, & illas, cum deceſſerint, in eorum cœmeterijs ſepelire, prout in litteris, indè confectis, quarum tenores præſentibus haberi volumus, prò expreſſis, plenius continetur.

Cum autèm ſicut eadem petitio ſubiun-
gebat, perſepe in diuerſis domibus, ſiuè 50
Conuentibus dicti ordinis contingat non nullos Chriſti fideles ob deuotionis cauſam, infrà ſepta domorum huiuſmodi, & clauſuram cohabitare, quibus dari debent huiuſmodi Sacramenta. Nos, noſtrorum prædeceſſorum, in hac parte veſtigijs inhærentes, ipſorum Magiſtri, & Procuris ſupplicationibus inclinati, Magiſtro, Prioribus, & Fratribus præfatis vbilibet conſtitutis, omnibus, & ſingulis perſonis infrà ſepta, & clauſuram prædictam, pro tempore commorantibus, quoties opus fuerit Sacramenta Eccleſiaſtica, liberè, & licitè, *ſicut illis, qui in eorum ſeruitijs inſiſtunt, miniſtrandi, & eas, poſt earum deceſſum, in eorum cœmeterijs ſepeliendi, Diœceſani loci, aut alterius cuiuſcumque licentia, ſuper hoc minimè requiſita* plenam, & liberam *concedimus, tenore præſentium, authoritate Apoſtolica, facultatem, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus præfati, & aliorum quorumuis ordinum, cæteriſque in contrarium non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ.* 1448. *pridie kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri, anno II.*

3 *Ex Bulla Innocentij VIII. regiſtrata*
vbi ſuprà authenticè, fol. mihi. 186. *ſub his* 51
verbis.

 Di-

Dilectis Filijs, Vicario Generali, & Fratribus Congregat. Lombardię Ordin. Prædicatorum.

Innocentius Papa VIII. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi Nobis feciſtis, quòd in litteris, & priuilegijs per Sedem Apoſtolicam Ordini veſtro conceſſis, intèr alia, expreſsè continetur, quòd Fratres ordinis veſtri omnibus, & ſingulis perſonis eorum obſequijs inſiſtentibus, cuncta Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & illis decedentibus, earumdem perſonarum Cadauera, in eorum Cœmeterijs ſepelire poſſint, prout in eiſdem litteris, & priuilegijs plenius aſſeritis conſtare.

52 *Cùm verò habeatis, quàm plurimos Vobis obſequentes, ad quod huiuſmodi indultum extendi deſideratis, veſtris, in hac parte, Nobis porrectis ſupplicationibus inclinati, litteras, & priuilegia huiuſmodi, ad quaslibet perſonas, etiam Sorores, ſeù Moniales dicti ordinis, ſub cura, & directione veſtra Congregat. degentes, aut aliàs, ipſis Sororibus, aut Monialibus, ſeù Fratribus dictæ Congregat. communiter, vel ſingularibus perſonis obſequia impendentes, etiamſi, eorum agros colant, aut greges paſcant, vel ad longum, aut modicum tempus conducti, aut aliàs Fratrum dictæ Congregationis ſeruitijs occupati ſint, dummodò operas diurnas, non exerceant, tenore præſentium extendimus, ac vobis, & veſtræ Congregationis Fratribus, vt eiſdem Monialibus, Sororibus, & alijs perſonis præfatis, extremæ vnctionis, confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta etiam in Paſchate Reſurrectionis, D.N. Ieſu Chriſti miniſtrare* liberè, *&* licitè *valeatis, Apoſtolica Authoritate concedimus; ac Vos à cenſuris, & pœnis ſi quas huiuſmodi Sacramenta ipſis perſonis miniſtrando, aut eorum Cadauera in veſtris Cœmeterijs ſepeliendo incurrriſſetis, eadem authoritate abſoluimus, & abſolutos fore cenſemus.*

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregat. & Ordinis Prædicatorum iuramento, vel aliter roboratis Statutis, conſuetudinibus cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 23. Octobris. 1487. Pontificatus noſtri anno IIII.

DICTIO LIBERAM ILLVSTATVR.

Quià in dictis iuribus, & Bullis recitatis fit mentio huius dictionis, *liberam*, & *liberè*; placet, eius ſignificationem, pro inſtituto noſtro, immedium afferre ſicùt pari modo, de dictione *licitè*. Nàm Canoniſtæ, dicta Iura expendentes, huiuſmodi dictionem, *liberam*, Ioan. *Franciſcus de Paninis aſtruit importare quamdam abſolutam prærogatiuam, ac dominium per actum, cui adijcitur, cap. cum nobis de elect. in 6. in fine*: & fauet multum etiam, *conſilium Oldradi, quod incipit; Grauamina, quæ Fratribus Ordinis Mendicant. inferuntur, &c.* itaque Patres Dominicani, ac Franciſcani valent ſua ſponte, abſque licentia Parochorum, & Diœceſanorum in ſuis Eccleſijs mortuos ſepelire, *iuxtà textum, cap. 2. de loca. to, & cap. ſtatuimus, de Regular. & cap. cum plures, & ibi Gloſſa, verbo, liberè, de officio delegati in 6. & cap.* 1. *de cenſibus, in 6.* importat itaque poteſtatem, ac dominium independenter, cadauera, in ſuis Eccleſijs tumulandi. 53

DICTIO LICITE EXPENDITVR.

Huiuſmodi enim ditio *licitè*, vt benè *Menochius de arbitr. Iudic. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 31. *cum alijs explicat*; importat pari modo, liberam, ac abſolutam poteſtatem, & dominium, ac facultatem, 54

tatem, tribuit, quam poteſtatem *Nicolaus V. in ſua relata Bulla præſtat Patribus Prædicatoribus ſepeliendi omnes, qui decedunt ex hac vita, in locis ſuis exemptis, abſque ſepulturæ electione*: quemadmodum etiam, idem concedit dictus *Papa* Innocentius VIII. *eidem odrini Prædicatorum, ac cæteris per communicationem priuilegiorum*.

55 4 Probatur concluſio ratione hac adæquata, & formali, à Iuribus dictis deſumpta. Nàm de iure, certiſſimum eſt, canonico, quis humari debet, vbi Sacramenta recipit, ſine ſepulturę electione moriens, *vt Gloſſa cum cæteris edocet in cap. d. dudum, de ſepultur. in 6.* ſed ſæculares quomodolibet ad loca exempta Regularium accedentes, & ibi omnia Sacramenta ab ipſis recipientes in eorum neceſſitate, & morientes abſque ſepulturæ electione. ergo debent in ſuis Eccleſijs ſepeliri; *nàm dignus eſt operarius mercede ſua cap. 1. extrà de ſepultur. & cap. Eccleſiaſticis. 12. q. 2. cap. charitatem, 13. q. 1. §. 1. & 16. q. 6.* ſunt ſanè Regulares facti pares Parochis à dictis Iuribus, & Bullis relatis.

Doctorum Allegationes.

56 *Tenent noſtram Theſem Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 67. art. 2. Hieronym. Rodriquez, reſolut.* 128. *in compend. qq. regular. Portellus, de dub. regular. verb. ſepultura, num. 2. Peyrinus, tom. 1. priuileg. Minimor. conſtitu.* 1. *Iulij.* II. *§. 37. num. 92. Bonacina, de ſacram. diſp. 4. q. 7. punc. 2. num. 10. Barboſa, cap. 20. num. 12. ante finem, de offic. parochi, Lezana, tom. 2. cap. 16. num. 22. Layman, lib. 3. ſect. 5. tract. 1. cap. 12. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 109. Lauorius, tit. 2. cap. 11. num. 145. tom. 1. variar. lucubrat. vbi autumat, pluriès hoc eſſe deciſum à Sacra Concilij Congreg. Mancinus, dub. 1. fol. mihi. 487. in praxi viſit. infirm. ad finem; cum alijs, in ſuperioribus allegatis, & allegandis.*

CONCLVSIO VIII.

Religioſi ab alijs recepti ad hoſpitium Regularibus in ſuis exemptis locis, 57 *quomodolibet*, & remoti etiam à ſuis proprijs Monaſterijs, ſi contingat, eos infirmari, ac poſteà mori, receptis omnibus Sacramentis ab ipſis Religioſis, & abſque ſepulturæ electione; ſunt in Eccleſijs eorumdem Religioſorum ſepeliendi, vel Cœmeterio.

Cuius eſt ratio adæquata; quia, eo 58 ipſo, quis, ſiuè Regularis, ſiuè Sæcularis ad hoſpitium eſt receptus, in domo, aut loco exempto Regulari, eſt ſub illius loci Prelati dictione factus ſubditus, & omnia ſacramenta petere valet in neceſſitate conſtitutus, & ipſe Prælatus dare tenetur, & ſine ſepulturæ electione decedens, conſequenter ſepeliri debet in illorum Eccleſia; & prò hac aſſertione militant cæteræ rationes in ſuperioribus dictæ.

CONCLVSIO IX.

Regulares ad hoſpitium recipientes tàm Religioſos, quàm Sæculares Aduenas, 59 *quomodolibet ibi commorantes, & manentes*, infirmos euaſos, *licitè*, ac *liberè*, *pleno iure* confiteri eos poſſunt ipſi Religioſi, licèt minimè ſint ab Ordinarijs locorum approbati.

In primis, concluſio conſtat certiſſimè, *ex Clementina, cap. Religioſi, de* 60 *panis, in 6. cuius verba retulimus ſuprà num. 30. ſub concluſione 4.* & ibi videantur; quale decretum ſanè ablatum minimè fuit *à Trid. Concilio ſeſſ. 23. cap. 15.* cum nulla ibi mentio fiat expræſſa, & ſpecialis in indiuiduo, vt neceſſariò requiritur, de illo, vt Conciliare

Digitized by Google

eſt, *Viennenſis Concilij* memoria agatur, ſicut Nos prolixè, & ad ſaturitatem probamus *tom. 2. diſp. 2. contro. 3. de priuilegijs in ſeptem Sacramenta Eccleſ. Regularibus conceſſis*.

61 2 Nàm ſi Regulares, abſque Diœceſanorum approbatione licitè, ac validè confiteri queunt ſuos familiares, ac domeſticos, & famulos. ergo multò magis Religioſos hoſpites, qui ſunt omninò ab Epiſcopis exempti; vt pari modo ſeruitores, famuli, & familiares, vi multorum priuilegiorum conceſſorum Regularibus à diuerſis Summis Pontificibus. ergo vera concluſio. nàm tales Religioſi hoſpites facti ſunt ſubditi Prælato loci Regulari dum ipſi ſub ſua dictione manent.

62 3 Præfati Summi Pontifices dicti, *liberam*, & *licitam*, poteſtatem ordini Prædicatorum præbent adminiſtrandi omnia Sacramenta omnibus perſonis aduentantibus ad ſua loca exempta, & ſepultura non electa ab ijs decedentibus, poſſe in ſuis Eccleſijs ſepelire, inconſultis parochis, & ſinè Diœceſanorum licentia. ergo vera concluſio; quia tales perſonas omnes Aduenas facit Papa Nicola V. pares & ęquales in hoc familiaribus, & ſeruitoribus Regularium. ergo vera concluſio.

63 4 Quando namque *Concilium Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. & Vrbanus VIII. in ſua Bulla*, nouiſſimè emanata, exigunt, Regulares neceſſariò habere debere approbationem prò audiendis Sæcularium confeſſionibus ab Epiſcopis locorum, eſt ſermo de Sæcularibus vtriuſque ſexus ſub locorum Ordinarijs exiſtentibus; minimè verò de Religioſis, & Sæcularibus ad hoſpitium receptis à Religioſis; ſub dictione Prælati loci manentibus, dum ibi commorantur, & hoc efficitur; ne detur confuſio harum Iuriſdictionum, inter Epiſcopos, & Prælatos locales Regulares. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram aſſertionem communitèr omnes relati Scriptores ſuprà, Ioan. de la Crux, lib. 2. de priuilegijs, cap. 6. dub. 1. concluſ. 1. Suarez, tom. 4. de Religio. lib. 9. cap. 4. tract. 3. num. 17. Rodriquez, tom. 2. qq. regular. q. 67. art. 1. Portellus, de dub. regular. verb. famuli. num. 1. Peyrinus, tom. 1. de priuileg. conſtit. 1. Iuli. 2. §. 15. num. 12. & §. 37. num. 93. Lezana, tom. 2. cap. 16. num. 16. Barboſa, in collectan. Doctorum, ad Trid. Concilium, ſeſſ. 23. cap. 15. num. 11. allegans Armendarium, Bonacinam, Fernandez, Homobonum, & alios, & de poteſt. Epiſco. allegat. 25. nu. 165. & cap. 20. num. 12. de officio parochi, §. aduertant prim. Diana, p. 3. tract. 2. reſolut. 12. Alphonſus de Leone, tom. 2. recollect. 10. num. 50. Mancinus, in addict. ad 4. pract. dub. 22. & cæteri omnes nominandi. 64

CONCLVSIO X.

Tàm Religioſi, quàm Sæculares omnes ad hoſpitium recepti in domibus Regularium, vbi acceperunt ab eis omnia Sacramenta, & mortui ſunt abſque ſepulturæ electione, & tumulati in ipſorum Eccleſijs, eiſdem Indulgentijs gaudent, quibus ipſimet Religioſi fruuntur. 65

Ità Innocentius. VI. ſua Bulla prima conceſſit Heremitanis D. Auguſtini, Sixtus IV. Bulla. 37. Carmelitis, Leo X. ſua Bulla. 41. Fratribus Minimis, Clemens IV. Minoribus, Alexander VI. Patribus Prædicatoribus, & Gregorius. IX. anteà, Martinus V. Benedictinis. 66

CA-

CASVS NARRATIO.

67 *Quia in Ciuitate Viterbienſi, anno 1615. contigit, vt quidam Frater Ioannes ordinis Sancti Spiritus de Vrbe, deceſſerit ex hac vita abſque ſepultura electione, qui pro negotijs ſui Monaſterij, ideſt Hoſpitalis Sancti Spiritus, cum alijs duobus Fratribus ibi morabatur. vndè fuit dubitatum, vbi tumulandus eſſet, an ſcilicèt in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis, Patrum Heremitarum, in qua anteà tres alij ſepulti fuere, ſeù in Eccleſia Sancti Saluatoris, quæ eſt annexa, & dependet ab Eccleſia Sancti Spiritus de Vrbe, quæ eo tempore erat Commenda Fratris Bernardini Frumenti, eiuſdem Ordinis Sancti Spiritus; aut in Parochia, in qua mortuus eſt. at quià partes inter ſe amicabiliter concordarunt; talis difficultas irreſoluta remanſit: prò qua nihiloſecius ſit in ordine.*

CONCLVSIO XI.

68 Religioſus Præfatus, vti de iure ſepulturam ſibi eligere non valebat, ſic pari modo, de iure tenebatur in Eccleſia Sancti Saluatoris, vt annexa, & omninò dependens ab Eccleſia Sancti Spiritus de Vrbe, & illi incorporata, ſicut etiam debebantur tumulari in eadem Eccleſia, illi tres alij, qui in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis anteà humati fuere, ſed ſanè malè, & contrà Ius commune.

69 Pars prima aſſertionis eſt manifeſtiſſima ex ſuprà dictis, *ex cap. Religioſi, de ſepultur. in 6.* quia Religioſus dùm manet in aliqua domo ſuæ Religionis, loco aliàs exempto, & quæ eſt incorporata, & membrum eſt Eccleſię Maioris ſuæ Religionis, nequit ſibi ſepulturam eligere; cum non ſit remotè, ſed propè locum, vbi eſt humandus. ergo non poteſt ſepulturam ſibi eligere.

2 Pars probatur, quia adeſt Eccleſia vt membrum, ac dependens à Maiori Eccleſiæ, in qua de iure eſt ſepeliendus, & non alibi; & tres illi fratres ignoranter, & male contrà Ius commune, tumulati fuere in Eccleſia Patrum Heremitarum, D. Auguſtini. 70

CONCLVSIO XII.

Omnes Sæculares vtriuſque ſexus, in locis exemptis Regularium, ſeù proprijs domibus antè illorum mortem, volentes cum habitu Religioſo ſepeliri licitè, ac liberè omninò valent, ipſis quoque parochis contradicentibus, & in Eccleſijs Religioſorum tumulari; & Indulgentias multas ob id lucrantur, à Romanis Summis Pontificibus eis conceſſas. 71

Pars prima conſtat ex verbis *Bullæ aureæ Sixti IV. regiſtrata in tom. priuilegior. Patrum Prædicator. authenticè. fol. mihi, 165. ità concedentis.* 72

Cum autem non nulli ad ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum ſpecialiter gerentes deuotionis affectum, eorum Cadauera, cum habitu Fratrum Prædicatorum, & Minorum, ſeu Fratrum, vel ſororum de pænitentia, vtriuſque ordinis Prædicatorum, ſepeliri mandent, & perſæpè antequam moriantur, habitum huiuſmodi eis poſtulant exhiberi.

Decernimus, habitum huiuſmodi per Priorem domus, ordinis Prædicatorum, aut Guardianorum domus, ordinis Minorum loci, in quo tales decedere continget, vel per Superiorem Prælatum ipſorum ordinum, domorum, ſeù Prioratus, & Guardiani, vel cui, illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quauis auctoritate, vel Prælatione fungentem, exhiberi debere: Qui prædictum habitum recipientibus: declarare teneantur apud eorum ordinum Eccleſias debere ſepeliri in eorum habitu, quorum habitum ſuſci-

ſuſcipiant, & illorum ſic indutorum, Cadauera diſcoperta, nullo pallio, vel tegumento ſuper poſita, cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſe; Ordinariorum etiam, ſub cenſuris prohibitione locorum, qualibet in contrarium edita non obſtante; quos quoad hoc modificamus.

73 Item, *ex verbis Leonis X. conſtitutionis incipientis* Sacro approbante Concilio *authenticè regiſtrata, tom. priuilegior. Patr. Prædicat. fol. mihi*, 177.

Volentes quoque ſepeliri in habitu eorundem Fratrum, in clauſtro non degentes, ſed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate, ſepulturam ſibi liberè eligere poſſint.

74 *Adeſt præterea declaratio Sacræ Congreg. Epiſco. & Regular. ſub his verbis. Prædicta Cadauera recto tramite ſunt ad Eccleſias Regularium deferenda cum Parocho; quo requiſito expreſsè venire recuſauerit, licere tunc iiſdem Regularibus, etiam ipſo inuito, portare ad ſuas Eccleſias. Romæ. die* 11. *Decembris.* 1615. *Antonius Maria, Cardinalis Gallus. V. Theatinus Secret. loco † ſigilli.*

75 *Eadem interrogata Sacra Congregat. à Patribus Minoribus, an in eorum Eccleſijs ſepelienda ſint Cadauera illorum, qui dicti ordinis habitu induti, ex hac vita migrarunt? Reſpondit id fieri debere, ſi tamen à Guardiano domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio Superiore, vel altero cui id Superior, committendum duxerit, habitum receperint, ac prædicti Guardianus, vel alius Superior habitum huiuſmodi ſuſcipientes præmonuerint, eorum cadauera propter habitus conceſſionem, ac receptionem penès ipſos Fratres, quorm habitum geſtant, eſſe ſepelienda.*

76 Secunda pars etiam conſtat, quò ad indulgentias hæ perſonæ lucrantur ob habitus delationem, ſic namque concedunt *Nicolaus III. & Clemens IV. in ſuis Bullis* morientibus cum habitu Minorum, & cum eo eligentibus ſepeliri, Remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum; quòd idem conceſſerunt *Vrbanus V. & Iulius II.* qui ſua Bulla exordiente, *dùm ad ſacrum ordinem authenticè regiſtrata fol. mihi* 225. *tom. priuilegior. Patrum Prædicator.* vbi ſic habetur.

Quodque de cætero, famuli domorum, ordinis Minimorum huiuſmodi nèc non cæteri, eiuſdem ordinis habitum portantes, & in articulo mortis, in dictis domibus, ſepulturam eligentes, omnibus, & ſingulis priuilegijs, ordini Minimorum huiuſmodi quomodolibet conceſſis gaudere liberè, & licitè, valeant indulſimus.

Et dictus habitus Religioſus ſi priuſquam moriatur, indui moribundus nequeat, ſaltem ponatur ſuper lectum vt ſic gaudere valeat his Indulgentijs.

Doctorum Allegationes.

Docent noſtram Theſem Peyrinus, tom. 1. *priuilegior. conſtitut.* 26. *Leonis X. & in Sixto IV. Barboſa, de iure Eccleſiaſt.* 77
lib. 2. *cap.* 10. *num.* 73. *Rodriquez. tom.* 2. *qq. regular. q.* 76. *art.* 8. *&* 9. *& in ſuo Bullario, verb. Sixtus. IV. Caſſarubius, in compend. priuilegior. verb. habitus, Confectius, verb. Sixtus IV. in ſuo Bullario, & in ſummario priuilegior. Mendicant. tit. ſepultura, ad finem, Lauorius, tom.* 1. *lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 202. *Bordonus, reſolut.* 35. *num.* 68. *&* 69. *in ſuis conſil. regular. Lezana, tom.* 3. *verb. habitus regularis, num.* 5. 7. *&* 8. *& tom.* 4. *verb. ſepultura, quò ad Regulares, num.* 17. *& cæteri omnes de communi ſententia. Et Leo. X. ac Adrianus. VI. conceſſerunt ſingulis Chriſti fidelibus, in regnis Caſtellæ, Leonis, & Granatæ exiſtentibus, qui deuotionis feruore induti habitu Sacratiſſimæ Trinitatis, & cum illo deceſſerint, & in Eccleſijs huius ordinis ſepeliri ordinauerint, omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum*

Digitized by Google

rum remiſſionem, Patribus prædicti ordinis conceſſas, conſequuntur; quæ gratia communicatur etiam cæteris Regularibus.

CONCLVSIO XIII.

78 Regularium omnium famuli, ſeruitores, Commenſales, & familiares, ab eiſdem in ſuis exemptis locis, recipere *licitè*, *liberè*, ac *pleno iure* valent Sacramenta omnia, & decedentes, abſque ſepulturæ electione, in ſuis Eccleſijs ſepeliri debent, inconſultis Parochis, & ob id lucrantur etiam gratias, & Indulgentias, quibus ipſi Religioſi fruuntur, & etiam in die Paſchatis communicari.

79 Item certiſſimè conſtat conclusio ex ſupradictis; attamen, pro coronide huius Controuerſię placet afferre de re iſta. *Indultum Leonis X. factum in fauorem Fratrum Minorum, & exorditur, his, quæ, &c. Editum.* 1513. *& refert Peyrinus Collector priuilegiorum huius ordinis, tom.* 1. *in Leone X. ſub his verbis.*

80 *Vt Patres ordinis Minorum, huiuſmodi dictarum domorum famulorum, prò tempore in habitu ſæculari eis deſeruientium, quoties opus fuerit etiam Paſchatis tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & Eccleſijs huiuſmodi confeſſiones audire, ipſiſque, & eorum cuilibet Euchariſtiæ, extremæ vnctionis Sacramenta miniſtrare; ac illis, & cuilibet eorum, in humationis, & ſepulturæ beneficia, cuiuſuis licentia, ſuper hoc minimè requiſita; impendere,* licitè, *ac* liberè, *valeant. Ità quòd, ſingulæ perſonæ huiuſmodi, & prout dicti Fratres priuilegijs, & Indultis huiuſmodi, in eorum mortis articulo frui, & gaudere, ac ſi eis expreſsè conceſſa fuiſſent, authoritate præſentium extendimus, & ampliamus.*

Cuius priuilegij eſſe poteſt ratio:
81 quia cum loca Regularia omnia ſint à Ordinarijs locorum exempta; ac immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta; neceſſariò ſequitur, nullam Iuriſdictionem Parochum habere in his exemptis locis quò ad Sacramenta miniſtranda, & ſepulturam tradendam, exercere, & dictum priuilegium etiam indulſit eidem ordini Iulius II. quod ad cæteros ordines quoque omnes per communicationem extenditur.

In præſentiarum, autem, nomine 82
Familiaris, ſumitur ſtrictè, ideſt, prò Seruitoribus; famulis, qui ipſis Religioſis quotidie inſeruiunt, & cum eis cohabitant, & commenſales quaſi exiſtunt, & eorum expenſis viuunt: vt colligitur *ex cap. final. de verb. ſignificat. in 6.* nec etiam videtur ſimpliciter neceſſarium, vt quis in præſentia, familiaris cenſeatur, quòd propter ſtipendium, vel mercedem inſeruiat; quia ſi quis gratis Monaſterio ſeruire vellet, familiaris vtique dicetur, vt rectè *Falinus cap. in lit. aſtruit cum alijs.*

Doctorum Allegationes.

Sequuntur aſſertionem communiter Doctores ſupra allegati, dictus Peyrinus, 83
num. 86. *& in Iulio II. conſtit.* 1. §. 15. *num.* 13. *&* 18. *Rodriquez, tom.* 2. *qq. regular. q.* 67. *art.* 2. *&* 3. *Portellus, de dub. regular. verb. famuli, num.* 4. *Suarez, tom.* 4. *de Religio. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 14. *Barboſa, de offici. Epiſco. allegat.* 5. *num.* 2. *Rota Romana, p.* 2. *diuerſ. deciſ.* 303. *num.* 4. *Lezana, tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 11. *Caſſarubius in compend. priuilegior. Mendicans. verb. familiares num.* 8. *Confectius, fol. mihi,* 46. *à prin. in Sixto IV. ſui Bullar. & alij nominandi. Idem* Indultum *conceſſit Patribus Prædicat. Sixtus* IV. *Clemens* IV. *Nicolaus* V. *&* Innocentius *V*III. *nuper relati per extenſum.*

CON-

CONTROVERSIA XVI.

AN Monialium Confeſſores, tamquam ipſarum Parochi, valeant omnes ſuos Sæculares ſeruitores vtriuſque ſexus, ſumptibus Monialium viuentes, in Paſchate prò ſatisfaciendo præcepto annuæ confeſſionis, & communionis confiteri, & communicare queant, & cæteros alios aduenas ad ipſarum Eccleſiam confluentes, & decedentes abſque ſepulturæ electione, tumulare in ipſarum Eccleſia, ipſis Parochis inconſultis, & cætera Sacramenta his perſonis omnibus adminiſtrare poſſint?

CONCLVSIO I.

Moniales, non dumtaxat ſuorum
1 ordinum priuilegijs gaudent, verumetiam aliorum ordinum, communicant in priuilegijs, quatenus earum ſtatui non obſtant.

2 1 Probatur pars prima aſſertionis *ex Bulla Benedicti XI. relata in tomo priuilegiorum ordin. Fratrum Prædicat. & incipit, Dilectis in Chriſto filiabus, &c. fol. 37. mihi. vbi hæc ad rem habentur. Ac nihilominus à Iuriſdictione, & poteſtate Patriarcharum, Archiepyſcoporum, Diœceſanorum veſtrorum, & quorumcumque aliorum eximimus vos, & loca, & Monaſteria veſtra de gratia ſpeciali, illis inſuper gaudentes priuilegijs, gratijs, indulgentijs, quæ ipſi ordini Prædicatorum ſunt conceſſa, & in poſterum concedentur, &c.*

3 2 *Ex Bulla Sixti IV. deſumpta ex eodem dicto tomo priuilegiorum, quæ authenticata ſunt omnia, & exorditur ſic. Sacri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, &c. vbi omnia, priuilegia, & gratias, & conceſſiones confirmans, horum duorum ordinum, hæc habet. Et nè propter Monaſteria Monialium, ſeù Sororum, ſub cura, & inſtitutis ordinis prædicti Fratrum Prædicatorum, & Minorum, & S. Claræ, ſeù S. Damiani, ordinum, & S. Franciſci de pænitentia nuncupatorum ordinum, vtriuſque ſexûs perſonas contingat eorumdem Fratrum quietem turbari, motu, ſcientia, & authoritate propria, prædictis ſtatuimus, quod huiuſmodi Monaſteria, & loca, earumque Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, Procuratores, Syndici, oblati, & vtriuſque tertij ordinis prædicti de pænitentia nuncupata perſona prædicta, eiſdem priuilegijs, immunitatibus, gratijs, fauoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus prædictis Fratrum Prædicatorum, & Minorum ordinibus, ac illorum profeſſoribus, domibus, & locis, ac Procuratoribus, Syndacis, oblatis, & commiſſis, ſeù aliàs, quomodolibet per prædeceſſores noſtros, aut nos hactenùs conceſſis, & impoſterum concedendis, quauis authoritate, quatenus earum ſexui, & ſtatui non contradicunt, liberè, & licitè vti poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia prorſus, & ſine vlla differentia, ac ſi eiſdem Monaſterijs, locis, & perſonis, Abbatiſſis, Prioriſſis, Syndacis, Procuratoribus, oblatis, & commiſſis, Sororum, & Monialium earumdem, ac perſonis vtriuſque ſexus, de pænitentia huiuſmodi, nominatim conceſſa forent, & concederentur expreſsè, &c.*

3 *Ex Bulla Pij V. Sanctiſſimi, inci-* 4
piente, Etſi Mendicantium ordinis. *vbi*
dicitur, Néc non Monialibus quibuſcunque, & Sororibus tertij Ordinis Prædicatorum ordinum reſpectiuè, ordinibus, ac illorum Eccleſijs, domibus, & perſonis, etiam viuæ vocis oraculo, in genere, & in ſpecie, &c. & hoc idem Sixtus V. ſua Bulla exordiente. Etſi Mendicantium ordinum. *die 3. Octobris, 1587. edita vbi ad rem ſic habetur. Monialibus, Sororibus,*

Digitized by Google

bus, ac vtriuſque ſexus Religioſis, &c. etiam viua vocis oraculo, &c. & Clemens VIII. ſuâ Bulla incipiente. Ratio paſtoralis, &c. *edita* 1597. *in qua cuncta priuilegia Minorum de obſeruantia, & Monialium S. Claræ, & de Pœnitentia, innouat, confirmat, & inualidat.*

4 Ratione probatur ſic. Nàm in
5 priuilegiorum conceſſione minimè ſexus attenditur, ſed ſtatus qualitas, ideſt, Religionis, qui ſtatus æqualitèr in monialibus, & in viris Religioſis, vniuſcuiuſque Religionis adeſt: & quia in fauorabilibus fęmininum ſub maſculino compręhenditur in his, quę fœminis accommodari queunt; ſed prædicta accommodari valent. ergo vera concluſio.

5 Probatur pars 2. Nàm Religioſi
6 per communicationis viam, de monialium priuilegijs participant ſui ordinis, atque ex huiuſmodi participationis vigore, dicta priuilegia fiunt propria Religioſorum, perindè ac ſi ipſis per ſe primò conceſſa eſſent.

Ex alia autem parte moniales ipſæ, ſui ordinis omnibus priuilegijs potiuntur, quorum ſunt capaces, vt diximus, *ex Sixti IV. Bulla, & ſic moniales vnius ordinis, putà, D. Dominici gaudebunt priuilegijs. S. Claræ, & D. Franciſci, ac cæterorum ordinum*; & ſi non per immediatam communicationem, ſaltem per mediatam communicationem, quam moniales ipſæ à Religioſis ſui ordinis habent: licèt probabile ſit etiam: hoc eis competere per immediatam communicationem, quatenùs huiuſmodi priuilegia conceſſa viris Religioſis alicuius ordinis, eo ipſo cenſeantur monialibus illius ordinis conceſſa.

Doctorum Allegationes

7 *Has Theſes communitèr docent Doctores, & præſertim Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 13. art. 22. Suarez, lib. 8. de legibus, cap. 10. num. 3. Caſtro Paleus, tract. 3. diſp. 4. punc. 12. num. 1. Tamburinus, de Iure Abbatiſſarum, q. 1. num. 1. & q. 2. diſp. 17. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 6. cap. 7. num. 116. Caſſarubius, in compendio priuilegio. verb. priuilegiorum communicatio, num. 18. §. 2. Portellus, p. 2. reſponſ. moral. caſu 14. num. 3. & de dubijs Regular. verb. priuilegia, num. 22. Paſqualigus, deciſ. 229. num. 4. Peyrinus, tom. 2. priuilegio. Minimor. conſtit. 8. Pij V. §. 2. num. 3. Alexand. Peregrinus, in ſcholijs conſtitution. ſui inſtituti, verb. priuilegia, Pellizzarius, de monialibus, cap. 9. num. 1. & 2. cum alijs referendis. Confectius ſol. mihi, 43. 132. 243. recitat Bullas diuerſ. Pontificum, ac omnes in Superiori Controu. allegati.*

CONCLVSIO II.

Monialium Monaſteria gaudent pri-
uilegio exemptionis à Iuribus Parochiæ, intrà quam ſunt ædificata, conceſſo omnibus Regularibus vtriuſque ſexus, quibus Confeſſarius proinde deputari ſolet, qui tamquam Parochus omnia Sacramenta, & ſepulturam adminiſtret. 8

CONCLVSIO III.

Confeſſarij Regulares Monialium
omnes, pleno iure, in die Paſchatis, pro annua Confeſſione, & Communione, ex præcepto Eccleſiæ ſatisfaciendo, valent Monialium omnes famulos, & famulas & omnes hortulanos, & factores omnes, quos monialium ſumptibus, ipſæ ſuſtentant, & alunt, ac ipſis inſeruiunt, confiteri, & communicare liberè, ac licitè valent; abſque vlla hæſitatione, & tenentur; & non alij Parochi. 9

Iàm conſtat concluſio ex Superiori-
bus 10

Digitized by Google

bus recitatis, propter communicationem priuilegiorum, in quibus moniales, & loca earum exempta communicant, & gaudent ſicut cæteri omnes Regulares viri, *& ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 11. ex Bullis authenticis, Innocentij IV. Bulla 4. ordini Prædicator. conceſſa; Clementis IV. & Sixti IV. pro Benedictinis, vt in monumentis ordinum, conceſſ. 315. habetur; Innocentij VI. Bulla prima, Heremitanis, D. Auguſt. facta, Sixti IV. Bulla 37. Carmelitis indulta, vt Leonis X. Bulla 41. Minoribus conceſſa, & ex Superioribus Controuerſijs.*

Etiam clariſſimè conſtat per ea dicta
11 de Regularibus in Controuerſia propria de hac re ſuprà cum allegatis Bullis, & indultis. Nàm Monaſteria monialium ſunt omninò, ac totalitèr à Cura parochorum Sæcularium exempta, ſicut etiam illarum famuli, famulæ, factores, hortulani, & ſimiles, qui, viuunt, & aluntur ipſarum ſumptibus. ergo hi non poſſunt, néc debent vllo pacto à Parochis Sæcularibus ſacramentari, ſed ab ipſis monialium Confeſſoribus de iure.

CONCLVSIO IV.

12 Confeſſores Monialium, D. Dominici, & Sanctæ Verdianæ, & cæteri Confeſſores Regulares Monialium de Florentia, & totius Orbis Terrarum, vbi Monaſteria Monialium exempta à Locorum Ordinarijs exiſtunt: tenentur de iure confiteri omnes perſonas vtriuſque ſexus ſubditas, & alimentatas ab ipſis monialibus, ac dare omnia Sacramenta Eccleſiæ in die Paſchatis, & cæteris diebus, quandò caſus mortis occurrit, & ſine electione ſepulturæ decedentes; tumulare in Eccleſia exteriori Monialium, inconſultis ipſis Parochis Sæcularibus, *licitè*, ac *liberè*, *& pleno iure*, abſque vlla de hac re hæſitatione, valent.

Conſultò, hanc poſuimus aſſertionem, quia audiuimus abuſum, & cor- 13
ruptelam intollerabilem Florentiæ exiſtere, cum ſcandalo, & præiudicio grandi Regularium vtriuſque ſexus, non nullos Parochos temerè, ac ignorantèr confiteri velle, ac communicare pro præcepto ſatisfaciendo annuæ confeſſioni, & communioni, hortulanos, famulos, & famulas, & cæteras perſonas alimentatas, & ſubditas ipſis Monialibus, abſque prorsùs omni iure legitimo; & hoc ſiuè factum ſit ex malitia, ſiuè ex ignorantia, aut abuſu, & mala conſuetudine contrà ius debitum Regularium vtriuſque ſexus, non eſt vllo pacto amplius tollerandum, & in tanta cecitate, ac ignorantia perſiſtere; quia, vnuſquiſque ius ſuum habere, ac poſſidere debet, & nemo in meſſem alienam debet de iure intrare, nec poteſt vllo pacto de iure communi. ergo vera concluſio.

2 Probatur, quia nulla poteſt con-
ſuetudo introduci contrà Ius tertij, & 14
in illius præiudicium, ſed parochi, in quorum Parochijs Monaſteria Regularia vtriuſque ſexus ſunt ædificata ſunt exempta ab ipſis Parochis, & ipſarum perſonæ ſeruientes, & ſubditæ ſunt eis, non valent de iure ſacramenta adminiſtrare, néc ſepulturam tradere eis morientes ſine ipſius electione. ergo.

Doctorum Allegationes.

*Prò omnibus his aſſertionibus allegantur
omnes citati Doctores, num. 7. & inſu-* 15
per Naldus, Bordonus, Baldellus, in his materijs de Regularibus vtriuſque ſexus, cum alijs citandis, de communi ſententia, Tamburinus, diſput. 32. q. 4. de iure Abbatiſſar. & alij omnes dictis in Superiori Controuerſia.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO V.

16 In Monialium Monaſterijs Puellæ Sęculares, æducationis cauſa manentes, tempore interdicti, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis, Miſſam, & cætera diuina officia audire valent, Sacramenta omnia recipere, & tradere eas ſepulturæ abſque pompa, ſi aliàs, ipſæ excommunicatæ non fuerint, & nominatim interdictæ; & cætera omnia obſeruentur, quæ ad hoc *in cap. Alma mater praſcribuntur*; & hæc omnia fiant ianu is clauſis, excommunicatis, & interdictis eiectis extrà Eccleſiam, & non pulſatis Campanis.

17 Concluſio habetur *in Ordinum priuilegijs, verb. interdictum, 3. in annotationibus*, §. 5. *Tertiarij, vbi ſic dicitur à Sorbo in compendio priuilegiorum Mendicantium.*

Tertiarij, Beata, famuli, familiares, domeſtici, aliaque in monialium Monaſterijs degentes, poſſunt tempore interdicti, ſiuè generalis, ſiuè particularis Miſſam, cateraque diuina officia audire, Eccleſiaſtica ſepultura in noſtris Eccleſijs ſine pompa tradi, ibique omnia Sacramenta recipere: dummodò tamen, nemo ex ſuprà dictis, ſit excommunicatus, vel interdictus, ac cateris obſeruatis limitibus cap. Alma mater.

18 Vbi ad rem noſtram, ſunt obſeruanda verba illa. *Aliaque in monialium Monaſterijs degentes.* ſub quibus, puellæ intelliguntur, quæ ibi cauſa æducationis manent.

CONCLVSIO VI.

19 Nomine autem familiarium, domeſticorum, in præſentiarum famulorum, famularum, & ſimilium, omnes illi intelliguntur, qui inſeruiunt monialibus, & ab eis ſuſtentantur, & aluntur, tàm intrà, quàm extrà Monaſteria, tàm ad tempus, quàm perpetuò; gaudent dicto priuilegio.

CONCLVSIO VII.

Medici, Chirurgi, Fabri, Baiuli, & cæteri omnes Artifices, & extranei Monialium Parentes, Affines, Cognati, Conſanguinei, Amici, Aduenæ, Milites Stationarij, vulgo dicti, *Aquarterati*, ſiuè intrà, ſiuè extrà clauſuram, & in Eccleſia exteriori, ac locis monialium exemptis, occurrat ex improuiſo mortis periculum, ac incidant, debent de iure omnia Sacramenta recipere à Monialium Confeſſario, tamquam ipſarum, & horum Parocho hic, & nunc, in his locis exemptis, & ſine ſepulturæ electione decedentes, aut ſuorum Maiorum carentes, ſunt ſepeliendi in earum Eccleſia exteriori, Parochis Sæcularibus omnino inconſultis. 20

1 Probatur aſſertio; Nàm, dùm præfatę perſonæ in locis exemptis monialium reperiuntur, locorum Ordinarij, & Parochi, nullam actionem Iuriſdictionis, in Sacramentis miniſtrandis, & ſepultura tradenda habent de Iure, ſed hæc omnia ſpectant de iure ad Confeſſarium ipſarum, tamquam Parochum proprium monialium, & hic, & nunc harum perſonarum Sacramentis, & ſepultura indigentium. ergo vera concluſio. 21

2 Nàm, ad quid aduocare Parochum Sæcularem carentem omni iuriſdictione in monialium locis exemptis, ſi proprium habent ipſæ moniales Parochum, ad quem de iure attinet Sacramentare pręfatas perſonas factas ipſis ſubditas in locis exemptis, quò ad Sacramenta eis tradenda, in tali neceſſitate, & ſepulturæ tradere, dum ipſa Sacramenta receperunt, ſi non ſibi ſepulturam elegerunt? & prouiſum 22

ſit

Digitized by Google

ſit in ſimilibus neceſſitatibus omnium ad ſalutem ipſarum perſonarum ſpectantium, & Parochus ſit in promptu? ergo vera concluſio.

23 3 Parochi namque Seculares nequeunt monialium Clauſuram ingredi abſque ſuorum Superiorum licencia, & ipſę moniales poſſunt licitè, & liberè non aperire portam, & negare aditum, vt dictis perſonis adminiſtrent Sacramenta, cum illarum Confeſſarius agere valeat licitè, ac liberè, & de iure ad eum ſpectet tamquam monialium Parochus, hæc omnia agere. ergo vera concluſio.

24 4 Multa reperiuntur Monaſteria monialium, quæ curam animarum Secularium habent, & ipſarum eſt Parochus Confeſſarius monialium, & ſub ſe habent Hoſpitalia vbi recipiunt perſonas pauperes vtriuſque ſexus, & Confeſſarius, aut Capellanus Regularis monialium, ſine approbatione locorum Ordinarij, valent Sacramenta adminiſtrare de iure communi, *vt in cap. de pœnis, cap. Religioſi, §. ſanè in 6. habentur expreſsè.* ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

25 *Tradunt has ſupradictas omnes Theſes noſtras, recitati Doctores, Bordonus, tom. 1. conſiliorum Regular. reſolut. 20. nu. 18. §. viaticum, Baldellus conſultus à Pellizzario, cap. 10. de monial. num. 232. §. addo hic obitèr, & cap. 1. num. 192. & cap. 9. num. 34. Naldus, Baldellus, & alij ab eo conſulti; ſed ipſe Pellizzarius toto Cœlo errauit, & valdè hallucinatus eſt, aſſerens ad Parochum ſpectare dictis perſonis Sacramenta præſtare, fortaſſe ob ignorantiam allegatorum priuilegiorum in Superiori Controuerſia, quæ ſunt communia Regularibus vtriuſque ſexus, & vt ipſe fatetur communicant cum priuilegijs Regularium virorum.*

CONCLVSIO VIII.

Confeſſarius monialium adminiſtrãs 26
omnia Sacramenta dictis perſonis, & ſepulturam tradens, ſunt ei omnia emolumenta danda, quæ Parochis Secularibus præbentur de iure; ideſt, quarta funeralium, & cæteræ obuentiones funerales, quæ *de iure per cap. 1. cap. relatum, cap. de his, de ſepulturis,* dantur cæteris Parochis Sæcularibus.

Cuius ratio eſt adæquata; quia mo- 27
nialium Confeſſarius non minus onus ſuſtinet in Sacramentorum adminiſtratione, quæ monialibus præſtat, ac dictis perſonis correptis à periculoſo morbo; ſed Parochi Sæcularibus quarta funeralium debetur. ergo, & prædicto Confeſſori, cum eadem militet ratio in vtriuſque. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO IX.

Monialis, ſi ex ſpeciali gratia Papa- 28
li, ſibi ſepulturam extrà Monaſterium eligat, eius Confeſſarius debet corpus eius aſſociare vſque ad ſepulturam, & illud humare, & officium peragere ſuper illud; ſi aliàs, extra loca regularia ſui ordinis ſepeliretur, aut in locis alijs, vbi ius funerandi habent, tùnc ad horum locorum perſonas ſpectabit agere officia, & ſepulturam dare illi.

Nàm in huiuſmodi caſu, moniali- 29
um Confeſſarius, ius haud ammittit, corpus aſſociandi, vſque ad ſepulturam, & ſi ſepeliatur in loco, vbi non adeſt ius funerandi penes illum Eccleſiaſticum, ad Confeſſarium ſpectabit funus peragere quòad omnia; aliàs, non: ſed ad inſtar ſe debet habere ceterorum Parochorum, qui funus aſſociant, & in Eccleſijs Regularibus nihil agunt, ſed ad ipſos Regulares pertinet

tinet cætera funeralia peragere; nàm Confeſſarius eſt proprius Parochus huius monialis defunctæ, & proindè ad eum ſpectat Parochialia munia ſuper eam peragere.

CONCLVSIO X.

30 Mulier, ſiuè educationis cauſa, ſiuè Vidua, ſiuè Maritata ex Indulto Apoſtolico, fuerint clauſuram ingreſſæ monialium, ibi animo degendi ad tempus, ſiuè perpetuò, ad Confeſſarium monialium pertinet, illis Sacramenta omnia præbere, & ſepulturam dare, decedentes ſinè illius electione, & ſi ſuorum maiorum habeant, ibi ſunt ſepeliendæ, ſi commodè illùc transferri poſſunt; & ad eum ſpectat funeralia peragere, vt ſuprà dictum eſt, eo modo, ſi ſcilicèt ſepeliantur in Eccleſijs, vbi ius funerandi non adeſt.

Doctorum Allegationes.

31 *Auctores omnes allegatos habent hæ dicta omnes Theſes noſtræ, & alios citandos de communi ſententia, & non replico breuitatis gratia.*

CONTROVERSIA XVII.

AN Monialium Confeſſarius, tamquam ipſarum Parochus, ad exequias peragendas defunctæ Sororis, clauſuram ingredi valeat? vbi plura curioſa ſcitu digna, ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

In Monialium ſepultura, nullum Ius
1 Parocho competit, ſed dumtaxat Confeſſario illarum, *vt Sacra Epiſcopo, & Regular. die 7. Ianuarij. 1603. declarauit.*

CONCLVSIO II.

Confeſſarius Monialium, tamquam ipſarum Parochus, clauſuram ingredi valet ad exequias peragendas monialis defunctæ, ſi conſuetudo, & Superioris licentia adeſt.

1 Probatur, nàm conſuetudo, in
tali caſu vim habet legis, ac proindè 2
omninò eſt obſeruanda vniuſcuiuſque Ordinis, Regionis, & Diœceſis, & licentia Superioris facit etiam licitum ingreſſum ad clauſuram; *cum Trid. Concil. dicat, ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. & monial. dare, autem tantum Epiſcopus, vel ſuperior licentia debet in caſibus neceſſarijs. Et in cap. periculoſo, de ſtatu Monacho. dicitur. Niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat.* Sed quia adeſt neceſſarius caſus, & manifeſta cauſa, exequias peragere Sororis defunctæ. ergo vera concluſio.

2 Nàm, in aliquibus locis conſue-
tudo eſt inducta, & ſanè locorum Or- 3
dinarijs ſcientibus, & conſentientibus, vt ſcilicet, ob caſus huiuſmodi, Confeſſarius clauſuram ingrediatur. ergo vera concluſio.

3 Similiter Confeſſarius etiam clau-
ſuram ingreditur licitè quandò Sororis 4
Cadauer à cubiculo, in quo erat, ad locum ſepulturæ defertur, ſiuè in Eccleſia interiori, ſiuè exteriori. ergo vera concluſio.

4 Pari modo ingreditur clauſuram
Confeſſarius quandò officium defun- 5
ctorum recitatur, priuſquam Cadauer tumuletur; & certè, vnà cum Sororibus ipſis in Choro aſſiſtens recitationi huius officij; Confeſſarius vt Parochus earum eſt. quæ quidem omnia ſatis rationabilia ſunt, quamuis non

ſimpliciter neceſſaria ; quippè , quæ ſunt magnæ conſolationis ipſis ſuperſtitibus Monialibus , videntibus hæc ſuffragia facere Confeſſarium pro ipſis monialibus defunctis , vt communitèr in Fidelium cęteris exequijs fieri ſolent ; nèc adeſt vrgens ratio , ea Sororibus denegandi , & ideò à Prælatis monialium permitti valent . ergo .

CONCLVSIO III.

6 Confeſſarius præfatus in prædictis caſibus clauſuram ingrediens , circa Socium aſſumendum , conſuetudinem vniuſcuiuſque Religionis , Diœceſis , ac Religionis ſeruare tenetur ; quæ ſanè , non eſt vna , nec eadem , ſed varia .

7 *Nàm in Gallis , vt multi autumant Scriptores , Monialium Confeſſarius exequias celebraturus , cum non nullis Sacerdotibus , clauſuram ingreditur .*

In Portugallia , in Capitulo quodam Prouinciali Fratrum Minorum , quidam Generalis decreuit , hac occaſione poſſe ſex Fratres ingredi , comprahendendo Confeſſarium, Capellanum , & alios . In alijs verò locis , dumtaxat Confeſſarius intrat ad exequias peragendas .

Doctorum Allegationes .

8 *Tenens has noſtras aſſertiones Sanchez , tom.* 2. *ſumm. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 44. *Portellus , de dub. regular. verb. clauſura monial. num.* 11. *Tamburinus , de iure Abbatiſſarum , diſp.* 24 *q.* 5. *Ioan. de la Crux , lib.* 1. *de priuileg. cap.* 1. *dub.* 2. *Pellizzarius cap.* 10. *num.* 231. *de monial. Lezana , tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 40. *cum alijs dictis , ac dicendis .*

CONCLVSIO IIII.

9 In monialium exequ ijs , quandò illarum Cadauera ſunt ſepulturę tradenda , ingredi debent , qui ſolum ſunt neceſſarij cum veſtibus ſacris induti , & non aliter : & nullatenus permittatur , Sæcularia Cadauera , vt ſepeliantur intrà clauſuram; vt decretatum eſt *Romæ.* 1583. *in Capitulo Generali à Patribus Ordinis Prædicatorum .*

CONCLVSIO V.

In monialium S. Claræ exequijs in- 10
dultum fuit, tàm Fratribus Minoribus, quàm ipſis monialibus , ſex Fratres ſacris veſtibus induti , clauſuram vt ingredi valeant ; ex conceſſione Pauli III. ad Cadauer Sororis ſepeliendum .

CONCLVSIO VI.

Monialium Vicario , ac Confeſſa- 11
rio , *Vrbanus IV. conceſſit* , vt clauſuram ingredi poſſent , ad commendandam animam Sororis exhalantem ; & porrò , rationabilitèr , & prudenter tale fecit indultum ; cum diabolus fortius eo tempore moribundam , ſuis tentationibus vehementiſſimè inſurgat .

CONCLVSIO VII.

Confeſſarius in præfatis neceſſarijs 12
caſibus , habens ſpecialem licentiam in ſcriptis , ad præſcriptum *Trid. Concil. cap.* 5. *ſeſſ.* 25. licèt in ea nulla fiat de Socio mentio , ſecum ſumendo ; attamen , ſemper implicité ſubintelligitur , vt aſſumat , ſi aliàs , caſus non ſit ità vrgens , vt moram illum ſumendi nôn patiatur , ac præſertim ſi Confeſſarius Regularis exiſtat , ſemper eum ſecum ducere debet , vt cautum eſt *cap.* 13. *de ingreſſu monialium clauſuram Confeſſorum in ordine Patrum Prædicatorum .*

1 Probatur ; nàm , decens eſt , vt 13
Con-

Confeſſarius teſtem habeat ſuarum actionum, dum infrà clauſuram adeſt, & ex illius præſentia, tanto maiori circumſpectione procedere debet, & præſertim ſi Regularis ſit Confeſſarius, quem numquam decet abſque ſocio incedere. ergo vera aſſertio.

14 2 Gregorius, namque 13. hoc non obſcurè indicauit, ſua Bulla exordiente, *Dubijs*, de Prælatis, in caſibus neceſſarijs ingredientibus clauſuram monialium, iubens, vt comitati ingrediantur. ergo multò magis, & à fortiori, Confeſſores cum ſocijs.

15 3 Indecens enim eſt, & ab Eccleſiaſtico more valdè alienum, Fœminam inſeruire Sacerdoti Sacramenta adminiſtranti omnia infirmæ Sorori, & funeralia ſuper illius corpus peragenti, & hoc ob ipſarum monialium etiam decentiam. ergo.

16 4 Nàm talis eſt communis vſus, ac conſuetudo bona, à Sacra Congregatione approbata, quæ decreuit, Confeſſarium, ex antiqua conſuetudine, abſque ſocio ingredi non poſſe monialium clauſuram ad audiendam ibi confeſſionem infirmæ alicuius, & ſocius eſſe debet ætatis excedentis, quinquaginta, & exemplaris vitæ, & maximè ſi ſit Regularis. ergo.

17 5 Probatur, quod non requiritur ſpecialis licentia Socij, cum id conſtet *ex cap. licèt, de priuileg. in 6.* vbi deciditur quod alicui conceſſo ingreſſu ad audienda diuina, tempore interdicti, cæteri quoque conceſſum comitum ingreſſum decentium; ne aliàs inutile priuilegium reddatur, vt ibi *Gloſſa notat verb. non debet*: quæ ratio, in caſu noſtro proportionabilitèr procedit. ergo.

18 6 In omnibus ſanè Confeſſarijs, noſtra procedit aſſertio; ſed multò magis in Confeſſoribus Regularibus, qui continuò in Sacramentis adminiſtrandis, ac in funeralibus peragendis, ſemper ſecum Socium conducere debent, & numquam ab inuicem ſeparari, vt mandatur, in allegato *cap. 13. conſtit. monial. ordin. Patrum Prædicatorum, & in conſtitu. Caſſinenſibus p. 2. cap. 5. & p. 2. cap. 7. in Regula. Sanct. Claræ.* ergo.

Doctorum Allegationes.

Communiter docent has noſtras dictas Theſes Doctores; Ioannes de la Crux vbi ſuprà, not. 3. vbi hæc habet. Licere preſbytero cum ſocio clauſuram intrare, pro omnibus Sacramentis adminiſtrandis Infirmis, ac ſepeliendis defunctis ſororibus, ex priuilegio Innocentij VIII. per ſuam Bullam. 12. Minoribus conceſſam. ille Magiſter Feſtus, in ſuo ſummario conſtitu. Ord. Prædicator. de monialibus, cap. 13. Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 47 art. 4. Miranda, q. 2. de monialibus art. 17. Sanchez, d. l. num. 46. Tamburinus, diſp. 24 q. 3. de iure Abbatiſſarum, Barboſa, de poteſt. Epiſco p. 3. allegat. 102. num. 50. Baſſeus, in ſumm. verb. clauſura, num. 8. Campanil, in rubric. 12. cap. 16. num. 27. Gauantus, verb. clauſura monial. num. 41. manual. Epiſc. Bonacina, de clauſura, q. 4. punc. 4. Diana, p. 3. tract. 2. de dub. regular. reſolut. 52. Pellizzarius, cap. 12. num. 277. & 232. de monialibus, & alij allegandi. 19

CONCLVSIO VIII.

Moniales ſepeliri queunt in Eccleſia exteriori, ſi aliàs, conſuetudo vigeat, ſed quia talis vſus communitèr non reperitur vbique ideò abſolutè dicendum eſt, regulariter eſſe tumulandas in Eccleſia Interiori, ideſt, intrà clauſuram, & in hoc ſtandum eſt, iuxtà vniuſcuiuſque Monaſterij conſuetudinem. 20

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

21 *Aſtruit hanc Theſem noſtram Tamburinus, diſp. 24. q. 2. num. 5. vbi num. 1. refert eſſe conſuetudinem apud Moniales Vallis Vmbroſæ, ſui ordinis, ſepelliri illa in Eccleſia exteriori, & refert etiam quamdam declarationem Sacræ Congregatio. die 21. Septembris, 1594. Pellizzarius. cap. 7. num 11. de monialibus, & cum alijs dicendis; & in hoc ſtandum eſt conſuetudini vniuſcuiuſque Monaſterij.*

CONCLVSIO IX.

22 Moniales, quæ proprietariæ vixerunt, & tales ſunt repertæ, & ſic ex hac vita deceſſerunt; ſunt priuandæ Sacra Euchariſtia, & ſepultura Eccleſiaſtica, *ex cap. cum Moniali, & cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum.*

CONCLVSIO X.

23 Moniales ſunt exemptæ ab ſolutione quartæ funeralis, iuxtà præſcripta à *Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 17. & ex declaratione facta ad hunc locum Concilij, à Pio V. ſub Bulla, etſi Mendicantium ordinis: vbi ſic dicit. Non autem de miſſis, vel alijs, Fratribus ipſis, ſeù monialibus relictis, &c.*

Doctorum Allegationes.

24 *Tradunt hanc noſtram aſſertionem Rodriquez, tom. 1. qq. regular. q. 39. per totum; Portellus, de dub. regular. verb. canonica portio, num. 8. Pellizzarius, cap. 9. num. 17. de monialibus, cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO XI.

Moniales in Eccleſia interiori corpora Laicorum, etiam Mulierum no- 25
bilium, nequeunt tumulare in propria ſepultura, quamuis hoc mandauerint in ſuis teſtamentis, ac legatis ſe ſepelire velle in monialium ſepultura, vt Sacra Congregatio die 1. Martij, 1585. decretauit.

Cui aſſertioni noſtræ multum fauet *Gregorij XIII. declaratio, vbi ait. Corpora volentium in Monialium Monaſterio ſepeliri, in Eccleſia exteriori, & non interiori debet ſepeliri:* Et ſic decretauit abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, neminem poſſe ſepeliri in monialium ſepultura. 26

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur aſſertionem hanc noſtram Tamburinus, diſp. 34. q. 1. num. 2. de iure Abbatiſſarum. Portellus, num. 14. verb. ſepultura de dub. Regular. Pellizzarius, cap. 7. num. 10. de monialium, cum alijs allegatis, & allegandis. 27

CONCLVSIO XII.

Si contingat, Sæcularem aliquem defunctum, ex peculiari licentia Papali aſportari intrà monialium clauſuram, ad ſepeliendum, quòd hodie vix ſanè, euenire queit, attenta declaratione Sacræ Congregationis, & ordinatione relata, *cap. 13. ord. Prædicat.* Confeſſarius debebit aſſociare Cadauer vſque ad ſepulturam, cuius portitores ingredi non debent, ſi moniales ſubiectæ fuerint Regularibus, ſed à Religioſis eſt deferendum; ſi verò locornm Ordinarijs fuerint ſubiectæ, ipſi portitores ingredi poterunt, in tali neceſſitatis caſu, & Confeſſori quarta funeralis, & cæteræ obuentiones funeris obueniunt tamquam parocho, iuxtà dicta. 28

Do-

Doctorum Allegationes.

29 *Defendunt noſtram hanc concluſionem Rodriquez vbi ſuprà, nu.* 14. *Tamburinus, diſp.* 34. *q.* 1. *nu.* 2. *& q.* 5. *nu.* 4. *&* 5. *Pellizarius, cap.* 10. *num.* 233. *& cap.* 7. *nu.* 10. *&* 11. *de monial. Baſſeus, num.* 8. *verb. clauſura monial. Villalobos, tom.* 2. *ſumm. tract.* 35. *difficult.* 47. *& alij.*

CONCLVSIO XIII.

30 Confeſſarius monialium cum Socio valet ingredi clauſuram quoties opus fuerit ad aſſiſtendum infirmæ in extremis laboranti, & ſi nocte, vel die, dormiendi cauſa, labore, laſſus, poteſt parumper ſomnum capere in cubiculo Monaſterij: cum licentia Prælati, cum adhibitis cautelis debitis: vel, & melius, in domo Factoris dormire poterit, ſi eius domus contingua eſt Monaſterio ſi cogeretur longo tempore morari.

31 Nàm Confeſſarij aſſiſtentia cum Socio in tali caſu non ſolum eſt vtilis, ſed etiam valdè neceſſaria in tali ſtatu moniali moribundæ, & inter neceſſarios caſus, iſte numerari debet, in quibus Iura talem ingreſſum concedunt, & Confeſſarij munus eſt, aſſiſtere moniali agonizanti, & in omnibus auxiliari, quia eo tempore occurrere poteſt, aliqua animi perturbatio, àut ſcrupulus, ad quæ omnia remouenda, opus eſt Confeſſarij aſſiſtentia.

Doctorum Allegationes.

32 *Tenent concluſionem hanc noſtram Sanchez, lib.* 7. *de matrimo. diſp.* 34. *num.* 48. *Peyrinus, tom.* 2. *priuileg. conſtitu.* 6. *Pij V. num.* 3. *alios allegans, Tamburinus, diſp.* 24. *q.* 2. *num.* 6. *de iure Abbatiſſarum, allegans Victorellum, Pellizarius, cap.* 10. *num.* 227. *cum alijs.*

CONCLVSIO XIV.

33 Generales, Priores, Prouinciales, eorum Vicarij, & Commiſſarij, Priores locales, ac cæteri Superiores monialium, his ſubiectarum, ingredi valent de Iure clauſuram monialium, & Confeſſarij earum in præfatis neceſſarijs caſibus, & alijs ſimilibus occurrentibus.

34 Item eſt præſtanda venia clauſuram ingrediendi monialium, Gubernatoribus, Prouiſoribus, Medicis, Piſtoribus, Famulis, Famulabus, & ſimilibus, à dictis Superioribus, & Conuerſis profeſſis quæ eleæmoſynas quærunt, &c. *iuxtà Bulla Pij V. Sanctiſſimi, &c.*

CONTROVERSIA XVIII.

AN Regulares Conuerſi, Laici Tertiarij, Oblati, Donati, ſeù Commiſſi, ſepulturam ſibi eligere valeant *liberè*, ac *licitè*?

CONCLVSIO I.

1 Regulares Conuerſi, ſeú Laici vocantur illi, qui ſe, & ſua Religioni obtulerunt, habitu mutato, profeſſione ſolemni, trium votorum ſolemnium emiſſa; ideſt, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis perpetuæ; qui extrà Chorum, & obſequijs humilioribus Monaſteriorum, addicti exiſtunt; qui ſub aliqua regula, & Religione approbata à Sede Apoſtolica viuunt.

Doctorum Allegationes.

2 *Ità aſſerunt Abbas, in cap. non eſt, de Regularibus, Rodriquez, tom.* 3. *qq.*

Regular. q. 21. art. 1. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 6 cap. 7 num. 9. cum alijs communitèr Doctoribus allegandis.

CONCLVSIO II.

3 Conuerſi præfati, de quibus eſt etiam ſermo *in cap. vt lex continentia. 27. q. 1. & in cap. non dubium, de ſent. excommu.* ſi profeſſi ſunt, debent ſepeliri in Eccleſijs ſui ordinis: etſi infrà annum ſuæ probationis, ac Nouitiatus, ratione habitus Religioſi etiam in Eccleſia ſunt humandi, ſi decedant, & vmquam extrà Eccleſiam ſuam humandi ſunt, *iuxtà cap. final. Religioſi, de ſepult. in 6.*

Doctorum Allegationes.

4 *Amplectuntur omnes Doctores citati Controuerſia 15. & ſuper d. cap. final. Religioſi, de ſepultur. in 6. Aſinius, l. familiaria, ff. de Religio. & ſumpt. funer. nu. 36. Lonorius, cap. 11. num. 105. tit. 2. to. 1. variar. lucubrat. & cæteri omnes allegati in d. Controuerſia 15.*

CONCLVSIO III.

5 Conuerſi antè profeſſionem, ſi moriantur, ſepulturam ſibi valent eligere, & poſt profeſſionem, cum licentia ſui Prælati localis, vel ſi remoti à ſuis Conuentibus decedant; & quò ad ſacramenta recipienda, & ſepulturam eis tradendam, idem eſt aſſeaſſerendum, ſicut de Clericis Regularibus eſt reſolutum, inconſultis Parochis ſunt ſepeliendi; ſi etiam moriantur in alienis Monaſterijs aliorum Regularium non electa ſepultura, ſunt humandi in ſuis Eccleſijs, & vbi ſacramenta receperunt: ſi in Itinere, abſque ſepultura electa decedant, per Ciuitates, & loca tranſeuntes, in domibus Sæcularium manentes ſunt in Eccleſia Parochiali tumulandi.

CONCLVSIO IV.

Oblati, Donati, & Commiſſi, dum ſunt intrà ſepta Monaſterij, & ſub obedientia Superiorum viuunt, eiſdem gaudent priuilegijs, quibus fruuntur cæteri Religioſi, quòad ſacramenta recipienda ab ipſis Regularibus, & ſepulturam tradendam in ſuis Eccleſijs. 6

CONCLVSIO V.

Oblati, ſeù Donati, ac Commiſſi ſepulturam ſibi eligere queunt decedentes intrà clauſuram; ſi verò, non eam elegerunt, ſunt in Eccleſijs Monaſterij tumulandi, quibus inſeruiunt, inconſultis Parochis, & eis Religioſi Monaſterij Sacramenta miniſtrare debent, ſicut eſt à nobis dictum de famulis, & familiaribus, ac cæteris Religioſis, & Sæcularibus ad hoſpitium receptis ab ipſis Regularibus in ſuis exemptis locis. 7

Cuius eſt ratio adæquata; quia tales perſonæ habent *velle, & nolle*, & queunt matrimonium contrahere, dum profeſſionem trium votorum ſolemnium non miſerunt; & diſcedere valent quoties eis libuerit, & à Religioſis dimitti, cum ſint ſemi fratres, & tales dicantur, qui licèt ſe, & ſua Monaſterio dicauerint: tamen habitu non mutato, ſaltem ſimpliciter. 8

CONCLVSIO VI.

Tertiarij in Religione viuentes, ac tria vota ſubſtantialia Religionis emittentes, ſub Prælatorum Regularium obedientia viuentes, nequeunt ſibi ſepulturam eligere, niſi de licentia ſuorum Prælatorum, & niſi remoti deceſſerint à ſuis Conuentibus, ſicut de cæteris 9

teris

teris Religioſis diximus.

10 Nàm hi Tertiarij carent proprio *vel-le*, ac *nolle*, & ſubduntur *cap. final. Religioſi de ſepultur. in 6.*

CONCLVSIO VII.

11 Tertiarij illi verò, qui neque tria vota eſſentialia Religionis emittunt nec in communitate, & collegialiter viuunt ſed regulam ſpecialem, D. Dominici, aut D. Franciſci ſeruant in proprijs domibus, quorum viuendi modus dici poteſt ordo, minimè verò Religio, quæ tria vota ſubſtantialia denotat; & ordo in præſentia, quemdam modum viuendi ſignificat, ordinatum ſub certis cæremonijs, & regula, & à Summis Romanis Pontificibus approbatus: nihiloſecius debent ſepeliri in Eccleſijs Regularium, quorum habitum portant, *iuxtà Sixti IV. priuilegium, recitatum, ſaluo tamen iure Parochorum, quò ad quartam ſoluendam illi* de iure communi.

12 *Pars prima Theſis noſtra conſtat; quia Innocentius VII. approbauit pro Tertiarijs, D. Dominici modum, ac regulam viuendi; Nicolaus IV. pro Tertiarijs D. Franciſci. Eugenius IV. & Martinus V. pro Tertiarijs Eremitanorum, D. Auguſtini. Idem Martinus V. pro Tertiarijs ordinis Seruorum Sixtus IV. pro Tertiarijs Carmelitis; Iulius II. pro Tertiarijs Ordinis Minimorum.*

13 2 Pars probatur; quia cum ſint huiuſmodi Tertiarij tamquam Ordinum Membra, & Religioſorum per habitus ſuſceptionem, & fortaſsè, per profeſſionem emiſſam trium votorum ſimplicium, in Eccleſijs ſuorum ordinum Capellam cum Altare erectam, vbi ad diuina officia, & Regulę inſtituta audienda, conueniant, & Superiores habeant, ac ſepulturam virorum, & Mulierum propriam, ac diſtinctam retineant. ergo vera aſſertio.

Nàm ſi illi, qui in morte petunt habitum, & Sixtus IIII. vult, prius ſe declarare velle in Eccleſia Regulari ſepeliri, quamuis alibi elegiſſent ſepulturam, vt ſupra diximus. ergo multò magis dicti Tertiarij in proprijs ſepulturis ſuarum Eccleſiarum Ordinum, erunt ſepeliendi.

CONCLVSIO VIII.

14 Electio Sepulturæ, licèt ex habitus ſuſceptione, ſatis per Tertiarios dictos, electa dignoſcatur, & cenſeatur, atque ex priuilegiorum diſpoſitione ſit manifeſtum; attamen, ad omnem litis, & ſcandali materiam tollendam; Regulares Superiores omninò curent, vt qui habitum Tertij ordinis ſuſcipere volunt, aut per rogitum publici Notarij, aut coram duobus Teſtibus, vel tribus, ſe in Eccleſijs ſepulturam eligere, cuius ordinis habitum recipiunt, in eis poſt mortem ſepeliri velle declarent.

15 Nàm in præſenti caſu, idem eſt agendum, ſicut in illis perſonis, quæ ob deuotionis affectum, quem ad habitum alicuius Sancti ordinis fundatoris gerunt in extremis conſtituti, eius Ordinis habitu indui petunt, & cum eo ſepeliri ordinant, ſeruandum eſſe; vt per eadem priuilegia decernitur, & ipſis Religioſis, in eiuſdem traditione habitus, declarationem talem fieri mandatur *in Sixti IV. priuilegio*, cuius verba, *num.* 72. *Controuerſ.* 15. *retulimus, ſub concluſione* 12.

16 Nec prædictis obſtat, *Leonis X. conſtitutio edita in Concilio Lateranenſi, quò ad Tertiarios præfatos in proprijs domibus viuentes*; quoniam ei deindè ab eodem *Leone X. per ſuam aliam Bullam in indiuiduo derogatum fuit, & poſteà generalitèr derogarunt Paulus IV. Gregorius XIII. Sixtus V. & alij Romani Summi Pontifices*

in ſuis Bullis priuilegiorum, confirmatorijs eiuſdem Concilij decretis, & alijs in corpore iuris inſertis, cum clauſulis efficaciſſimis derogarunt.

CONCLVSIO IX.

17 Tertiarij præfati Regularium Ordinum ſepulturam, in ſuis Eccleſijs habentes in communi, ibi ſunt ſepeliendi de iure priuilegiorum, licèt alibi ſepulturam eligant, ſiuè ex hac vita decedant, abſque illius electione.

18 Cuius ratio eſt formalis; quia habitum Religioſorum deferunt, & eſt in praxi manutenenda, & omninò obſeruanda *Bulla recitata Sixti IV.* cuius verba retulimus, vt nuper diximus, *num.* 72. *Contro.* 15. *ſub concluſ.* 12. ad quem locum Lectorem mittimus ad videndum. Et etiam, quia ſic declarauit *Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. die* 20. *Decembris*, 1618. *de re iſta interrogata; Antonius Cardinalis Saulus, V. Theatinus, Secretar. loco † ſigilli.*

CONCLVSIO X.

19 Tertiarios collegialitèr viuentes, aut cum clauſtralibus habitantes, valent Regulares in ſuis Eccleſijs, inconſultis Parochis ſepelire; ſecus verò ſi careant qualitatibus dictis, eſt aſſerendum, & in tali diſpoſitione eſt Parochus adhibendus in funeris aſſociatione.

20 *Ità Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. decreuit, Romæ die* 11. *Decembris.* 1615. *Antonius Maria Gallus Cardinalis. V. Theatinus Secretar. loco † ſigilli.*

Doctorum Allegationes.

21 *Præfatas omnes Theſes noſtras edocent Confect..us, in ſummario priuilegior. Mendicant. tit.* 20, *cap.* 12, & 13. *de ſepultur. Lauorius, tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 102. & 103. *Barboſa, in Collectan. Bullar. verb. Tertiarij, & verb. Regulares, quòad ſepulturam* 8. *Gauantus in ſuo manu. Epiſco. verb. Tertiarij, num.* 11. *Caſſarubius, in compend. priuilegior. Mendicant. verb. Tertiarij, Soſa, in tract. de profeſſio. Tertiarorum, fol. mihi,* 202. *Peyrinus, in conſtit.* 4. *Sixti IV. num.* 37. & 38. *Lezana, tom.* 2. *cap.* 14. *Cochier, tract. de iuriſdict. Ordinariorum, in exemptos, tom.* 1. *p.* 1. *q.* 17. *Rodriquez, tom.* 3. *qq. regular. q.* 72. *art.* 2. *Corillus, lib.* 3. *de Tertiarijs, cap.* 5. *Portellus, de dub. regul. verb. Tertiarij, num.* 4. *Ioannes Silueira, tract. de Tertiarijs Carmelitis, & alij nominandi.*

CONTROVERSIA XIX.

AN Sorores Tertiariæ, Ordinum Regularium, ſibi ſepulturam eligere valeant? vbi plura ſcitu digna, & curioſa reſoluuntur ad rem, de Monialibus in genere.

CONCLVSIO I.

Moniales Regulares humari debent in ſuis Monaſterijs intrà clauſuram, & in ſuis ſepulturis nullatenùs Sæcularium Cadauera, etiam nobilium Mulierum, quæ in ſuis teſtamentis legatum relinquentes id mandauerint. 1

Sic deciſum fuit à Sacra Trid. Concilij Congregatione, ſuper cap. 5. *ſeſſ.* 25. *de Regular. & à Sacra Epiſco. & Regul. Congreg. die* 1. *Martij, Romæ.* 1585. *quæ ſic Cardinali de Florentia reſcripſit, qui poſteà fuit Papa Leo vndecimus, & eadem ſimi-* 2

Digitized by Google

ſimiliter reſcripſit, die 6. Iunij. 1585. *Archyepiſcopo Raguſino.*

CONCLVSIO II.

3 In Monialium Eccleſia exteriori tumulari poſſunt, ſi aliàs, alibi ſepulturam non eligant, ac de iure tenentur, illarum famuli, factores, ſeruigiales, & hortulani, atque omnes ſumptibus earum alimentati, & cæteri omnes, qui ſibi ſepulturam in ſuis Eccleſijs elegerunt.

4 *Eadem Sacra Epiſco. & Regular. Congregat. declarauit, die* 21. *Septembris,* 1599. *ad petitionem Patris Generalis Carmelita illius temporis.*

CONCLVSIO III.

5 Moniales extrà ſua Monaſteria exiſtentes occaſione Infirmitatis, putà, in balneis, aut alibi, iuſtis de cauſis, remotæ admodum à ſuis Monaſterijs, ex hac vita decedentes, *licitè*, ac *liberè*, ſibi ſepulturam eligere valent.

6 Nàm gaudent etiam ipſæ eiſdem priuilegijs, quibus fruuntur cæteri Regulares, ac *cap. final. Religioſi, de ſepultur. in* 6. ſubijciuntur; cum nequeant ad propria Monaſteria ſe transferri.

CONCLVSIO IV.

7 Moniales ſi in itinere vbi adſunt Monaſteria ſui ordinis, ac decedant abſq; ſepulturæ electione, ſeù cum eiuſdem electione; ſunt in Eccleſia illius Monaſterij ſui Inſtituti ſepeliendæ. ſi verò non reperiantur, ac moriantur in domibus ſuorum Parentum, Amicorum, ſeù Benefactorum, ſepelientur in ſepultura ſuorum Maiorum, ſi ibi habeant; ſin autem ea careant, in ſepultura Parochiali, à cuius Parocho Sacramenta receperunt ſi ſepulturam non elegerint ante mortem.

Quarè ſi dictæ Moniales ſubijciantur Regularibus Prælatis, omnia ſunt circà Sacramenta, & ſepulturam peragenda à Religioſis ſuorum ordinum ſi adſint, vbi decedunt, inconſultis Parochis; à quibus tamen in ipſorum Religioſorum abſentia, & carentia, hęc munia fient; & ſepulturæ expenſæ ſumptibus ſuorum Monaſteriorum fient, aliàs, ex Deiamore, & charitate, vt de Religioſis pauperibus eſt dictum, nihil in communi poſſidentibus, fiet funerale. 8

CONCLVSIO V.

Tertiariæ Sorores, Regularium Ordinum, à Regularibus ſepeliri poſſunt, ac omninò de iure debent *licitè*, ac *liberè*, *pleno iure*, in ſuis Eccleſijs inconſultis penitus ipſis Parochis, quoties videlicèt, virginalem, aut cœlibem, ſeù caſtam vidualem, expreſſo voto, ac ſub habitu Religioſo vitam ducant, cuius ſunt ordinis, & ſub hoc voto non includitur votum obedientiæ, atque paupertatis, licèt in Conſanguineorum, aut Affinium, ſiuè proprijs domibus, ſeù ſeorſum habitent, & gaudent proindè priuilegijs omnibus, & gratijs, quò ad Sacramenta adminiſtranda illis, & ſepulturam tradendam, quibus aliæ Moniales profeſſæ intrà clauſuram degunt, fruuntur. 9

Concluſio eſt certiſſima, *ex pluribus deciſionibus factis à Sacra Congregatione, putà Concilij Trid.* 1608. *alia autem ſub his verbis facta, quandò interrogata fuit; Reſpondit. Cum inter Fratres Reformatos Ordinis Minorum obſeruantia D. Franciſci, necnon pro tempore, exiſtentem Archypresbyterum, ſeu Parochum loci Fiani, Ne-* 10

Nepiſinæ Diœceſis in ſepeliendis eiuſdem ordinis Tertiarijs, diuerſæ vt plurimum orirentur Controuerſiæ; ſupplicatum fuit nomine Patris Cuſtodis eorumdem Fratrum, Prouinciæ Romanæ ab hac Sacra Congregatione Cardinalium, negotijs Regularium Præpoſitorum, infrà ſcriptam reſolui petitionem.

11 *An ſcilicèt, Tertiarum ſui ordinis Cadauera in Eccleſijs paritèr ſuæ Religionis ſint ſepelienda; ſic Reſpondit: Tertiarias Mulieres, virginalem, vel cœlibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiarum habitu vitam ducant, poſſe, & debere, etiam inuito, ac minimè requiſito Parocho, in ſupradictis Fratrum Eccleſijs ſepeliri: ſecus verò ſi ſupradictis qualitatibus careant. Romæ die 11. Decembris. 1615. Antonius Maria Cardinalis Gallus, V. Theatinus Secretarius. loco † ſigilli.*

Et eadem Congreg. die 20. Decembris, 1618. reuoluto anno, idem reſoluit. Antonius Cardinalis Saulus. V. Theatinus, Secretar. loco † ſigilli.

CONCLVSIO VI.

12 Tertiariæ, quæ prædictis qualitatibus carent, ſi elegerint, vel non elegerint ſepulturam, ſunt nihiloſecius ſepeliendæ in ſepultura aliarum Tertiariarum, quæ in Eccleſijs ſuorum ordinum reperitur; aliàs, aut in ſepultura ſuorum maiorum, ſi habeant; vel vbi eam elegerint, ſed non ea electa, in Eccleſia Parochiali cum Parochi interuentu, & ſine ſui præiudicio.

Eadem Sacra Congregat. relata, ſic declarauit.

CONCLVSIO VII.

13 Tertiariæ præfatæ virginalem, cœlibem, aut caſtam vidualem vitam ducentes, voto ſimplici dumtaxat emanato; ab Ordinarijs locorum minimè ſunt interrogandæ, an coactæ, vel ſeductæ ſint; ſicut de Monialibus in Clauſura degentibus, fit.

CONCLVSIO VIII.

Tertiariæ dictæ ad habitum non admittantur niſi ſpectatæ vitæ fuerint, & 14
annorum ſaltem quadraginta, quæ de proprio habeant, vt ſufficienter viuere queant, & non cum alijs viris, quàm cum Conſanguineis, vel Affinibus, in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & à Diœceſano prius licentia impetrata, qui non alitèr eam concedat, quàm ſi ei de prædictis qualitatibus, diligenti præuio examine conſtiterit. In habitu verò deferendo, omninò abſtineant à velo ſuprà caput, quod *Superiutam* vocant, à pectorali, vulgò, *ſottogola*, & à patientia.

Has duas Theſes, dicta Congregationes Cardinalium declararunt, non debere 15
Diœceſanum explorare Tertiariarum voluntates, ſi degunt ſimul cum ſuis parentibus, & ibi votum Cælibatus emittunt.

Doctorum Allegationes.

Pro his omnibus aſſertionibus noſtris allegantur Doctores omnes, num. 21. Supe- 16
rioris Controuerſiæ allegati, & alij allegati Controuerſia 15. & allegandi.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA.

De Sepulturæ Electione à quibus perſonis Sæcularibus legitimè, ac Canonicè fieri poſſit, vel non poſſit, diſputatur.

CONTROVERSIA PRIMA.

Qvæ namque perſonæ licitè, ac validè ſepulturam ſibi eligere valeant? vbi alia curioſa ſcitu digna ad rem, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Perſona quælibet fidelis Catholica ſui iuris exiſtens, *licitè*, ac *validè*, *pleno iure*, ſepulturam Eccleſiaſticam ſibi eligere valet in Eccleſia ſiuè Sæculari, ſiuè Regulari, & in propinquis, & vicinis partibus, quàm in remotis; & etiam extrà Eccleſiam, putà, in Capitulo, Clauſtro, Sacriſtia, Cœmeterio, & in locis minùs Religioſis.

2 *Clarè conſtat concluſio, ex cap. 1. cap. cum liberum, cap. cum quis, §. ſi quis de ſepultur. in 6. ex cap. contra, 13. q. 2. & ex alijs iuribus citandis.*

CONCLVSIO II.

3 Sepulturæ electio, in alia Eccleſia, præter Parochialem à Parocho minimè gentium impediri valet, dummodo ſua quarta fuenralis habeatur ab eo, ſi aliàs, illi de iure debetur iuxtà in Superioribus tradita.

Ità Sacra Rituum Congregat. in vna Capuana, die 31. Martij. 1629. decretauit, & declarauit.

CONCLVSIO III.

Sepulturæ tradi queunt in Eccleſia non Parochiali ſibi defuncti priuſquam è vita decederent elegerunt licèt, ſinè Parochi præſentia, vel ſi requiſitus, intereſſe, recuſet, vel licentiam petitam, deneget: licèt hæc omnia non requirantur, niſi vrbanitatis gratia, & reuerentiæ, erga Parochum. 4

Eadem Sacra Rituum Congregatio in vna Capuana, die 22. Decembris, 1269. declarauit.

Doctorum Allegationes.

Has Theſes noſtras amplectuntur Gloſſa, in cap. 1. de ſepultur. verb. alienam, 5 *& cap.*

Digitized by Google

& cap. cum liberum, eod. tit. Ioan. Andræ, in cap. cum animarum, de ſepultur. in 6. cap. 2. 13. q. l. 1 Cod. de Sacro Sanct. Eccleſ. cap. certificari, vbi Hoſtienſ. de ſepultur. Canoniſtæ communiter in dictis iuribus, Innocent. in cap. de vxore, de ſepultur. in 6. Syluest. verb. ſepultura, num. 6. Angelus, Roſella, Armilla, & cæteri ſummiſtæ, verb. ſepultura, Lauorius, tom. 1. variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 11 num. 1. Zechius, de Republ. Eccleſiaſt. cap. 28. num. 17. de Parocho, Bellettus. p. 1. diſquiſit. cleric. §. 13. de cleric. debit. num. 13. Paſqualigus, deciſ. 381. num. 1. Venerus, in exam. Epiſco. lib. 3. cap. 12. num 2. Barboſa de officio Parochi, cap. 26. num. 19. Natta, conſil. 432. Riccius, reſolut. 563. in 2. edit. & cæteri omnes de communi ſententia.

CONCLVSIO IV.

6 Sepulturam alienam quis valet eligere inuito Parocho, etiam non ſuus Parochianus, in illa Eccleſia, licèt ſit diuerſæ Diœceſis, & dummodò commodè transferri, ac ſepeliri poſſit, ſanè eligere de iure valet.

Doctorum Allegationes.

7 *Aſſerunt hanc noſtram Theſem communitèr Doctores in cap. 1. de ſepultur. Lauorius, num. 35. vbi ſuprà, Barboſa, de offic. Parochi, cap. 26. num. 20. cum cæteris nominatis, ac nominandis.*

CONCLVSIO V.

8 In Sepultura aliena, illius Patrono contradicente, Nemo ſepeliri poteſt, licèt Parochus, cum D. Epiſcopi venia, & in caſu neceſſitatis aliquandò hoc permittere poſſet, & id *quòd in cap. 1. de ſepultur. dicitur*; quòd poſſit aliena ſepultura eligi; eſt ſanè intelligendum, de alterius ſepultura Eccleſiæ, quàm ſuæ Parochiæ, vt nuper diximus.

Doctorum Allegationes.

Ità autumant Theſem hanc noſtram Abbas. cap penult. de ſepultur. num. 5. Romanus, ſingul. 692. Lauorius, num. 38. vbi ſuprà, cum alijs dicendis. 9

CONCLVSIO VI.

Sepulturæ electione facta decedentes ex hac vita; ſi deindè ob aliquod impedimentum non potuerint ibi ſepeliri; Diœceſanus, ſeù eius Vicarius arbitrari debet in tali caſu, in qua videlicèt, Eccleſia ſunt ſepeliendi, habito reſpectu ad coniecturas, & deuotionem decedentium mortuorum. 10

Doctorum Allegationes.

Ità praxis Archyepiſco. Neapolitana, cap. 26. num. 5. Lauorius, num 41. d. l. cum alijs allegatis Doctoribus, & allegandis. 11

CONCLVSIO VII.

Sepulturam ſibi eligere valet Filius Familias, dum pubes ſit, & ſui ſit iuris, *vt Iura volunt, cap. vnaquæque §. exemplo, 17. q. 2. cap. 1. de ſepult. cap. licet, eod. tit. in 6. & eadem eſt ratio, ac de Vxore.* 12

Nàm, Sepulturæ electio cum ſit quid ſpirituale, ad eum ſpectat ſtatum, in quo filius familias, ius habet Proprium. 13

Doctorum Allegationes.

Tuentur aſſertionem noſtram, Imola; in cap. ea parte, num. 6. de reſtitu. ſpoliat. Molina, tom. 1. de iuſt. & iure tract. 14

tract. 2. diſp. 214. Layman. lib. 3 tract. 5. cap 12. q 3 num. 5. Belletus , p. 1. diſquſit. Cleric. §. 3. de Cleric. debit. nu. 12. Paſqualigus , deciſ. 381. num. 4. Lauorius , num. 109. vbi ſuprà , & communiter Canoniſtæ, in citata iura , & alij nominandi .

CONCLVSIO VIII.

15 Seruus , ſimilitèr, ſi pubes, ac ſui ſit iuris , ſepulturam ſibi *liberè* , ac *licitè* , eligere valet, quia dominus in ſpiritualibus haud poteſtatem in ſeruum habet; & ipſe ſeruus, pleno iure talem habet poteſtatem .

Doctorum Allegationes .

16 *Eſt hac noſtra Theſis Ioan. Andrea, in cap. de vxore , de ſepult. in 6. Hoſtienſ. in cap. 1. de coniug. Seru. Syluest. verb. ſepultura , num. 6. ſuffragatur Petrus de Vbald. de cano. portio , cap. 11. ſequitur Lauor. num. 146. cap. 11. tit. 2. Portello libet , de dub. regul. verb. ſepultura , nu. 6. Paſqualigus deciſ. 381. num. 7. docet , cum alijs referendis .*

CONCLVSIO IX.

17 Seruus Pubes ſi moriatur abſque ſepulturæ electione , cum Dominus pro eo eligere nequeat , ſepelietur in Parochia , vbi eius Dominus domicilium habet , vel ſi habet propriam ſuorum maiorum , ibi ſepelietur . Si verò ſeruus eſt Impubes , poteſt Dominus pro eo ſepulturam eligere : quia Dominus comparatur ad ſeruum , ſicut Pater ad Filium , & præcipuè in ordine ad ſpiritualia , & curam ipſius gerere debet , & ius quod eſſe deberet in ſeruo , eſt in Domino .

Doctorum Allegationes.

18 *Aſſerunt aſſertionem noſtram Innocentius , in cap. de vxore , de ſepultur. in 6. Syluest verb. ſepultura , num. 7. Petrus de Vbaldis , de cano. port Epiſco. cap. 11. Medices , de ſepultur. q. 8. Ioan. Andr. in cap. de Vxore , de ſepult. in 6. Lauor. vbi ſupra , num. 146. Belletus , p. 1. diſquiſit. Cleric. §. 3. de cleric debit. num. 17. Barboſa , in cap. 1. de ſepultur. in 6. Paſqualigus , deciſ. 397. num. 1. & 2. Aſinius , in l. familiaria ſepultur. de Religio. & ſumpt. funer. num. 52. Ganantus , num. 8. verb. ſepult. & alij .*

CONCLVSIO X.

19 Sepulturam , qui eligere legitimè non poteſt , eſt in ſuorum Maiorum ſepultura humandus , vt ſunt præſertim impubes , ſic Maioribus ſuis volentibus , non obſtante Romano Rituali .

20 *Concluſio tota conſtat ex cap. 1. de ſepultur. & quia etiam ſic declarauit Sacra Epiſco. & Regular. Congregat. in vna Auſculana , die 21. Octobris , 1616.*

Doctorum Allegation es .

21 *Ità aiunt concluſionem noſtram , Barboſa , de officio Parochi , cap. 26. num. 38. Diana , p. 5. tract. 3 reſolut. 107. Ganantus , num. 7. verb. ſepultur. in ſuo manuali Epiſco. cum alijs citandis .*

CONCLVSIO XI.

22 Sepulturam , qui ſibi antè ſuum obitum minimè elegit , & propria caret ſuorum Maiorum , de iure communi eſt in Eccleſia Parochiali humandus. at ſi conſtiterit , illam habere , in ea eſt tumulandus , *ex cap. 1. & cap. is , qui de ſepultur.* nàm cenſentur omnes de familia

milia, ius ſuorum Maiorum, acquiſiuiſſe.

CONCLVSIO XII.

23 Filius, ſi decedat antè ſuum patrem, abſque ſepulturæ electione, ac eius Pater ſibi ſepulturam elegit, aut conſtruxit: in ea eſt ſepeliendus.

24 Nàm, eo ipſo, quòd eſt pro familia deſtinata ſepultura ſi nulla fiat ſpecialis ſepulturę electio, remanet ei addictus quicumque de familia reperitur: quia de familia omnes cenſentur domicilium ibi acquiſiuiſſe.

CONCLVSIO XIII.

25 Filius adoptiuus ſi viuente Patre, moriatur adoptante, in illius ſepultura eſt ſapeliendus; ſiuè adoptans ſit viuus, ſiuè mortuus, cum adoptatus in iura filij naturalis ſuccedat; conſequenter etiam in ſepultura Patris naturalis.

CONCLVSIO XIV.

Adoptatus ſi illius adoptans careat
26 ſepultura, & ipſe ſiuè viuat, ſiuè mortuus ſit, eſt ſepeliendus, prout adoptatus non eſſet, in ſepultura ſuorum Maiorum ſi adeſt, & ſi eam non elegit, in Eccleſia Parochiali,& durante adoptione Pater poteſt pro Filio impuberi adoptiuo ſepulturam eligere. conſtat aſſertio, *ex cap. vnic. de cognat. legali, & l. ff. de adoptatione*.

Doctorum Allegationes.

27 *Tenent has Theſes noſtras* Ioan. *Andr. in nouellis, de conſuetudine: Syluest. verb. ſepultura, num. 6. Paſqualigus, deciſ.* 403. *num.* 1. *&* 3. *Aſinius, in l. familiaria ſepulchra, num.* 8. *ff. de religio. & ſumpt. funer. Petrus de Vbaldis, de cano. portio. Epiſco. cap.* 9 *num* 14. *Lauorius num.* 124. *cap.* 11. *tit.* 2. *& alij*.

CONCLVSIO XV.

Filius renuncians hæreditati paternæ, tamen eſt ſepeliendus in paterna ſepultura ſi adeſt, & ſi non adeſt, vbi eam ſibi elegit, aut ea non electâ in Eccleſia Parochiali. 28

Nàm quamuis filius renunciet hęreditati paternæ, non proindè renunciat coniunctioni ſanguinis, & amoris, ratione cuius, vnio in eadem ſepultura debetur, *cap. ebron.* 13. *q.* 2. *& l. vel quòd, eodem ff.* 29

CONCLVSIO XVI.

Filius quamuis exhæredatus, vel præteritus fuerit adhùc tamen, ſepeliri debet, cum patre humanitatis gratia. *L. vel quod eodem. ff. & l. ſi quis fuit hares, eod. tit.* ſecùs verò eſt eſſerendum, ſi ex iuſto odio Teſtator id vetauerit *vt eadem lex habet, vel quòd*; quia Teſtator poteſt de ſepulturæ iure diſponere, quod proprium eſt. 30

CONCLVSIO XVII.

Pater ſi crimine leſæ Maieſtatis damnatus ſit; tùnc in tali euentu, filius exhæredatus omninò à Fiſcho, à iure ſepulturæ etiam excluditur; *vt habet lex.* 1. §. *interdum etiam, ff. de ſuis, & legitimis, &c.* 31

Doctorum Allegationes.

Subſcribunt his omnibus aſſertionibus noſtris, Ioan. *Aſinius, num.* 9. *vbi ſuprà, Gloſſa, in l. ſi quis fuerit, ff. de religio. & ſumpt. funer. Paſqualigus, deciſ.* 403. 32

403. *num.* 4. *& ſeqq. Lauorius, num.* 112. *& cap.* 11. *tit.* 2. *tom.* 1. *variar. lucubrat. & alij.*

CONTROVERSIA II.

AN Vxor Marito, aut Patre contradicentibus, ſepulturam ſibi eligere valeat *licitè*, ac *liberè*, vbi alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Vxor de iure communi, *pleno iure*
1 valet *licitè*, ac *liberè*, ſepulturam eligere viuente etiam Marito, & nolente, atque Patre viuente, & contradicente.

2 Patet manifeſtiſſimè *Ex cap. de vxore, cap. is, qui, §. Mulier, de ſepult. in 6.* talis enim electio, ad eum potius ſtatum pertinet, in quo Mulier ſoluitur à lege viri.

Doctorum Allegationes.

3 *Doctores ſunt huius noſtræ Theſ:s, Abbas antiquus, Innocent. Zabarella, Butrius, Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſtienſ. Henric. Anchar. Gloſſa, cum cæteris Canoniſtis, in cap. de vxore, & in cap. is, qui §. Mulier, de ſepultur. in 6. Barboſa, ad hac loca Ximen. Toletanus, in concordantijs vtriuſque iuris, cum legibus Caſtellæ, p.* 1. *&* 2. *Vinianus, in ſuo rationali, lib.* 3. *iuris Pontificij, fol. mihi*, 240. *Alagona, in compend. iuris cano. fol. mihi* 457. *Antonin. Auguſtinus, in collectan. decretal. lib.* 3. *tit.* 24. *cap.* 7. *Spinus, in ſpeculo teſtam. gloſſa.* 2. *num.* 41 *Zecchius, de Republica Eccleſiaſt. cap.* 28. *de parocho, num.* 17. *Belletus, diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. debit.* §. 56. *Lauorius, cap.* 11. *num.* 130. *tit.* 2. *tom.* 1. *variar. lucubrat. Paſqualigus, deciſ.* 381. *num.*3. *cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO II.

Vxor ſi moriatur ante Maritum, ſepultura non electa, & cum pace, & amore Mariti, qui ſepulturam habens, in tali ſepultura eſt humanda, §. *Soror* 13. *q.* 2. ſi verò eius Maritus ſepulturam non habet, nec etiam ſuorum Maiorum, eſt ſepelienda de iure, in Eccleſia Parochiali: ſin autem eius Maritus ſit abſens, & careat ſepultura propria, & adeſt illa ſuorum Maiorum, & Mariti voluntas declarari nequit, erit ſepelienda in ſepultura ſuorum Maiorum, ipſius vxoris, & illa ſi ipſa careat, in ſepultura Maiorum Mariti, in tali caſu; ſi verò plures Maritos habuerit, vltimum ſequetur quò ad ſepulturam, ſi cum pace vnione, & amore vixerint inter ſe, aliàs non, in Parochia, ſi careat ſuorum Maiorum. 4

Nàm per copulam carnalem ſunt effecti vna caro, & *quos Deus coniunxit homo non ſeparet:* ac proindè etiam in morte eſſe debet cum Marito vxoris coniunctio; & quia vxor ſequitur domicilium Mariti, ac dignitatem, *cap. is, qui §. Mulier, de ſepult. in 6.* & quia, vtique attenditur cauſa proximior, & immediata. 5

CONCLVSIO III.

Vxor vidua manês extrà Parochiam mortui Mariti, ſi non elegit ſepulturam, eſt ſepelienda in ſui Mariti ſepultura, ſi eam habet, cum quo eſt pacificè, & cum amore, & vnione habitata, & vixit, ſi aliud de patriæ conſuetudine, ac loci, non ſit in 6

con-

contrarium, immemorabili iure canonico præſcripta; ſi verò non habeat, in Eccleſia eſt Parochiali humanda.

CONCLVSIO IV.

Vxor ſi decedat abſq; ſepulturæ ele-
7 ctione, & copula carnalis non ſit cum Marito ſequuta, nec ad domum ſuam eſt profecta, ſi careat ipſa ſuorum Maiorum ſepultura, erit ſepelienda, in Eccleſia Parochiali.

Doctorum Allegationes.

Has noſtras Theſes omnes autumant
8 *Molfeſius, tom. 2. ſumm. tract. 13. cap. 8. num: 22. alios plures allegans, Belletus, diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de cleric. debit. §. 3. num. 11. & 16. Syluest. verb. ſepultura, q. 7. §. 5. Gauantus, verb. ſepultura, num. 14. in manuali Epiſco. Turrecremata, in cap. facultas, art. 3. num. 10. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 108. Nouarius, de elect. fori, q. 3. ſect. 3. Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 13. 132. & 137. Victorellus in addict. ad Poſſeuinum, cap. 14. append. 2. Mancinus, fol. mihi 495. dub. 22. in ſua praxi viſit. infirm. Barboſa, de offic. Curati, cap. 26. num. 29. Riccius, p. 4. in ſua praxi Eccleſ. reſolut. 293. num. 11. Petrus de Vbald. cap. 11. num. 20. de cano. port. Crauetta, conſil. 11. num: 6. & alij.*

Adeſt deciſio Sacræ Congregationis Ri-
9 *tuum, in vna Senogalienſi, die 15. Ianuarij, 1633.*

CONCLVSIO V.

Maritus poſt ſuam vxorem moriens,
10 quæ ſibi, e. g. ſepulturam elegit, licèt in pace, ac vnione vixerint inter ſe; Attamen, non tenetur ſequi ſuæ vxoris ſepulturam, ſed eſt humandus in ſua electa, vel ſuorum Maiorum, & his non habentibus, in Eccleſia Parochiali, aut vbi eſt de conſuetudine.

CONCLVSIO VI.

Regula eſt vniuerſalis, nimirum, Parochianos ſepeliri debere, haud in Parochia, ſed vbi ſunt maiores eorum humati, ſunt tumulandi, ſi careant propria ſepultura, & eam non elegerunt, in Eccleſia tunc Parochiali ſunt ſepeliendi. 11

Cuius eſt ratio, quia ſepulturæ vnio, ex charitate, & multa dilectione procedit, quę inter viuos fuerat. ſed Parochiani dum habent propriam ſepulturam Maiorum ſuorum, inter quos, in vita fuit vnio, & charitas maxima propter Patris, & Aui conſanguinitatem. ergo vera concluſio. 12

Doctorum Allegationes.

Docent has Theſes noſtras Superiores Scriptores, & inſuper Gloſſa, in cap. 1. de ſepultur. & cap. is, qui, eod. tit. in 6. Archidiaco. & Ioan. Andr. in cap. animar. de ſepultur. in 6. Syluest. verb. ſepultura, num. 8. cum alijs nominandis. 13

CONTROVERSIA III.

An Vxor, licèt ſit Mariti domum ducta, & nihiloſecius copula non eſt ſequuta, vel è contrà, & etiam ſi vidua exiſtat: eſt ne in ſui Mariti ſepultura ſepelienda, ſi illam non elegerit, ac deceſſerit? vbi alia reſoluuntur, ſcitu digna.

CON-

CONCLUSIO I.

1 Vxor abſq; ſepulturæ electione mortua, quamuis ad Mariti domum ducta ſit, ac carnalis copula ſequuta haud ſit, & è contrà; & etiam, ſi vidua exiſtat, in Mariti ſepultura eſt humanda.

2 Cuius ratio eſt adæquata; quia vxor omnia retinet priuilegia, quæ viuente Marito habebat, & hoc vtique ſi reuerſa foret ad Patris domum, eiuſq; domicilium ſequitur, & dicitur coniugium prioris Mariti, ſi aliàs, in pace vixerint, inter ſe, & amore bono coniugali.

Doctorum Allegationes.

3 *Ità aſtruit Gloſſa in cap. is, qui, §. Mulier, de ſepult. in 6. Crauettus, conſil.* II. *num. 6. volum.* I. *vbi refert, ex Valerio Maximo, lib. 4. M. Plautium, cum vxore ſepultum fuiſſe ab Amicis, quorum epultura adhùc, ea atate Tarenti inſpiciebatur*, Iulius *Lauorius, num.* 133. *cap.* II. *tit. tom.* I. *variar. lucubrat. cum alijs.*

CONCLUSIO II.

4 Vxor eſt ſepelienda vbi eſt ſuus Maritus, licèt, ſepultus eſſet in ſepultura peregrinorum, ſeu vagabundorum, dummodo corpus commodè ad talem ſepulturam deferri poſſit, & ipſa non ſibi ſepulturam elegerit.

CONCLUSIO III.

5 Vxor, licèt accuſata de Adulterio ſit, ſi pendente lite moriatur, adhuc in Mariti ſepultura ſepelietur, ſi eam non eligerit, & dato. quod illa defuncta, ſententia feratur contrà ipſam, non per hoc eſt exhumanda, quia à principio fuit legitimè ſepulta, quo caſu, non retrotrahitur, etiamſi Matrimonium nullum eſſet declaratum, ſicut etiam, non retrotraheretur, in præiudicium etiam ſuſceptæ prolis; *cap. inhibitio de clandeſt. de ſponſal.*

CONCLUSIO IV.

6 Vxor, ſi adulterium commiſerit; vnde ſequuta ſit thori ſeparatio; in tali caſu, priuabitur Mariti ſepultura, & ſepelietur in ſepultura ſuorum Maiorum Patris: ſi non aderit, nec elegerit, in Eccleſia Parochiali. Et ſi cum Marito reconciliabitur, recuperabit ſepulturam, quia Maritus poteſt ſibi vxorem reconciliare, nedum ante ſententiam, *cap. quemadmodum, de iure iurando*; ſed etiam poſt latam ſententiam, *cap. de illa, de diuortio.*

CONCLUSIO V.

7 Matrimonium, quandò equidem contractum eſt, ſed copula carnalis haud eſt ſequuta, nèc ad domum Mariti eſt ducta, & ſic non ſunt effecti vna caro, in tali euentu, Mulier decedens non ſepelietur in Mariti ſepultura.

8 Cuius eſt ratio formalis; quia non ſequitur viri forum; ergo multò magis, in ſponſa, de futuro, *cap. de vxore, de ſepultu. in 6.*

CONCLUSIO VI.

9 Sententia quandò fuit lata ſuper chori ſeparatione, in cauſa Adulterij, & Maritus non fuerit reconciliatus, propter quod eam è domo eiecit; in tali euentu, eſt indigna Mariti ſepultura effecta, & definit eſſe illius domicilium. *cap. item.* 13. *q.* 2.

Digitized by Google

CONCLVSIO VII.

10 Maritus ſi fuerit ſepultus de facto ; & non de iure, vel vt excommunicatus, ſeù hæreticus, vxor eius haud ſepelietur in Mariti ſepultura, ſed in ſepultura ſuorum Maiorum Patris, ſi habeat eam, aut in Parochia, ſi ea careat.

CONCLVSIO VIII.

11 Concubina minimè ſepelietur in Amaſij ſui ſepultura, ſed ſi pænitens decedat in ea, quam ſibi elegerit, vel ea non electa, in Parochia; ſi verò impenitens moriatur, ad campum ibit.

CONCLVSIO IX.

12 Maritus ſi elegerit ſepulturam antè eius obitum, fieri debet ipſa, & antequam Vxor eius moriatur, ſi non habet ſuorum parentum Maiorum; aliàs, hoc eſſet in Parochi fraudem, quòd nemini patrocinari debet; *cap. is, qui, de ſent. excommu. in 6.* ſi non elegerit illam, in Parochia eſt tumulandus, tàm vir, quam vxor, non electa ſepultura. de hac re videatur *controuerſia ſequens nu.* 38.

Doctorum Allegationes.

12 *Has omnes Theſes ſequuntur omnes citati Doctores num.* 3. *Petrus de Vbaldis, tract. de cano. portio cap.* 11. *num.* 20. *&* 26. *cum ſeqq.* Ioannes *Aſinius, in l. familiaria, ff. de Religio. & ſumpt. funer. Medices, q.* 7. *de ſepultur. num.* 20. *Lauorius, num.* 134. *vbi ſuprà cum ſeqq. & alij.*

CONTROVERSIA IIII.

AN Vxor proditoriè à Marito iniuſtè occiſa, de Iure ſepeliri debeat in ſepultura Mariti proditoris occiſoris, aùt in ſepultura Maiorum ſui Patris, adhuc viuentis, qui vult in tali ſepultura, humanda ſit, cum ipſa non poterit eam ſibi eligere.

EXPLICATIONES.

Præſentis Controuerſiæ Materia, 1
procùl dubio plauſibilis ſanè eſt: quia videlicèt noua exiſtit, ac nullus ex Scriptoribus inuenitur hactenus, vt ſuper eam ſcripſerit; quòd proindè occiſæ vxoris Pater Florentiæ, vbi caſus contigit hoc anno 1647. Menſe Iunij, vt audiui, Neminem Aduocatum ſcribere voluiſſe inuenit, cum caſus ſit ſingularis, ſuper quem inſtanter petitus fui ad ſcribendum; & quid hac in re ſentirem, meam pronunciarem ſententiam. Nàm ſtatim hac de cauſa lis, & Controuerſia Magna orta fuit inter Parentes Vxoricidæ Proditoris: ac Patrem mortuæ vxoris proditoriè, Pater enim contendebat, vt in ſua ſepultura apud Sanctum Marcum ſepeliretur, proditoris vxoricidæ verò, Cuſtodes volebant eam ſepelire in ſepultura Mariti apud S. Mariam Nouellam: Lite ſic ſtante interim reſolutum fuit, vt apud Eccleſiam omnium Sanctorum, Fratrum Minorum de obſeruantia in depoſitum corpus daretur: vt factum fuit, quouſque lis finiretur, ac ſententia pronunciaretur. Modò quid iuris ſit reſoluendum, per non nullas fundamentales Theſes præmiſſas, quid ſententiam, dicam; quarum ſit,

Digitized by Google

CONCLVSIO I.

Maritus in primis, in ſuam vxorem
2 non habet poteſtatem eam puniendi,
nec etiam vxorem Maritus habet in
poteſtate, ſicut pater filium. *L. ſi vxor,
Cod. cond. in ſer.*

CONCLVSIO II.

Maritus grauiter, & abſque cauſa
3 vxorem ſuam verberans punitur pro-
indè à iure, vt ſcilicèt ei ſoluatur ter-
tia pars donationis, propter nuptias.
*Authentica, vt liceat Marito, & Auo,
§. ſi quis autem propriam. & Cod. de re
pud. qui i authentica, ſed nouo in iure.*

CONCLVSIO III.

Maritus valet ſuam vxorem leui ver-
4 beratione punire, ſed cum magna cau-
ſa. *L. praceptor. ff. de lege Aquilia, &
cap. ad audientiam, de homicidio.*

Doctorum Allegationes.

*Docent has noſtras Theſes Panormit. in
5 cap. cum contingat de foro competenti, Ho-
ſtienſ. & Gofredus, in cap. quemadmodum,
de iure iurando, Sylueſt. verb. vxor, nu.
3. §. quaritur, & Doctores communitèr,
in d. cap. quemadmodum, de iure iuran-
do, cum alijs allegandis.*

CONCLVSIO IV.

Maritus, ſuam occidens vxorem,
6 omnis dotis lucro priuatur, ſiuè in to-
tum, ſiuè in partem ſibi ex pacto pro-
ueniente, propter vxoris ſuæ necem.
*L. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir. ff. ſoluto matri-
monio.* vbi hæc habentur verba.

*Si vir vxorem ſuam occiderit, dotis
7 actionem haredibus vxoris dandam eſſe,
Proculus ait: & rectè, non enim, equum
eſt, virum ob facinus ſuum, dotem ſpe-
rare lucri facere. hac ibi.*

Doctorum Allegationes.

*Eſt communiſſima concluſio inter cun- 8
ctos Doctores, quam tradunt Gloſſa ad di-
cta iuris verba, verſ. ſi vir, à prin. &
verſ. lucri facere, Bartol. ibid. num. 1.
verſ. vlt. nota, Alberic. in ſumm. & in
verſ. vel ſic, poſt. 3. num. Bald. ante nu.
1. d. l. & verſ. ad lucrum autem, Odo-
fredus, col. 1. in princ. Angelus, num. 2.
d. l. Paulus de Caſtro, in ſummario, Ro-
manus, num. 3. & 19. Raphael Cumar.
col. 1. in prin. Imola, num. 1. & ſeqq. in
2. p. nota 3. Arretinus, in §. fuerat, nu.
26. Inſtit. de actionibus, Boerius, de-
ciſ. 24. num. 12. Marſilius, in l. nihil in-
tereſt, num. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs,
& conſil. 93. num. 1. & ſeqq. Follerius, in
ſua pract. criminal. verb. ſuffocauit vxo-
rem, num. 60. Rolandus, de dotis lucro,
q. 61. multos allegat. ſcriptores, Meno-
chius, de arbitr. qq. in additionibus, ad
caſum. 256. num. 109. & conſil. 102. num.
3. & conſil. 537. num. 19. Phanuccius de
dotis lucro, Gloſſa 14. num. 4. verſ. num.
dicendum; & cateri omnes, de commu-
ni ſententia.*

CONCLVSIO V.

Maritus ſuam occidens vxorem; 9
dotis lucro priuatur ipſi pro veniente
non dumtaxat, ex pacto; verum etiam
ex lege, ſtatuto, vel conſuetudine,
per dictam legem, *ſi vir, &c.*

Doctorum Allegationes.

*Aſtruunt hanc noſtram Theſem Bartol. 10
in d. l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, num. 5. in
vlt. notab. ff. ſolut. matrimo. & ibi Ange-
lus, num. 1. verſ. & ideò ſi ſtatutum,
Paulus de Caſtro, num. 4. in fine, Cu-*

Digitized by Google

manus, col. 1. *verſ. & ſic nota, ad ſtatutum, Arretinus, poſt.* 2. *num. verſ. in Gloſſa, ſuper verb. dic ex pacto, Campegius, in tract. de pactis, p.* 1. *q.* 2. *num.* 1. *& cæteri omnes.*

CONCLVSIO VI.

11 Maritus ſuam occidens vxorem, etiam in adulterio depræhenſam, nec dotem ipſam, nèc dotis lucrum proindè lucratur; licét vtrumque lucratus fuiſſet, ſi ipſam de adulterio accuſaſſet. *L. conſenſu, Cod. de repud. & d. l.* §. *ſi vir, verſ. lucri facere.*

Doctorum Allegationes.

12 *Subſcribunt huic noſtræ aſſertioni Gloſſa in d. l. ſi ab hoſtibus* §. *ſi vir, verſ. lucri facere, vel dic, ff. ſolut. matrimo. & ibi Bartol. num.* 4. *verſ. quaro, quid ſi maritus, Angelus, num.* 3. *Arret. num.* 3. *Romanus,* 20. *Angelus de malefic. verb. ehe hai adulterato la mia donna, num.* 1. *Couarruias, in epitom. p.* 2. *cap.* 7. §. *nu.* 7. *Careriꝰ. in ſua pract. criminali, tract.* 3. *de homicidio, & aſſaſſina.* §. 9. *num.* 26. *Laurent. Ternin. in pract. cautela.* 6. *num.* 27. *Gomez, ad l. Tauri.* 80. *num.* 63. *& cæteri omnes de communi ſententia.*

CONCLVSIO VII.

13 Maritus ſuam occidens vxorem, ſtante etiam ſtatuto, quòd vxore depræhenſa in adulterio, à Marito occidi valeat; *propter nimirum dolorem*; non proindè dotem, aut dotis lucrum lucratur.

14 Cuius eſt ratio adæquata; quia dicens ſibi ius, propria authoritate, præmium legale haud conſequitur. *L. interdum,* §. *qui furem. ff. de furt.*

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur hanc noſtram concluſionem Bald. in d. l. ſi ab hoſtibus §. *ſi vir, verſ. in contrarium facit, ff. ſolut. matrimo. Paulus de Caſtro, num.* 5. *Romanus, num.* 21. *Imola, num.* 6. *in d. l. ſi ab hoſtibus, Arretinus, num.* 3. *Iaſon, num.* 11. *Gomez, teſtatur eſſe communem inter Doctores, Arias ad l.* 80. *Tauri, num.* 1. *quem refert ac ſequitur Clarius, de homicidio, num.* 17. *verſ. priuatur etiam; & omnes alij.* 15

CONCLVSIO VIII.

Fidelis Catholicus quilibet vtriuſq; ſexus ſui iuris exiſtens, abſque ſepulturæ electione, decedens de iure canonico ſepeliri debet omninò in ſepultura ſuorum Maiorum, exemplo Sanctorum Patriarcharum. 16

Probatur *ex cap. vnaquæq;* §. *item Ioſeph.* 13. *q.* 2. *cap.* 1. *extrà de ſepultur. & cap. is, qui, de ſepultur. in* 6. & ratione ſuadetur; quoniam, optabile eſt vnicuique in maiorum ſuorum ſepultura tumulari: & in præſentia, dictio huiuſmodi, *Maiorum* ſumitur neceſſariò, prò Patre, & Auo. 13. *q.* 2. *ebron, iuncto cap.* 1. *de ſepultur. & l. Maiorum. ff. de verb. ſignificat. & ſic etiam declarauit Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. in vna Auſculana, die* 28. *Octobris.* 1616. 17

Doctorum Allegationes.

Tenent Doctores communitèr hanc Theſem noſtram in allegatis iuribus, Gratianus, in cap. vnaquæque §. *item Ioſeph, q.* 2. 13. *Gloſſa, in cap.* 1. *de ſepultur. in* 6. *Syluest. verb. ſepultura, num.* 8. *Archidiaco. & Ioan. Andr. in cap. animar. de ſepultur. in* 6. *Crauetus, conſil.* 10. *num.* 6. *Gualdens: de arte teſtandi, tit.* 9. *cautela* 4. *num.* 2. *Purpuratus, conſil.* 413. *num.* 18

Digitized by Google

num: 1. *Rota*, *deciſ*. 492. *num*: 1. *& deciſ*: 787. *num*: 2. *p*. 1. *diuerſ*: *Zecchius*, *de Republi*: *Eccleſiaſt*: *cap*. 28. *num*: 13. *verſ*: *fallit*, *ſi quis fuerat*, *lib*. 1. *cap*: 25. *num*. 12. *Franchus*, *in cap*. *is*, *qui*, §. *Mulier*, *de ſepultur*. *in* 6. *Petrus de Vbaldis*, *de portio*: *cano*: *num*: 26. *Lezana*, *tom*. 3. *verb*. *ſepultura qaò ad Regulares*, *num*. 9. *Vgolinus*, *de poteſt*: *Epiſco*: *cap*. 17. *num*: 3. *Barboſa*, *de offic*: *Parochi*, *cap*. 26. *num*. 31. *& de iure Eccleſiaſt*: *lib*. 2. *cap*. 10. *num*: 31. *& in collectan*: *Bullar*: *verb*: *ſepultura*, *Lauorius*, *tom*: 1. *variar*: *lucubrat*: *tit*: 2. *cap*. 11. *Villalobos*, *tom*. 2. *ſumm*: *tract*: 31. *difficult*: 2. *Diana*, *p*. 5. *tract*: 3. *reſolut*: 108. *Portellus in reſponſ*: *moral*: *caſ*: 68. *Spinus*, *in ſpeculo teſtam*: *Gloſſa*. 2. *num*: 38. *Garceus de expenſis*, *cap*. 8. *num*. 4. *Tuſchus*, *tom*: 7. *lit*. *ſ*. *concluſ*: 194. *& cæteri omnes*.

His paucis præmiſſis præambularibus
19 Aſſertionibus, ad maiorem facilitatem reſponſionis huic noſtræ nouellæ Controuerſiæ; nunc dicam concluſionem reſponſiuam, quid iuris in praxi ſit pro vtroque foro obſeruandum, & agendum.

CONCLVSIO IX.

20 Vxor præfata à ſuo Marito proditoriè occiſa, quæ ſepulturam ſibi eligere non potuit, de iure Canonico eſt omninò humanda in ſepultura ſuorum Maiorum, ac iuxtà ſui Patris viuentis voluntatem, minimè verò gentium, in ſepultura ſui Mariti, ſeu ſuorum Maiorum, quamuis conſuetudine immemorabili loci non obſtante ſeu, vt melius dicam abuſu, & corruptela quacumque loci exiſtente.

21 Iàm certiſſima manet concluſio hæc noſtra, ex prædictis omnibus vt indè dixit *Vincentius in addict*. *ad Gloſſam*, *in cap*. *is*, *qui*, §. *Mulier*, *de ſepultur*. *in* 6. *Vxorem potius ſepulturam Parentum quam viri ſequi debere*. ergo multò magis dùm fuit proditoriè à Marito occiſa, & illius Pater ſuperſtes vult omninò, vt ſepeliatur in eius ſepultura, dum ipſa nequiuit eam ſibi eligere.

2 Probatur *ex verb*. *cap*. 1 *de ſepult*. *vbi Leo Papa III*. *ſic habet ad rem noſtram*: *Nos inſtituto Maiorum Patrum*, *conſiderantes*; *ſtatuimus vnumquemque in Maiorum ſuorum ſepulchris iacere*, *vt Patriarcharum exitus docet*. ergo vera aſſertio. 22

3 *Ex cap*. *Sacris*, *de ſepultur*. *vbi Innocentius III*. *Papa*, *inquit*. *Quibus nos communicauimus viuis*, *non communicemus defunctis*: ſed Maritus noluit cum ſua ſponſa viua communicare; quià intrà annum eam proditoriè iniuſtè occidit & abſque iuſta cauſa, vt communitèr dicitur. ergò nèc in morte eſt ſecum communicanda, ideſt, non eſt ſepelienda in Mariti ſepultura, ſed ſui Patris viuentis. 23

4 Nàm à Papa Melchiade quæſitum fuit; ſi quis ſepulturam nouam poſſet propria remeritate eligere, & antiquam parentum ſuorum deſerere? Reſpondit. *placuit per omnia*, *magno conſilio*, *vt nullus proprij arbitrij temeritate*, *aliam Eccleſiam*, *niſi cui vſus antiquorum parentum*, *canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur*, *ſepulturæ cauſa adire procuret*. Ille, ſed quæ remeritas eſt, ſepelire velle Vxorem proditoriè à Marito occiſam, dum illius pater vult eam in ſepultura ſua humare, vt de iure canonico debet? ergo vera concluſio. 24

5 *Nàm Sacra Epiſco*: *& Regular*. *Congreg*: *declarauit die* 9. *Nouembris*. 1640. *quod qui habet ſepulturam ſuæ familiæ etiam in Eccleſijs Regularibus in illis ſepeliendum eſſe*, *quandò abſque ſepulturæ electione decedit*, *& non in Eccleſia Parochiali*. *Et* 1641. *die* 3. *Maij*, *declarauit eadem Sacra Congreg*: *quòd Cadauera il-* 25

Digitized by Google

lorum, qui ſunt ſui iuris, & non ſibi ele-
gerunt ſepulturam, ſepeliri debeant in ſe-
pultura ſuorum Maiorum etiam ſi in Ec-
cleſijs Regularium ſine praiudicio tamen
iuris Parochialis, & monito primùm Pa-
rocho defuncti; ſi tamen non obſtet conſue-
tudo contraria legitimè praſcripta, quòd
non obſtat in caſu noſtro. ergo.

26 6 Eccleſia namque in qua de iure
quis ſepeliri debet, & de qua mentio
fit, *cap.* 1. *de ſepultur.* illam eſſe, apud
quam ſunt ſepulchra ſuorum Maiorum,
cap. ebron, cap. placuit; 13. *q.* 2. *cap.*
fraternitatem, de ſepultur. cap. is, qui
eod. tit. in 6. ergo.

7 Mulieres etiam iura Eccleſiaſticæ
27 ſepulturę retinent, quandò in aliam
tranſeunt familiam, ſiuè proximiores,
ſiuè remotiores ſint. *L. liberorum, ff.*
de verb. ſignificat. quia ſepulchrorum
iura, quæ quis ſuæ familiæ conſtituit,
ſpectant ad Filias, Nepotes, Pronepo-
tes, & deinceps ad omnes natos, tàm
Maſculos, quàm Fœminas, licèt ſi eſ-
ſent mancipati, ſiuè hæredes fuerint, ſi-
uè non; *vt bene Couarruuias cum alijs*
edocet, in cap. Raynutius. ergo vera
aſſertio.

8 Vnio ſi quidem, Eccleſiaſticæ ſe-
28 pulturæ, procedit ex quadam mutua
dilectione, quæ fuit in vita inter Co-
niuges, dubium non eſt; ſed inter hos
Coniuges ex parte mariti ſanè diletio
non fuit mutua, cum praditoriè intrà
annum, vt dicitur, eam occiderit. er-
go eſt ſepelienda in ſepultura parris ſui,
cum quo vnio amoris filialis ſemper
fuit, eſt tumulanda, inquam.

9 Nàm ſi quis moriatur, ſiuè vir,
29 ſiuè Mulier, patre viuente, eſt ſepe-
liendus in Aui ſui ſepultura, & ſic vi-
cinioris Aſcendentis; ſed dicta occiſa
vxor, patrem viuentem reliquit, qui
tota voluntate vult, ſuam occiſam fi-
liam tumulare in maiorum ſuorum ſe-
pultura. ergo eſt in illa ſepelienda.

10 Vti enim ſi velimus in tali caſu; 30
Epicheia, ſi potuiſſet antè obitum ſu-
um ſibi eligere ſepulturam, certè no-
luiſſet in mariti ſepultura humari, talis
ſic occiſa, ſed ſepeliri in ſuorum maio-
rum, ac ſui patris ſepultura, quia vni-
cuique optabile eſt, in ſuorum Maiorum
ſepultura ſepeliri. ergo vera aſſertio.

11 Si ex læthali vulnere accepto, 31
Vxor huiuſmodi ſupravixiſſet dubio
procul, ſeparatio ſequuta eſſet inter
eos, etiam quò ad habitationem, &
domum, perpetuò. ergo multò ma-
gis quò ad ſepulturam Mariti.

12 Quemadmodum namque ſe ha- 32
bet domicilium in viuentibus, ſic ſe
habet ius ſepeliendi in defunctis. 13. *q.*
2. *cap. vbicumque ad finem*; ſed in do-
micilijs viuentium ſic eſt, vt filius, ſeù
filia, originale, ac immediatum domi-
cilium Patris ſequatur, & aliorum Su-
periorum, aliàs, opus eſſet, Nos a-
grum quærere Damaſcenum, vbi Ada-
mus formatus fuit. *ff. ad mancip. l. aſ-*
ſumptio, §. filij, & ibi not. ergo vera
concluſio.

13 Quantò enim cauſa eſt proximior 33
tantò magis influit, & ſuper cauſatum
poteſt, & præſertim ſecundùm Iuri-
ſtas, qui proximam cuique rei, potiſ-
ſimè cauſam attendunt, *ff. de except.*
rei iudic. l. cum de hoc, & de condict. ob
turpem cauſam. l. penult. & not. ff. rerum
ama. l. ſi Mulier, cum de viri vita deſ-
peraſſet. ſed manifeſtum eſt, Patrem,
& Auum proximiores eſſe Vxori occi-
ſæ, quam ſit Maritus occiſor, qui ſe-
cum ſeparationem, & diſiunctionem
fecit, propter proditorium homici-
dium, etiam quò ad ſepulturam. er-
go vera aſſertio.

14 Cauſa namque proditorij homi- 34
cidij, eſt facta totalis ſeparatio quò ad
omnia, mariti cum vxore ſua occiſa
proditoriè etiam poſt mortem quò ad
ſepulturam, & totalis vnio amoris ex-
titit

titit inter Patrem, & ipſam filiam occiſam, & ſicut in vita ſe dilexerunt ità, in morte multò magis amoris vnio remanſit. *ff. de edit. edict. l. plerique, & funer. inſtruc. & inſtrum. legi. l. quæſitum*, §. *vxores.* ergo vera concluſio.

35 15 In omni enim variatione proximus, & morti magis coniunctus ſtatus inſpicitur, ſed ſepultura maiorum Patris cum ſit magis proxima vxori occiſæ, quàm ſepultura Maiorum Mariti, cum quo ſequuta eſt ſeparatio, propter vxoricidium. ergo eſt de iure humanda in ſepultura Patris ſui, & non Mariti; *Cod. ne de ſtat. defunct. l. ſi Pater, ff. de aliment. & cibor. legat. l. mela, circa prin. & ff. de ſuis, & legit. hæredibus. l. Titius, & duabus legibus ſequentibus, & ff. vnde cog. l.* 1. §. *ſi quis proximior.* ergo vera concluſio.

36 16 Nàm ſi propter Mariti Seuitiam vxor ab illo ſeparari valet propria auctoritate abſque Iudicis ſententia, & ab eo aufugere, *vt communiter edocent Doctores, Barboſa, repetit. rubric. ff. ſolut. matrimo. p. 2. num. 23. verſ. ſuccedit igitur, vbi teſtatur de communi ſententia, Sanchez, lib. 10. de diuortio, diſp. 18. num. 3. & 4. multos allegans.* ergo multò magis propter vxoricidium fiet ſeparatio quò ad ſepulturam, ſi in vita, Maritus eam fecit ſeparationem, illam occidens. ergo ſtando in iuribus allegatis eſt de rigore iuris ſepelienda in ſepultura Patris ſui.

17 Quamuis Florentiæ conſuetudo
37 adſit immemorabilis, vt vxor, non electa ſepultura ante mortem, ſit in ſepultura Mariti tumulanda; attamen in tali caſu, non eſt omninò ſeruanda; quia ſi propter adulterium fit Coniugum ſeparatio quò ad habitationem. ergo multò magis ſeparatio fiet quò ad ſepulturam: quia tale facinus proditorium vxoricidium, omnem præſcriptam conſuetudinem aufert, & ſuper corpus mortuum vxoris, Maritus vxoricida proditoriè, omne ius etiam in morte eius amiſit, & totalis eſt inter eos facta ſeparatio in vita, & in morte.

18 Nàm licèt Coniuges in ſancta pa-
ce vſque ad mortem incluſiuè vixerint, 38
& Maritus ſepultura careat propria, & tantum habeat ſepulturam ſuorum Maiorum, & eius vxor moriens abſque ſepulturæ electione, & ſuus Maritus pro ea ſepulturam elegit poſt illius obitum, minimè debet ſepeliri in ſepultura à Marito electa poſt illius obitum, nec in ſepultura Maiorum Mariti, quia præſumitur hoc factum eſſe in fraudem Parochi, quòd nemini id patrocinatur. *Ex cap. is, qui, de ſent. excommunicat. & ibi Geminianus, cum alijs Canoniſtis, de communi ſententia, Spinus, in ſpeculo teſtam. Gloſſa. 2. num.* 30. *Ioan. Garceus, de expenſ. cap.* 8. *num.* 4. *Tuſchus, tom. 7. lit. ſ. concluſ.* 194. *Zechius, de Republica Eccleſiaſtica, cap.* 28. *de Parocho, num.* 1. *& alij.* Sed eſt talis Vxor humanda, aut in ſepultura Maiorum ſui Patris, ſi adeſt, ſi non in Parochia. ergo multò magis in caſu noſtro, vxor occiſa à Marito proditoriè, de iure eſt ſepelienda in ſui Patris Maiorùm ſepultura, & non in ſepultura Mariti, qui proditoriè per homicidium, ſeparationem fecit.

Ex quibus omnibus recitatis, mani-
feſtè apparet, Nos rectè ſcripſiſſe, & 39
conſuluiſſe Patrem huius occiſæ vxoris D. Laurentium, de Leonibus, ſuam talem filiam eſſe de iure ſepeliendam in ſepultura ſuorum Maiorum Patris ſui, vbi ipſe omninò voluit, eſſe tumulandam, & talem ſententiam etiam, de iure habuiſſe ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Archyepiſcopo Thebenſi, Nuncio Apoſtolico, Anibale Bentiuolo Florentiæ, vt ipſe D. Laurentius retulit mihi Florentiæ die 26. Aprilis. 1648. & maximas gratias mihi reddidit.

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

40 *Docent hanc noſtram præfatam Theſem omnes allegati Scriptores, num: 8. & 10. D. Antonin: 3. p. tit. 10. cap. 1. §. 1. Armilla, verb. ſepultura, num 14. Roſella, num 15. ibid: Syluest: num. 8. Spinus, in ſpeculo teſtam: gloſſa. 2. de elect: ſepultura, num: 39. Gratianus, tom: 1. diſcept: forenſ: cap. 94. num: 35. Sperellus, deciſ: 88. num: 1. 3. 8. & 18. Doctores, in cap. is, qui, cap. licèt, de ſepultur: in 6. in cap. 1. extrà de ſepultur. Petrus, de Vbald: tract: de cano: portio, cap. 9. num. 1. & 8. Gutierez, de iuramento confirmator: cap. 14. num: 1. Tuſchus, tract: de viſit: lib. 2. cap. 2. num: 9. Abbas, in cap. de vxore, num: 6. Gemínian: in cap. is, qui, §. Mulier, de ſepultur: in 6. num: 4. Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 9. cap. 3. num. 2. Rota, in veneta Manſionaria, 5. Iunij. 1600. coram Corduba, Zecchius, de Republic: Eccleſiaſt. cap. 28. de Parocho, num. 17. verſ: fallit ad finem, Belleius, diſquiſit: cleric: tit. de cleric: debit: §. 3. num. 15. Rota, coram Cardinali Seraphino, deciſ: 1135. num: 3. Mareſcottus, lib. 2. variar: reſolut: cap. 95. num. 11. & cæteri omnes allegandi.*

CONCLVSIO X.

41 Præfatus Vxoricida proditor, in pænam tanti immanis ſceleris, eſt meritò priuatus Immunitate Eccleſiaſtica, ac nullo pacto de iure ea gaudet.

Nàm, impræſentiarum, homicidium
42 proditorium eſt hominis cædes, nihil
tale ſuſpicantis: vt proindè, minimè
gentium, Eccleſiaſtica immunitate
gaudeat in quouis loco, *ex conſtitut.*
verbis Gregorij IVX. conſtat. Aut quis
proditoriè proximum ſuum occiderit.

Doctorum Allegationes.

43 *Defenſores ſunt huius Theſis noſtræ Archidico: Falinus, Arretin: Guido Papa; Alciat: Caſſan: Monticellus, Gigas, Gomez, Iulius Clarus quos refert, & ſequitur Farinaccius, in ſua pract: Criminali de immunitate, q. 28. num: 24. Rebuffus, tom: 2. ad leges Galliæ, ſub hoc titulo, q. 5. art: 1. Azueda, l. 3. num: 6. tit: 2. lib: 1. noua recopilat, Suarez, tom: 1. de pace, p. 5. §. 3. num: 113. & lib: 3. de ſacrorum immunit: cap: 16. num: 58. Modernus, de iuriſdict: p. 2. cap: 52. nu: 4. Caballus, de omni genere homicidij, num: 388. & ſeqq. Villegas, de legum extentione, cap: vlt: num: 53. & 54. Borellus, tract: 3. de homicidio, num: 76. Curi: Philippus, p. 3. §. 12. num: 30. de immunit: Eccleſ: Tuſchus, verb: Eccleſia, col: 11. num: 5. Magiſter Raphael de la Torre Dominicanus, ad 2. 2. D. Thom: tom: 2. q. 99. art: 3. diſp: 3. gradu. 8. except: 3. verſ: numquam, Alexand: Peregrin: de immunit: Eccleſiaſt: cap: 7. num: 5. & 20. Ambroſius, de immunit: Eccleſiaſt: cap: 16. num: 143. Bonacina, tract: de legibus, diſp: 3. q. 7. §. 4. num: 14. Graſſius, p. 2. deciſ. aurear: cap: 19. de homicidiô, Genuenſis, in ſua praxi. cap: 94. Fagundez, tract: 1. lib. 4. de Eccleſ: præcept: cap: 4. num: 46. Portellus, de dub: regular: verb: Eccleſ: immunitas, num: 15. Suarez, tom: 1. de Religio: tract: 2. lib: 8. cap: 11. Gambarúta, lib: 5 cap. 4. & 31. de immunitat: Eccleſiaſt: Villadiega, in polit: cap. 3. num: 108. Megala, p. 3. lib: 4. cap: 2. qu. 1. num: 18. Bodilla, tom: 1. in polit: lib. 2. cap. 14. num: 38. Riccius, deciſ. 1608. p. 1. & p. 5. collectare, 1792. Franchus, deciſ: 313. & alij communiter tractantes de immunit: Eccleſiaſt.*

CONCLVSIO XI.

Homicidium proditorium, in præ-
ſentia, iuxtà Gregorij IVX. conſtitu- 44
tionem eſt intelligendum vbi nullus
ran-

Digitized by Google

rancor, nec inimicitia, ſeu odium præcedebat, putà, in caſu noſtro, inter Maritum homicidam proditorem, & illius Vxorem ab eo occiſam.

45 Nàm dictio, *Proditoriè*, in d. conſtitutione appoſita eſt ſanè, ſtrictè accipienda, & interpretanda, quia immunitas Eccleſiaſtica eſt fauorabilis propter Sacrorum reuerentiam locorum, & exceptio eſt omninò odioſa, vndè ſecundum talem conſtitutionem, qui ſuum inimicum per inſidias occidit, non eſt dicendus proditor, vt non poſſit immunitate gaudere nàm *Proditoriè*, homicidium committi, dicitur, quandò quis nulla præcedente inimicitia, alium interficit, vt in caſu noſtro contigit; ſit aliud exemplum: e. g. Franciſcus veniens cum Ioanne, tamquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa, Ioannem percuſſit, aut interficit; vel dicatur: Franciſcus ſedens cum Ioanne in menſa, ſeù fingens eſſe Ioannis amicum, & à tergo percuſit, aut occidit: vt adamuſſim caſus fuit inter præfatos Coniuges, ſub ſimulata beneuolentia à Marito erga ſuam vxorem, quàm proditoriè occidit: vndè Franciſcum, & Maritum huiuſmodi, dicitur occidiſſe Ioannem, & Vxorem *Proditoriè*, vt proindè gaudere non poſſit immunitate Eccleſiaſtica.

Doctorum Allegationes.

46 *Quam doctrinam tradit Bartolus, in l. reſpiciendum, §. delinquunt, num:* 1. *ff. de pænis, & omnes ſequuntur Doctores, teſte Iulio Claro, lib.* 5. *ſententiarum, §. homicidium, num:* 10. *cum ſuis addictio: Igne: in l. ſi certus, §. ſi onus ex Dominis, num:* 14. *ff. ad Sylla: & cæteri communiter, relati nuper, & recitandi.*

CONCLVSIO XII.

Parochus Eccleſiæ Sanctę Marię Nouellæ tenetur præfatam vxorem occiſam, in ſua Parochia, vbi ipſi Coniuges habitabant, aſſociare vſque ad Eccleſiam Sancti Marci, vbi manet ſepultura Maiorum ſui Patris, qui vult, prout de iure, ibi ſepeliatur; quę Eccleſiæ ſunt Patrum Ordinis Prædicatorum, D. Dominici ambæ, & ſecundum in ſuperioribus tradita, eſt humanda. 47

CONTROVERSIA V.

AN Filij puberes, ſeu Minores; vtriuſque ſexus, in Patrum poteſtate manentes, poſt quintum decimum annum completum, valeant ſibi ſepulturam eligere, abſque Parentum ſuorum conſenſu? vbi alia ſcitu digna curioſa reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Minores filij, ſeu puberes vtriuſque ſexus, poſt annum quintumdecimum, legitimè, abſque ſuorum Parentum conſenſu, queunt ſibi ſepulturam eligere: Immò, etiam ſi impuberes ſint, ac illorum malitia ætatem ſuppleat, valent ſepulturam eligere. 1

Cuius eſt ratio adæquata, quia in ſpiritualibus, patria poteſtas non attenditur, *cap. ſi annum, de iudic. in* 6. *& cap. licet, de ſepultur. in* 6. ergo vera concluſio. 2

Doctorum Allegationes.

Auctores ſunt huius noſtræ Theſis, D. Antoninus, p. 3. *tit.* 10. *Lapus allegat.* 59. *Bartol. in l. qui in poteſtate, verſ: in* 3

vno

vno caſu, *& in l. ſi filius familia*, *poſt num. 3. ff. teſtam: gloſſa*, 8. *verſ: item ſepulturam*, *num*: 3. *Ancharanus*, *& Geminianus*, *in d. cap. licet de ſepult: in 6. Lauorius*, *tom*: 1. *variar: lucubrat: tit.* 2. *cap. is*, *num*: 109. *&* 110. *cum alijs*.

CONCLVSIO II.

4 Si Filius impubes ſepulturam elegerit, & pubes factus, eandem iam electam ratificaret, adhùc ſepulturæ electio valet, *cap.* 1. *de regul. iuris in 6.*

5 Nàm in ſpiritualibus, vt diximus, haùd patria poteſtas attenditur *cap. ſi annum*, *de iudic. in 6.* teſtari verò nequit etiam patre conſentiente; *per teſt. in l. qui in poteſtate*, *de teſtam.*

Doctorum Allegationes.

6 *Ità aiunt concluſionem*, *Geminianus*, *& Ancharan*: *in cap. licet*, *de ſepultur: in 6. Federicus de Senis, conſil*: 298. *verſ: quoniam veritas*, *ad finem*, *Soccinus*, *in regula* 113. *verſ: filius familias*, *quia in ſpiritualibus*, *Lauorius*, *num:* 110. *vbi ſuprà*, *cum alijs nominandis*.

CONCLVSIO III.

7 Filius pubes ſi decedat non electa ſepultura, eſt ſepeliendus in ſepultura ſui Patris, & Aui, ſi ſimul ibi iacent, ſi verò non ſint ſimul illi ſepulti, apud ante natos ſuos, ſi ſimul iſti iaceant: at ſi iſti omnes fuerint ſepulti ſeparatim, in diuerſis locis, ſepelietur in patris ſepultura ſi commodè transferri poterit, aliàs, in Parochia tumulabitur.

8 Eſt ſumpta concluſio *ex cap. is*, *qui de ſepultur. in 6. vbi ſic dicitur*. *Si non electa ſepultura decedat ibidem*, *non in Eccleſia dicta Villa*, *ſed in ſua Parochia*, *vel in ea potius*, *in qua Maiorum ſuorum ab antiquo ſepultura extitit*, *ſepeliri debet.* nam dictio *potius* ſtat *correptiuè*, vt multi Doctores ſtatim citandi autumant.

Doctorum Allegationes.

Affirmant hanc noſtram Theſem Bartol: *& Capolla*, *cap.* 8. *de ſeruit: vrban: prædiorum*, *Anchar: in d. cap. licet*, *notabile* 5. *verſ: ſicut maior*, *Franchus, ibid: num:* 3. *verſ: ſed quid*, *& Gemini: de ſepultur: Medices*, *q.* 7. *num*: 22. *de ſepultur: Archid: in cap. is, qui*, *& Ioan: Andrea*, *ac Gloſſa*, *de ſepultur: in 6. idem Ioan: Andrea in nouella*, *Abbas*, *in cap. nos inſtituta*, *num:* 5. *de ſepultur: & cap.* 1. *notabil*: 1. *ſepultur: Oldrar: conſil*: 25. *Ioan: Aſinius*, *in l. familiaria*, *num:* 7. *ff. de Religio: & ſumpt: funeral: Lauorius*, *num*: 111. *&* 113. *vbi ſuprà*, *Turrecremata*, *in cap. facultates*, 13. *q.* 2. *Villalobos*, *tom:* 2. *ſumm: tract*: 31. *difficult:* 2. *num.* 4. *alios allegans*, *Diana*, *p.* 5. *tract.* 3. *reſolut:* 108. *Barboſa*, *cap: in geneſi* 47. *de elect: in fine*, *vbi dicitur: condaſq; in ſepulchro maiorum meorum*. 9

CONCLVSIO IIII.

Filius pubes naturalis, minimè verò Spurius, viuente Patre, non electa ſepultura, ſepeliri valet in ſui Patris ſepultura, dum eſt viuens, minimè autem ſi iam mortuus ſit; tunc enim eſt in Parochia ſepeliendus, niſi aliàs ſepulturam ſibi elegit: & hoc eſt verum, ſi ad Patris viuentis contemplationem legitimetur per Principem, & non poſt Patris obitum, ſi eius legitimationem non petijt, ſepelietur in Matris ſepultura, dummodo non ſit illuſtris mater eius. *L. ſi qua illuſtrius*, *Cod. ad orfici: not. l.* 1. *ad municipi.* 10

CON-

CONCLVSIO V.

11 Filius pubes licèt exheredatus ſit, non electa ſepultura, eſt ſepeliendus nihilominus in paterno ſepulchro *L. ſi quis hæres, ff. de religio. & ſumpt. funer.* ac pari modo, ſi paternam hæreditatem repudiaſſet, & ſepultura eſt hæreditaria. ſecùs eſt verò aſſerendum, ſi Pater eſſet de crimine leſæ Maieſtatis damnatus; quia in tali euentu, iura ſepulturarum minimè ad filios tranſeunt. *L. 1. §. interdum, ff. de ſuis, & legit. l. ſi quis hæres, ff. de religio. & ſumpt. funerum.*

Doctorum Allegationes.

12 *Tradunt has duas Theſes Doctores, num: 9. allegati, Medices, vbi ſuprà, Lauor: num: 112. cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO VI.

13 Filius pubes moriens abſque electa ſepultura, ſi eius Pater ſepultus eſt in vna Eccleſia, & cæteri alij ſui Maiores in alia Eccleſia ſunt humati, ipſe ſepelietur, vbi eius Auus eſt ſepultus, cum cæteris ſuis Maioribus.

14 Si verò, in nulla ſepultura ſint plures Maiores tumulati, vt putà, hic eſt Pater, ibi Auus, & alibi, alij de ſuis Maioribus antiquis; in tali euentu eſt humandus, in ſuis Patris ſepultura, niſi aliàs, remotè eſſet ſepultus: nam tunc in Parochia eſſet ſepeliendus; quia nulla adeſt ſepultura ſuorum Maiorum.

Doctorum Allegationes.

15 *Gloſſa, in cap: is, qui, de ſepultur: in 6. verb: ab antiquo, docet primam partem aſſertionis, ſed vt rectius alij autumant, eſt in Paterna ſepultura tumulandus: ità Ioan: Andr: in nouella, Abbas, in cap: nos inſtituta, num: 5. de ſepultur: Lauorius, vbi ſuprà, num: 113. Diana; cum alijs dictis, num: 9. & dicendi.*

16 Quis modò dicet: apud Eccleſiam Dominicanam eſt ſepultus Pater, & Auus; cæteri verò Maiores ſunt ſepulti in Eccleſia Parochiali; euenit vt quis ſine electa ſepultura decedat; quæritur nunc;vbi eſt humãdus?prò deciſione ſit.

CONCLVSIO VII.

17 Dicimus hunc talem filium eſſe ſepeliendum puberem, in ſui Patris ſepultura, & non aliorum Maiorum ſuorum; cum deceſſerit ſine electa ſepultura.

18 1 Probatur; quia ſicut ſe habet domicilium in viuentibus, ſic ſe habet ius ſepeliendi in defunctis, 13. q. 2. *cap. vbicumque* ſed in domicilijs viuentium; ſic eſt quòd filius ſequitur domicilium immediatum Patris, & aliorum ſuorum Maiorum, aliàs oporteret Nos agrum quærere Damaſcenum, vbi Adamus eſt creatus à Deo, *vt ff. ad municip. l. aſſumptio, §. filij.* ergo vera aſſertio.

19 2 Nàm, licèt, *ex cap. nos inſtituta, de ſepultur. & ex l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradibus, & l. quicumque §. parentes, ff. de in ius vocan: Maiorum appellatione, veniant, Maiores vltrà Tritauum: tamen, Maiorum ſignificatio etiam in Patre, & Auo verificatur, ex l. cohortalis, Cod: de cohort. & princip: ex prima pil: lib. 12.* ergo.

20 3 Nàm, aliàs, ſequeretur, quòd ſi in aliqua Eccleſia tumulati eſſent Pater, & Auus, Proaus, & Abauus, & in alia cæteri Maiores, ſuprà vltra *Tritauum*, iſte ſepeliri deberet in Eccleſia Maiorum, vltrà *Tritauum*, quòd rationi rectè diſſonat; quòd etiam conſtat, *ex cap. fraternitatem, de ſepulturis*, ergo.

Do-

Doctorum Allegationes.

21 *Tuentur hanc noſtram Theſem Oldradus, conſil. 25. de ſepulturis, Lauorius, tom: 1. tit. 2. cap. 11. num. 114 Rodriquez, in addict: ad 4. p. ſumma, cap. 13. num: 12. Hieronym: Rodriquez. in compend: qq. regul: reſolut: 128. num. 28. Barboſa, de offic: parochi, cap. 26. num. 32. Villalobos, p. 2. ſumm: tract: 31. difficult: 3. num. 4. Zecchius, de republic: Eccleſiaſt. cap. 28. de parocho, num. 17. & alijs num. 9. allegati, & allegandi.*

CONCLVSIO VIII.

22 Filius, ſi Patrem, ac Matrem habet, & ambo ſepulturam retinent, & decedens ſine electa ſepultura, ſepelietur in Patris, & Matris minimè ſepultura: *cap. final. de filijs presbyter. cap. licet, de coniug. lepro. l. parum, ff. de rei vend.* niſi conſuetudo, vel priuilegium, deberet conditionem Matris ſequi, *L. 1. ff. ad Municipial.*

CONCLVSIO IX.

23 Filius, quamuis ſepulturam haberet, & eius Pater ea careret; tamen Pater ſequitur ſepulturam filij, niſi eſſet illius hæres, & ſepultura hæreditaria fuerit,

Doctorum Allegationes.

24 *Tenent has duas noſtras Theſes omnes Doctores hactenus allegati in Superioribus, & referendi, de communi ſententia.*

CONTROVERSIA VI.

AN. Ius detur ſepulturam eligendi, vel ſuorum Maiorum, vel apud Eccleſiam Parochialem; cum quis moritur, non electa ſepultura, quam diligere valebat?

CONCLVSIO I.

Sepulturam, qui ſibi deligere poterat. & mortuus eſt abſque eius electione ſepelire debet in ſepultura ſuorum Maiorum, vel in Parochiali Eccleſia, *cap. 1. de ſepultur. & cap. is, qui eod. tit. in 6.* 1

Doctorum Allegationes.

Suſtinent hanc noſtram aſſertionem Gloſſa, in cap. 1. de ſepulturi verſ: informatione caſus, Ioan: Andrea, in cap. Religioſi, de ſepultur: in 6. Burſatius, conſil: 226. num. 119. Paſqualigus, deciſ: 401. num. 1. & cæteri omnes de communi ſententia. 2

CONCLVSIO II.

Quis quoties deceſſerit ex hac vita, minimè electa ſepultura, eſt de iure ſepeliendus in ſepultura ſuorum Maiorum, ſi adeſt, aliàs, in Parochiali Eccleſia, *cap. ebron, cap. placuit, 13. q. 2. cap. Paternitatem, cap. is, qui, de ſepultur. in 6.* 3

Doctorum Allegationes.

Docent communitèr Canoniſtæ in recitatis iuribus, & ſummiſtæ, verb. ſepultura, Sylueſt. d. verb. num. 8. Spinus, in ſpeculo teſtam. Gloſſa, 2. num. 38. Ioan. Garceus, de expenſ. cap. 8. num. 4. Tuſchus, tom. 7. lit. ſ. concluſ. 194. Vgolinus, de poteſt: Epiſ. cap. 17. num. 3. Barboſa, de offic. Parochi, cap. 25. num. 31. Zecchius, de Republic: Eccleſiaſt. cap. 28. num 17. de parocho, verſ. fallit, Rodriquez, vterque, & Villalob. in citatis nuper locis, 4

Digitized by Google

locis, & alij nominandi, Medices, q. 6. p. 2. de ſepultur. Marius Anton. lib. 1. va-riar. reſol. reſolut. 112. cap. 19. Burſatius, Barboſa, Belletus, in locis citatis Superioris Controuerſiæ.

DVBIVM CVRIOSVM.

5 *Impræſentiarum oritur; ſi illi, ad quos funeris cura attinet, eligere queant, ſeu Maiorum ſepulturam, ſeu Parochialem Eccleſiam? ſit pro Reſolutione.*

CONCLVSIO III.

6 Dicimus, quòd quamuis, liberum ſit, alterutram eligere; tamen, dum ſepultura Maiorum adeſt, eius, qui potuit ſepulturam ſibi eligere, & non elegit; eſt ab illis, ad quos funeris cura ſpectat, ſepeliri facere, in ſuorum Maiorum ſepultura Patris, Aui, &c. & ſic optio electionis non datur, niſi in defectu ſepulturæ ſuorum Maiorum.

7 Conſtat concluſio, tùm ex prædictis; *tùm ex l. Maiorum, ff. de verb. ſignificat. cap. is, qui, & cap. licèt, de ſepultur. in 6.* vbi decernitur, Impuberem eſſe ſepeliendum apud Maiores ſuos, vel apud Eccleſiam Parochialem, quandò non adeſt conſuetudo, Patrem non poſſe illi ſepulturam eligere. Et vbi alternatiua ponitur in iure, ibi datur optio electionis, *per regulam, in alternatiuis, de regul: iuris, in 6.* vndè *Gloſſa, in dicto cap. licèt, verb: vel in Parochiali*; ſentire videtur, electionem dari in ordine ad impuberem ſaltem, & in conſuetudinem refundit.

8 Nihiloſecius, concluſio noſtra eſt certa, vt non ſit liberum, ſepulturam alterutram eligere, ſed eſſe ſepultura ſuorum Maiorum ſepeliendum *quià Textus d. cap. licèt de ſepultur:* priùs ponit ſepulturam Maiorum, & poſteà Parochialem Eccleſiam, ſed eſt ſeruandus in caſu noſtro, ordo ſcripturæ, *cap. ſi Rector, diſt: 43.* ergo vera concluſio.

2 Probatur *cap. 1. de ſepultur:* vbi Papa duo decernit; primum videlicèt, 9
quòd vnuſquiſque ſepeliri debet in ſepultura ſuorum Maiorum. 2. vt poſſit ſibi ſepulturam eligere; vndè ſi non eligit, ius ſecundum manet, determinata ſepultura in loco Maiorum, & Eccleſia Parochialis tantum in defectum ſepulturæ ſuccedit Maiorum. ergo non datur optio electionis ſepulturæ, in tali caſu, ſed eſt ſepeliendus omninò in ſuorum Maiorum ſepultura.

3 Nàm Eccleſia, in qua eſt ſuorum Maiorum ſepultura, ſtante. *d. cap licet, de ſepultur:* ius ad ſepultutam acquirit 10
quotiès quis eam alibi non elegit, ac proindè priuari nequit per nouam electionem Parochialis Eccleſiæ, tali iure. ergo.

CONTROVERSIA VII.

QVæ namque *Maiorum* ſepultura dicatur, in qua ſepeliendus quilibet eſt, ſi ſepulturam non ſibi elegit?

CONCLVSIO I.

Illa namque *Maiorum* ſepultura dicitur, in qua plures ex Aſcendentibus 1
humati fuere. *cap. 1. cap. Paternitatem, cap. cum quis, & cap. is, qui, de ſepultur: in 6.*

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt hanc noſtram aſſertionem Gloſſa in d. cap. is, qui, de ſepultur. in 6. 2
Ioan. Andr. in cap. animarum, de ſepultur.

Digitized by Google

tur. in 6. Panormit. in cap. nos, de ſepul-
tur. Oldradus, conſil. 25. Syluest. verb. ſe-
pultura, q. 8. num. 8. Rodriquez, tom. 3.
qq. regul. q. 58. art. 8. & in additt. ad
ſumm. tom. 4. cap. 130. num. 12. Hierony-
mus Rodriquez, reſolut. 128. num. 28.
Villalobos, p. 2. ſumm. tract. 31. difficult.
3. num. 4. Barboſa, cap. 26. num 52. de
offic. Parochi, & in cap. is, qui, num. 6.
de ſepult in 6. & de appellat. verb. vtri-
uſque iuris, appellat. 174. num. 4. alios
allegans, Zecchius, de Republic: Eccle-
ſiaſt. cap. 28. de Parocho, num. 17. Spi-
nus, in ſpeculo teſtam. gloſſa, 2. num. 38.
Ioan. Garceus, de expenſ. cap. 8. num.
4. Tuſchus, tom. 7. lit. ſ. concluſ. 144.
Vgolinus, de poteſt: Epiſco: cap. 17. num.
3. Laurius, cap. 11. num. 113. tit. 2. tom.
1. variar. lucubrat. Paſqualigus, deciſ:
402. num. 1. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut.
108. & cæteri omnes nominandi.

CONCLVSIO II.

Illa etiam *Maiorum* ſepultura dici-
3 tur, in qua tantum Pater eſt ſepultus,
& non alij.

Cuius eſt adæquata ratio; quia ſe-
4 pultura inter mortuos domicilio com-
paratur; ſed Filius domicilium Patris
ſequitur. *L. aſſumptio, ff. ad municipial:*
ergo vera concluſio.

Præterea ſuadetur; quia ſepulturæ
5 vnitas fundatur in dilectionis vnitate,
ac ideò quilibet ſepeliri debet cum ſuis
Maioribus; quia eſt illis in dilectionis
coniunctus, *cap. ebron vnaquaque 13. q.*
2. ſed vnuſquiſque eſt magis Patri co-
niunctus, quàm cæteris Maioribus.
ergo vera concluſio.

3 Quapropter, multò magis eſt no-
6 ſtra aſſertio vera, quandò Pater eſt ſe-
pultus in ea ſepultura, quam ipſe ſibi
elegit, & ſuis deſcendentibus: eo
quia, tùnc illa ſepultura euadit com-
munis omnibus de familia, quæ ius
acquirit ad ipſam: ac ideò attendi de-
bet Patris ſepulturam, quandò ibi per
ſui ipſius ſepulturam ius ponit familię,
vt in praxi ſeruatur.

Doctorum Allegationes.

Subſcribunt huic concluſioni noſtra, Pe- 7
trus de Vbald de cano: port: Epiſco: cap.
9. num. 7. Capolla, conſil. 82. Ioan. Aſi-
nius, in l. familiaria ſepulchra ff. de re-
ligio: & ſumpt. funer: num. 6. Paſqualigus,
vbi ſuprà, num. 6. Rodriquez, tom. 4.
ſumm: Hieronym: Rodriquez, Oldrad.
Barboſa, Lauor. in dictis locis, cum cæ-
teris ibi recitatis, ac recitandis.

CONCLVSIO III.

Pater ſi ex accidenti, & non ex in- 8
tentione ſtabiliendi ſepulturam ſuæ fa-
miliæ, in aliquo ſepelietur loco, & in
tali euentu, Filius ſepeliri debet in ſe-
pultura Maiorum ſuorum patris, & non
vbi eſt pater ſepultus.

Cuius eſt ratio adæquata; quia pa-
tris ſepultura eſt aduentitia, nec tran- 9
ſit ad illius familiam, itaut dici poſſit
ſepultura illius propria, aut Maiorum,
quia *Maiorum* ſepultura eſt ſepultura
appropriata familiæ; & pater eſt ſepul-
tus, in tali caſu, vt Aduena.

CONCLVSIO IV.

Maiorum dicitur ſepultura, in plu-
rali, quatenùs ad familiam compara- 10
tur, vt eſt in ſtatu perfecto: ſicut
enim familia ab vno incipit, & perfici-
tur in deſcendentibus, in quibus, ac-
quirit numerum, & propagationem,
& nomen; ità ſepultura *Maiorum*, in
vno incipit, & in deſcendentibus com-
pletur; ac ideò, vt *Maiorum* ſit ſepul-
tura, ſat eſt, vt talis ſit inchoatiuè, &
ex intentione ſit ſepultura plurium; vn-
dè

Digitized by Google

dè ſufficit, Patrem priùs in ea ſepultum eſſe.

CONCLVSIO V.

11 *Maiorum* nomine, in iure ciuili veniunt *Maiores* vltrà Tritauum, *vt in l. Iuriſconſultus*, §. *parentes*, *ff. de gradibus*; *& l. quique* §. *parentes*, *ff. de in ius vocando:*

12 Nàm *Maiores* ius Ciuile accipit, vt ſpecificè, pro his anteceſſoribus, qui non habent proprium vocabulum: ius verò Canonicum, in dictis texſtibus, accipit, vt genericè, pro omnibus anteceſſoribus in eadem linea, ſeù arbore. Et pro his omnibus Theſibus allegantur citati, & citandi Doctores.

CONTROVERSIA VIII.

AN Viatores, Aduenæ, Peregrini, Scholares, Seruitores, Ciuitatum, & locorum Officiales, ac domos conductas habentes, & ſimile decedentes abſque ſepultura electa, vbi ſepeliendi ſint; & ſi in Parochia dignoſcenda, domicilium nè, an præſens habitatio conſideranda ſit? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur.

EXPLICATIONES.

1 Poſt caſum occurſum, atque ſequutum apud Eccleſiam Patris Societatis Ieſu Senarum, in ſuperioribus, *Contro*: 15. *diſp:* 4 *enarratum*; contigit hic alter caſus, qui tandem me mouit, ad hos tractatus duos de ſepulturis conficiendos abſolutos, in lucem dare in omnium commodum, & vtilitatem Chriſtianæ Reipublicæ. Die namque quarta Nouembris 1646. lis maxima, & Controuer: nacta fuit inter Parochos, Sancti Mauritij, & D. Ioannis Baptiſtæ, Senarum; cauſa, & occaſione, cuiuſdam Aduenæ Senis mortui; qui per aliquot menſes in Senenſi Maiori Senodochio ægrotauit, & conualeſcens factus, mendicare cæpit per Ciuitatem Senenſem; ac Senex erat, vt proindè, illius quidam miſertus, in domum ſuam, Dei amore recepit, in Parochia S. Mauritij manens; & poſt non nullos dies, huic Seni accidens mortale euenit; proptèr quod vocatus fuit Capellanus Sancti Mauritij ad eum confitendum, ac morbo ingraueſcente, omnia ei præſtitit Sacramenta, quibus receptis ex hac vita deceſſit; & hęc omnia didicit Parochus, S. Ioan: Bapt: qui in actu ſepeliendi in Eccleſia S. Mauritij, litem ſuſcitauit; dicens, ad eum ſpectare, vt Aduenam, in ſua Eccleſia S. Ioan: Bapt: ſepelire; Capellanus S. Mauritij contendebat, ad illum pertinere: inter hos altercantes, fui petitus, vt conſulerem, quid eſſet reſoluendum circam hanc controuerſiam; conſultum feci, & relatum D. Reuerendiſs. Vicario de Ballatis, qui vidit, & reſoluit iuxtà illud, & ſepultus fuit vt de iure, in Parochia S. Mauritij.

CONCLVSIO I.

Viatores, Aduenæ, & Peregrini, per 2
Ciuitates, & loca tranſeuntes, nèc hoſpitium habentes in Parochia, per quam tranſeunt, & ibi decedunt, ſunt ſepeliendi in ea Parochia, in qua tranſeuntes, moriuntur, ſi aliàs ad Maiorum ſuorum ſepulturam commodè tranſferri non poſſint.

Conſtat aſſertio *ex cap. Eccleſia*, 13. 3
q. 1. *& cap: vlt:* 17. *q.* 1. licèt Curatus, mortuo ex improuiſo, non dederit Sacramenta, vel quia non fuit repertus, & multò magis ſi à Parocho ſacramenta

menta

Digitized by Google

menta omnia ſumpſiſſet, & hoc de iure communi.

Doctorum Allegationes.

4 *Tradunt hanc Theſem noſtram Archidiaco. in cap. 1. de ſepultur. & ibi Butrius num. 9. Abbas, num. 4. Syluest. num. 8. verb. ſepultura, Iodac. num. 5. §. 2. Seraphinus, deciſ. 1135. Mareſcottus. lib. 2. variar. reſolut. cap. 95. num. 10. Gratianus, diſceptat. 95. num. 73. Vitalinus, in clement. 1. num. 19. de priuilegijs, Armilla, verb. ſepultura, num. 12. Federicus de Senis, conſil. 253. Gigas, conſil. 97. num. 5. Bœrius, deciſ. 170. Sperellus, deciſ. 87. num. 12. Lauorius, tom. 1. variar. reſolut. tit. 12. cap. 11. num. 144. Praxis Neapolitana, cap. 77. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 113. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO II.

5 Viatores, Peregrini, Aduenæ tranſeuntes per Ciuitates, & loca, non commorantes, ſed ſolùm proficiſcentes, in Parochorum deficientia, in quorum cura, repentino caſu moriuntur ſine electa ſepultura, ſunt ſepeliendi in Eccleſia Cathedrali; quia Parochus, in cuius cura, tranſeunt deceſſerunt, noluit in ſua Eccleſia tumulare.

6 *Ità ad hoc prouidit Sapientiſſimè Sacra Epiſco: & Regular: Congreg: declarando pro Epiſco: Fulginatenſi. die 5. Iulij, 1592. cuius hæc verba ſunt. Viatores, qui moriuntur, dum tranſeunt per Ciuitates, ſine ſepultura electione ſepeliri debent in Cathedrali Eccleſia.* quod ſanè factum eſt ità in ipſorum Viatorum ſubſidium, in caſu, quo, ſepultura Parochiæ carerent, per quam tranſeuntes, vitam finiunt quomodolibet, ſunt proindè in Matrice Eccleſia tumulandi, né vt Catholici illegitimè Eccleſiaſtica ſepultura careant, *iuxtà text: iuris, cap. Eccleſia, 13. q. 1. & cap. final. 17. q. 1. & cap. vbicumque 13. q. 2.*

Doctorum Allegationes.

Defendunt hanc noſtram concluſionem Archidiaco: cap. 1. de ſepultur. in 6. Genuenſis, in ſua d. praxi Neapolit. cap. 77. Tuſchus, tom. 1. concluſ. 189. lit. ſ. Zabarella, conſil. 90. num. 1. Lauorius, vbi ſuprà, Barboſa, cap. 26. num. 31. de offic. Parochi, Gauantus, in ſuo manuali Epiſco. verb. ſepultura, & alij dicendi. 7

CONCLVSIO III.

De iure ad Parochiam cognoſcendam, minimè domicilium reſpicitur, nèc ad illud reſpectus habetur, ſed tantùm attenditur præſens ſtatus, vbi quis actualitèr, & præſentialitèr manet, ſiuè pro aliquo tempore notabili, animum habeat habitandi, quamuis, ibi non conſtituendi domicilium, ſiuè abſolutè ibi manendi, & conſtituendi domicilium, dici tur Parochiam habere pro Sacramentis ſumendis. 8

Quòd enim verò, dicimus, pro Aduenis, Scholaribus, Seruitoribus, Nutricibus, Famulabus, in conducentibus domos ad annum, licèt illum non compleuerint, morte præuenti; pro Lectoribus Vniuerſitatum ſtudiorum, pro Iudicibus Rotæ, & pro ſimilibus Aduenis, Militibus, & Ducibus Militum, &c. aſſerimus quoque. 9

1 Probatur, ex verbis *cap. in noſtra, de ſepultur. vbi ſic dicitur. ſoluta quarta Parochiali Eccleſiæ, de cuius Parochia corpora mortuorum aſſumuntur.* vbi maniſeſtè apparet, quòd habitatio reſpicitur, in dignoſcenda Parochia, vbi hic, & nunc quis reperitur mortuus, & Sacramenta accepit, & manebat, & non domicilium. 10

2 *Ex cap. final. de Parochijs, cap. omnis* 11

nis vtriuſque ſexus, de panit: & remiſſ: cap. Eccleſia. 1. *q.* 1. *extrà de ſepultur: & cap.* 1. *de ſepultur. in* 6. Nàm, ius ſepulturæ, vt plurimum, à Sacramentorum adminiſtratione pendet, *vt ex cap. is, qui de ſepultur.* vbi communitèr Canoniſtæ, hanc tradunt noſtram concluſionem, quàm à communione diuinorum officiorum.

12 3 Nàm, de iure communi, ſunt defuncti humandi, ſine ſepultura electa, in Eccleſia Parochiali, ſuorum Maiorum, videlicet, eam non habentes, vbi reperiuntur hic, & nunc, & Sacramenta recipiunt. *Ex cap.* 1. *extrà de ſepultur: & cap. Eccleſia, & cap. Eccleſiaſticis,* 12. *q.* 2. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

13 *Sequuntur aſſertionem in dictis Iuribus omnes Canoniſtæ, Abbas, in repetit. cap. extirpanda, verſ. qui vero, num.* 11. *de prabend. Archidiaco. in cap. is, qui num.* 1. *de ſepultur: in* 6. *Turrecremata, in cap. facultates,* 13. *q.* 2. *Federicus de Senis, conſil:* 254. *Ceuallus, in ſpecul: commu: contrà commu: q.* 458. *num:* 36. *Salzedo, in addict: ad Diaz, in ſua pract: criminal. cap.* 37. *num:* 14. *& affert declarationem Sacræ Congreg: factam ſecundum noſtram concluſ: Gratian: diſcept:* 75. *num.* 58. *& cap* 298. *nu.* 15. *Menochius, conſil.* 398. *lib.*4. *vbi num.* 7. 17. 22. 42. *&* 44. *multos allegat Doctores, Syluest: verb: ſepultura, num:* 8. *verſ: Laicus, & verb. domicilium, & verb: Parochia, Molina, de inſt: & iure, diſp.* 214. *col.* 4. *verſ. illi, qui, Sanchez, tom.* 1. *de matrimo. diſp.* 23. *num.* 12. *verſ. & confirmatur, alios multos citans ſcriptores, & tom.* 1 *ſumma, lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 24. *Guttierez, de matrimo. cap.* 63. *num.* 19. *Molſeſius, tom.* 2. *ſumm. tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 30. *Seraphin. deciſ.* 1035. *Lauorius, cap.* 11. *num.* 114. *&* 150. *& cap.* 17. *num* 46. *tit.* 2. *to.* 1. *variar. lucubrat. Petrus de Vbaldis, p.* 2. *cap.* 7. *num.* 23. *de cano: portio: Epiſco: Belletus, in diſquiſit: clerico: p.* 1. *tract. de cleric: debitore,* §. 3. *num.* 21. *Innocentius, in cap. omnis vtriuſque ſex. de panit. & remiſſ. ibid. Ioan. Andrea, num.* 3. *Butrius, num.* 38. *ibid. Cardinalis, num.* 6. *Anchar. num.* 9. *Sperellus, deciſ.* 87. *nu.* 2. *Diana, p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 113. *Barboſa, cap.* 19. *num.* 10. *de parocho, Layman. lib.* 5. *tract.* 6. *num.* 5. *cap.* 10. *& alij omnes recitandi.*

CONCLVSIO IV.

Quandò quis bona fide, & abſque omni fraude, & malitia, habitationem ſuſceperit, ac nequit inde commodè reuertere ad Sacramenta ſummenda, in loco Parochiæ, vbi domicilium habet, efficitur illius loci Parochianus, & quò ad Sacramenta ſuſcipienda, & quò ad ſepulturam. quòd ſecùs eſt dicendum, ſi fraudulenter, in præiudicium proprij Parochi, vel alterius, habitationem ad tempus mutauerit. 14

Nàm fraus, & dolus nemini patrocinari debet, *iuxtà regul. iuris, in* 6. 15

Doctorum Allegationes.

Ità tenent Nauarr. conſil. 1. *de paroch: Layman, in floribus, deciſ.* 1. *Barboſa, num.* 11. *vbi cum alijs citatis, & citandis.* 16

CONCLVSIO V.

Recipiens quis Sacramenta Eccleſiæ in aliqua Parochia, eo ipſo, in dubio, videtur virtualitèr, ac interpretatiuè, ibi ſepulturam eligiſſe, dubio procul; remoto tamen, omni dolo ac fraude, vt modò diximus; ac proindè, tuta conſcientia, præfatos Aduenas, & alias prædictas perſonas, ad tradendam 17

N ſe-

ſepulturam ſpectare ad eum Parochum, qui eis Sacramenta adminiſtrauit, & ibi deceſſerunt ex hac vita.

Doctorum Allegationes.

18 *Pro hac noſtra Theſe allegantur omnes relati Doctores num. 13. Abbas, in cap. 1. de ſepultur. num. 4. Butrius, nu. 9. Franchus, & Geminian: ibid: de ſepultur. in 6. Lapus.cap.vlt.de ſepult. Sylu. verb. ſepult. num. 8. Rota coram Seraphino, deciſ. 1135. nu. 3. Gratianus.diſcept. 95. num. 74. tom. 1. Mareſcotus, lib. 2. variar. reſolut. cap. 95. num. 11. Petrus de Vbald. de port. cano. Episco. cap. 6. num. 18. Sperellus, num. 7. vbi ſuprà, & alij referendi.*

CONCLVSIO VI.

19 Domicilium qui habet in Ciuitate, ſeú Caſtro, & aliquandò rus ad habitandum ſe transfert, recreationis gratia, vel vt ruralia exerceat; & ibi moritur ſine electa ſepultura; de iure ſeliri debet, aut in ſua Maiorum ſepultura, aut in Parochia Ciuitatis, ſeu Caſtri, ſi commodè ferri Cadauer poteſt, *ex cap: is. qui, de ſepultur: in 6. & ex alijs ſuprà allegatis iuribus.*

Doctorum Allegationes.

20 *Tradunt aſſertionem hanc noſtram, omnes Doctores in d. cap. is, qui de ſepultur. in 6. Abbas, cap. in noſtra, de ſepultur. num. 10. Menochius, de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 88. num. 3. & conſil. 398. num. 37. lib. 4. Maſchardus, de probat. concluſ. 1150. num. 1. & 2. Rota deciſ. 643. num. 2. & deciſ. 656. p. 1. diuerſ. Panormit. in d. cap. in noſtra, num. 10. de ſepultur. Turrecremata, vbi ſuprà, Angelus, verb. ſepultura, num. 8. Lauorius, cap. 11. num. 147. tit. 3. Barboſa, cap. 19. num. 13. de offic. Parochi, Nauar. in cap. placuit, num. 77. de pænit. diſt. 6. Henriquez, lib. 6. ſumm. cap. 7. §. 2. Suarez, tom. 4. in 3. p. D. Thom. diſp. 25. de pænit. ſect. 2. Coninchus, de ſacram. diſp. 8. dub. 3. concluſ. 4. Sanchez, lib. 3. ſumm. diſp. 24. num. 5. Fernandez, p. 3. cap. 6. §. 9. num. 6. Layman, cap. 10. num. 6. verſ. dubitatur, vbi ſuprà, cum alijs dictis, & dicendis.*

CONCLVSIO VII.

Qui habet domicilium diuiſum, ideſt
partim in Ciuitate, vel Caſtro habitat 21
in hyeme, & partim, ruri in æſtate in
autumno commorantur, in tali caſu ſi
moriatur non electa ſepultura, & ſuorum Maiorum careat ſepultura, eſt ſeſepeliendus vbi decedit in ea Parochia, à cuius Parocho Sacramenta accepit, ſiuè reperiatur in Ciuitate, aut Caſtro, ſiuè ſit ruri.

Doctorum Allegationes.

Tenent Theſem hanc noſtram Plaudanus, in 4. diſt. 17. q. 3. art. 2. concluſ. vlt. 22 *Syluest. verb. ſepult. num. 8. & verb. Confeſſ. num. 10. Sanchez, tom. 1. lib. 3. de matrimo. diſp. 23. num. 12. & diſp. 24. Menochius, conſil. 398. num. 21. & 33. multos alios allegans, Petrus de Vbald. vbi ſuprà, num. 12. cap. 7. Tyraquellus, §. 9. gloſſa, 2. num. 26. Sperellus, num. 10. vbi ſuprà, & alij dicendi, & nominati ſuprà.*

CONCLVSIO VIII.

Infans, ad aliam Parochiam à Ma-
tre, ſeù Tutore tranſlatus; quia in Pa- 23
rochia dignoſcenda, minimè domicilium attenditur, ſed tantum hic, & nunc habitatio, vbi manet, ad conſiderabile tempus; Ideò huius Infantis Parochus, ſuorum Maiorum ſepultura

ca-

Digitized by Google

carentis, ac morientis, in Parochia eſt ſepeliendus, in qua eſt mortuus, & adeſt præſentialiter,

Doctorum Allegationes.

24 *Sequuntur hanc noſtram concluſionem Ancharan, in d. cap. is, qui, de ſepultur. in 6. Federicus, de Senis, conſil. 253. & 254. Sperellus, num. 11. vbi ſuprà. Bonacina, de Contract. diſp. 3. q. 21. Franc. 3. num. 6. dub. 15. fol. mihi, 445. Mancinus, dub. 24. de ſepultur. & alij nominandi.*

CONCLVSIO IX.

25 Aduenæ, & hoſpites, in Ciuitate; aut Caſtro, hoſpitium habentes, ſi interim moriantur, abſque electa ſepultura, & ſuorum Maiorum non ſit, vbi deceſſerunt, ſunt ſepeliendi in Parochia, in qua degunt, à cuius Parocho Sacramenta acceperunt.

Doctorum Allegationes.

26 *Aiunt ità Archidiaco: in cap. 1. nu. 3. de ſepultur. in 6. Butrius, ibid. num. 9. Abbas, num. 4. cap. 1. extrà de ſepult: Syluest. num. 8. verb. ſepultura, Vitalinus, in Clement. 1. de priuilegijs, Gigas, conſil. 97. num. 3. Boerius, deciſ. 175. Armilla, verb. ſepultura, num. 2. Federicus de Senis, conſil. 253. Mareſcottus, lib. 2. variar. reſolut. cap. 95. num. 9. Gratianus, diſcept. 95. 75. & alij communiter.*

CONCLVSIO X.

27 Qui in duarum Parochiarum confinibus habitat, proprius Parochus cenſetur eius, in qua domus aditum, & portam habet ingrediendi, & egrediendi.

28 Cuius eſt ratio formalis; quia exaditu de domo iudicatur. *L. cui ades ff. de legat. 3. & conſtat, ex cap. ſignificauit de Parochis, 3. decretal.*

Doctorum Allegationes.

Docent Theſem hanc noſtram Bartol. l. 6. num. 6. in fine ff de damno infecto, & 29 *in l. pradij, §. qui domum, ff. de legat. 3. Baldus, conſil. 60. num. 5. volum. 1 Riccius, deciſ. 333. in pr. edict. & in 2. deciſ. 510. Barboſa, p. 1. de poteſt. Epiſco. allegat. 32. num. 71. verſ. 70. infertur, Geminian. in cap. cum quis, num. 4. de ſepultur. & alij nominandi. Vnde Senis caſus euenit inter Parochum S. Mauritij, & S. Martini; quia Parochianus. Sancti Martini accepit de domo S. Mauritij duo cubicula, cuius cauſa fuit contro. orta magna; quia Parochus. S. Mauritij prætendebat habitantem in illis duobus cubiculis eſſe ſua Parochia; quod re vera, de iure fuit deciſſum eſſe. S. Martini, à cuius Parocho recepit omnia Sacramenta, & in Parochia. S. Martini fuit humatus quia aditum ſeu portam habebat in Parochia ipſa S. Martini.*

CONCLVSIO XI.

Regulares, ac Clerici Viatores per Ciuitates, & loca tranſeuntes, vbi 30 non ſunt Monaſteria ſui Ordinis, néc commodè, ad propria loca Regularia transferri poſſunt, & ſine electa ſepultura decedant, ſunt ſepeliendi de iure, in Eccleſia Cathedrali, *ex cap. is, qui, de ſepultur. in 6. & ex relata ſuprà declaratio: Sacra Congregat. Epiſco & Regular.*

Doctorum Allegationes.

Suſtinent hanc aſſertionem noſtram Butrius, in cap. 1. de ſepult. in 6. Syluest. verb. ſepultura, num. 8. Boerius, deciſ. 31 *175.*

175 *num.* 5. *&* 7. *Sperellus*, *num.* 15. *deciſ* 87. *Lauorius*, *num.* 141. *&* 150. *vbi ſuprà*, *Item*, *Butrius*, *in cap. in noſtra*, *num.* 15. *de ſepultur. cum alijs citatis*, *& citandis*.

CONTROVERSIA IX.

AN Imperatori, Regibus, Principibus, ac cæteris vtriuſque ſexus hominibus ſepultura Eccleſiaſtica aſſignanda de iure ſit, & ſi abſque ea electa decedant, vbi enim ſepeliendi ſint? quarè multa curioſa, ſanè, ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Imperator, Reges, ac cæteri Catholici Principes ſepeliendi ſunt, in ſepultura ſuorum Maiorum, *ex cap.* 1. *& cap. cum quis*, *de ſepultur. in* 6. vel vbi ipſi ſibi eam elegerint; vel ſi eam non elegerint, aut non habeant ſuorum maiorum ſepulturam, ſunt de iure in Eccleſia Cathedrali ſepeliendi: quia locorum Ordinarij ſunt horum virorum magnatum, ſpeciali modo Parochi eminenter.

Doctorum Allegationes.

2 *Docent Doctores in Superiori Controuer. allegati multi*, *& in proprijs terminis Hoſtienſis*, *in ſumm. de panit. num.* 4. *Lauorius*, *tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 108. *cum alijs nominandis*.

CONCLVSIO II.

Eremitæ, qui non profitentur ali-
3 quam Religionem, ſed ſimpliciter ad ſolitaria loca ſe conferunt; ſi non eligant ſepulturam ante obitum ſuum; ſepeliendi ſunt in Parochia, intrà cuius fines ſunt ſua loca ſituara, vbi reſident. Si verò profeſſi ſunt certam Regulam ſibi à Diæceſano datam, tunc ſepelientur in viciniori Monaſterio, cuius ordinem ſunt Profeſſi, ac Regulam; *cap. final. Religioſi*, *de ſepultur. in* 6.

Idemuè aſſerendum eſt; ſi quis pro-
feſſus aſſumit vitam eremiticam de ſui 4
Superioris licentia: quia tunc profeſſus remanet, ac in ſua ſepelietur Religione, ſi commodè transferri valeat, vel vbi ſibi ſepulturam elegerit, & ſi abſque illa decedat, ſepelietur, in Parochia vbi manet.

CONCLVSIO III.

Fraticelli, qui certum habitum aſ-
ſumunt, ac eleæmoſynantur, & quan- 5
doque ſoli manent, & aliquandò in Congregegatione, nullam tamen Regulam profitentes, ſi abſque ſepultura decedant, ſunt humandi in Parochia.

CONCLVSIO IV.

Mulieres, quæ incarceratæ vocan- 6
tur, & ſe faciunt recludi in certa domo, & per quandam feneſtram, eleæmoſynam à Tranſeuntibus recipiunt, ſi non ſibi ſepulturam eligant, ſunt ſepeliendæ in Parochia intrà quam domus illa manet, quaſi ibi domicilium ſibi habere velint, & quia ibi reperiuntur, & Sacramenta recipiunt ab ipſo Parocho *Ex cap. cum quis*, *de ſepultur.*

CONCLVSIO V.

Doctor Vniuerſitatis Studij, & Scho-
lares, atque cæteri alij moram trahen- 7
tes in ſtudio, ſeù in alio loco, ibi ſepelientur, vbi moriuntur abſque electa ſepultura, & animo venerunt moram tra-

Digitized by Google

trahendi: nam ibi dicitur eius Eccleſia Parochialis, in qua recipit Sacramenta ſi verò non veniunt animo moram trahendi, ſepelientur, in Cathedrali, ſi verò, eis Eccleſia Parochialis adminiſtrauerit Sacramenta in Parochia ſepelientur.

Doctorum Allegationes.

8 *Has Theſes noſtras amplectuntur Medices, q. 7. num.* 18. *& 19. de ſepultur. Lauorius, num.* 104. *& ſeqq. vbi ſuprà, Syluest. verb. ſepultura, num.* 8. *verſ. ſi verò, item Lauorius, cap.* 11. *num.* 9. *&* 148. *cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO VI.

9 Qui morbo contagioſo laborant, vt epidymiæ, & huiuſmodi deceſſerunt, ſunt humandi in loco non periculoſo, vt viuis nocere non poſſint, verum carere ſepultura haud debent Eccleſiaſtica.

CONCLVSIO VII.

10 Qui caſu moritur in Mari, vel in Terra, ſepeliri debent in ſepultura Eccleſiaſtica; Milites verò, decedentes in ſingulari certamine, ea carent omninò, *Ex cap. ex parte de ſepulturis.*

CONCLVSIO VIII.

11 Fratres germani ſecundum carnem ſæculares morientes non electa ſepultura, ſi ſuorum Maiorum, vel Fratrum, eam habeant, ibi ſunt tumulandi, aliàs, in Parochia, à cuius Parocho Sacramenta receperunt.

Doctorum Allegationes.

12 *Tenent has Theſes noſtras Abbas in cap. ſacris, num.* 6. *extrà de ſepult. Armilla, verb. ſepultura, num.* 26. *Syluest ibid. num.* 17. *Tabiena, num.* 24. *Medices, q.* 7. *num.* 36. *de ſepultur. Florianus Dulphus de ſepultur. cap.* 4. *num* 21. *Lauor. num.* 149 150. *&* 151. *vbi ſuprà, Piſanella verb. ſepultura., §. quid fiet, D. Gregorius, lib.* 2. *dialogi, cap.* 34. *cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO IX.

Frater Germanus Minor ſecundum carnem, pro Minori Fratre ſepulturam nequit eligere. *Ex cap. licèt, de ſepultur.* loquitur de linea Aſcendentium: Nec Filius pro Patre furioſo, nèc Tutor pro pupillo, nèc Teſtator pro extraneo, quem hæredem vniuerſalem inſtituit: ſicut ſi hæredem impuberem inſtituat, non valet ei ſepulturam eligere cum nullam poteſtatem habeat in eius perſonam, licèt eum onere grauare queat fidei commiſſi. *not. l.* 1. *ff. ad Trebell,* 13

CONCLVSIO X.

Relegati, ac Confinati ad tempus ſunt ſepeliendi in eo loco, & Ciuitate, in qua debuiſſent ſepeliri, ac ſi non eſſent relegati. *L. filij, §. relegatus, ad municipial. l. exilium; l. relegatorum, §. final. ff. de interd. & releg.* Si verò, perpetuò ſunt relegati, ſepeliri debent eo loci, in quo relegati manent, & illorum Corpora abſque Principis iuſſu, nequeunt transferri. *L. final. ff. de cadauer. damnat.* à quo poteſt impetrari, & haud denegari, ſanè debet, vt ſcribit *Cæſar Auguſt. lib.* 10. *de vita ſua; in l.* 1. *ff. de cadauer. pun it.* 14

Doctorum Allegationes.

Tradunt has duas Theſes Ioan. Aſinius, lege familiaria ſepulchra, ff. de religio. 15

Digitized by Google

ligio. & ſuppl. funer. num. 51. *Laurius, num.* 141. 152. *& ſeqq. tit.* 2. *cap.* 11. *vbi ſuprà, Bartol. Abbas, & Falinus, in cap. à nobis, de ſent. excommunic. Dilectus, de arte teſtandi, tit.* 9. *de ſepultur. cautela,* 2. *Ioan. Andrea, cap.* 2. *de fur. Zabarella, in Clement.* 1. *de pæni. & remiſſ. & alij nominandi, Florianus Dulphus cap.* 5. *num.* 5. *de ſepulturis.*

CONCLVSIO XI.

16 Damnati ad mortem, poſt ſententiam, & tranſitum indicatum, nequeunt ſibi ſepulturam eligere. *L. eius. ff. de teſtam.* nèc aliquid pro anima ſua relinquere valent, ſed benè Sacramenta recipere queunt ſi adſit aliquod priuilegium vt Viterbij, in ſocietate Ioan. Bapt. ſi autem, lite pendente, ſeù appellatione, aut ſuſpenſa; in tali caſu valent ſepulturam eligere.

CONCLVSIO XII.

17 Damnati huiuſmodi ad mortem, de conſuetudine ſepeliuntur in ſingulari ſepultura ad hunc effectum conſtructa, & de iure, quidem ſepeliri non debent; niſi ex Principis permiſſione, & ad aliorum terrorem in patibulo tenentur.

Doctorum Allegationes.

18 *Tenent has duas noſtras Theſes, Sylueſt. verb. ſepultura, q.* 6. *Angelus, ibid. num.* 2. *Butrius, in cap. ex parte, num.* 12. *de ſepultur. Laur. num.* 142. *&* 143. *vbi ſuprà, Florianus Dulphus, cap.* 5. *num.* 1. *de ſepultur. is, cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO XIII.

19 Sepulturam eligendi non habens facultatem, debet humari in ſepultura ſuorum Maiorum ſi habet: aliàs in Parochia, vbi reperitur. *vt declarauit Sacra Congreg.* 21. *Decembris*, 1616.

CONCLVSIO XIV.

Paruuli ſunt ſeparatim, ſi fieri poteſt, ſepeliendi, & non in communibus ſepulturis, vt vult Rituale Romanum à Paulo V. conditum, §. *de exequijs paruulorum.* 20

Inprimis admonendi ſunt Parochi, vt iuxtà vetuſtam, ac laudabilem conſuetudinem Eccleſiarum, paruulorum corpuſcula non ſepeliantur in communibus, & promiſcuis Cæmeterijs, & Eccleſiarum ſepulturis; ſed pro illis, in Parochialibus Eccleſijs, aut illarum Cœmeterijs, quatenus commodè fieri poteſt ſpeciales, & ſeparatos loculos, & ſepulturas, habeant, ſeu fieri curent, in quibus non ſepeliantur niſi qui baptizati fuerint Infantes, vel pueri, qui ante annos diſcretionis obierunt. hac ibi.

Vndè veteres huiuſmodi Infantium ſepulchra appellabant, *Subgrundia*, ſi 21
non dum quadraginta dies compleuerint; cum nèc Buſta dici poſſent; quia oſſa, quæ comburebantur, non eſſent tantæ magnitudinis Cadaueris, qua locus tumeſceret.

CONCLVSIO XV.

Deſcendentes ſepulturam Aſcendentium ſequuntur, ſed non viceuerſa, nèc 22
tranſuerſales ſequuntur ſepulturam trāſuerſalium ſuorum, niſi hæredes ſint, & ſit ſepultura hæreditaria, & tales obierint ſine electa ſepultura.

CONCLVSIO XVI.

Infantes expoſiti, qui eſt incertum, 23
quis ſit eorum Pater, & Mater, ideò in ſepultura hoſpitalium ſepeliuntur, *cap.* 1. *de Infanti. & langui. expoſit. l.* 1. *Cod. de infant. expoſit.* ſi verò, ſit quæſitus filius,

Digitized by Google

lius, in ſepultura Matris ſepelietur, cum Patrem habeat incertum. *L. 1. ff. ad municipial.*

CONCLVSIO XVII.

24 Adoptius, ſeù Arrogatus, ſi moriatur, Patre viuente adoptante, in eius ſepultura eſt tumulandus, cum decedat eo tempore adoptio durabat: ſecùs eſt dicendum ſi poſt Patris mortem, moriatur, & tunc ſepelietur in ſepultura Patris naturali, *cap. vnico, de cognat. legali*; Durante adoptione, namque Pater valet ſepulturam eligere filio impuberi adoptiuo. *L. 1. ff. de adopt.*

CONCLVSIO XVIII.

25 Adultus Curatorem habens, poteſt abſque illius auctoritate ſepulturam eligere, quia valet etiam teſtamentum condere. *L. aurelio ff. de libert. legat.*

Doctorum Allegationes.

26 *Tradunt has prafatas noſtras concluſiones Barboſa, in collectan. DD. ad cap. 1. num. 2. de ſepultur. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 107. Lauor. num. 44. 121. & ſeqq. cap. 11. tit. 2. vbi ſuprà, Petrus de Vbald. de cano. portio. cap. 11. num. 14. Geminianus, in cap. licet, de ſepultur. in 6. & alij nominandi, & relati à dicto Barboſa.*

CONCLVSIO XIX.

27 Clerici valent pleno iure ſepulturam ſibi eligere, ſi vſum rationis habeant, & decimum quartum annum completum, licitè, & liberè, ſicuti cæteri Laici ſepluturam eligunt.

28 Cuius ratio eſt adæquata; quia Clerici eſſe non debent inferioris conditionis, quàm Laici; ſed hi vſum rationis, & quatuordecim annos complectos habentes ſepulturam ſibi eligere valent. ergo, & Clerici, vt probatur *ex extrauaganti, deteſtandæ, §. præfati, & §. ſed vt defunctorum, de ſepultur. & ex cap. bona rei. 129. 2. & cap. vna, qua 13. q. & cap. Apoſtolica, de donat.*

CONCLVSIO XX.

Clerici decedentes abſque ſepultura electa, & in nullo loco ſunt addicti, ſunt tumulandi in propria Parochia; & ſi ſuorum Maiorum habent ſepulturam, in ea erunt ſepeliendi. *Ex cap. fraternitatem, cap. ex parte, cap. is qui, de ſepultur. in 6.* 29

Verùm Romanum Rituale, tit. de exequijs, præcipit, vt Clericorum, ac Sacerdotum, *ſepultura, cuiuſcumque ordinis, vbi fieri poteſt, à Laicorum ſepulturis ſeparata exiſtant, ac in decentiori loco ædificata maneant.* 30

Doctorum Allegationes.

Docentur huiuſmodi duæ noſtræ Theſes communitèr à Canoniſtis in dictis iuribus, à Gloſſa, in cap. vbicumque 13. q. 2. à Geminiano, conſil. 1. num. 4. 5. & 8. à Bellett. p. 1. diſquiſit. cleric. §. 3. de cleric. debit. num. 12. à Paſqualigo decif. 381. num. 5. à S. Antonino, p 3. ſumm. tit. 10. cap. 5. §. 1. à Lauorio, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 9. & ab alijs allegandis, & ſuprà recitatis. 31

CONTROVERSIA X.

AN Confratres Societatum Sæcularium ſint in ſuis Eccleſijs Confraternitatum, ac Societatum tumulandi? vbi alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Præfati Confratres decedentes ex hac vita, & ſepultura ſuorum Maiorum carentes, & illa minimè electa, tenentur in Eccleſia Parochiali ſepeliri, non obſtante quocumque ſtatuto harum Confraternitatum, in quibus decernatur eſſe horum Confratrum corpora humanda, in ſepultura conſtructa ad hunc effectum, à Societate; niſi aliàs ipſa ſtatuta confirmata fuerint, motu proprio, & ex certa ſcientia, à Sede Apoſtolica, cum derogatione Iurium Parochialium Eccleſiarum; in tali caſu, ibi ſepeliri poterunt.

2 Nàm, præfata ſtatuta Confratrum vim non habent derogandi iura Eccleſiarum Parochialium ius, & commune, quod vult, vt ſepeliantur in Maiorum ſuorum ſepultura, aut in Eccleſia Parochiali, dicta corpora non electa ſepultura, & Principis priuilegia numquam intelliguntur in altererius preiudicium, ſi expræſsè non derogat. *L. 2. §. ſi quis, à Principe ff. ne quid in loco publico.* ergo vera concluſio.

CONCLVSIO II.

3 Confratres vt ſepeliri valeant in eorum Eccleſia, ſi per priuilegium eſt conceſſum illis, cum ſepulturæ electione ibi dumtaxat facta; non proindè, ſine ſepultura electa, debent ſepeliri in Eccleſia Confraternitatis; ſed ſunt tumulandi, vel vbi ſepulturam habent, vel ſuorum Maiorum, vel in Eccleſia Parochiali.

CONCLVSIO III.

4 Confratres ſi nullam habuerint ſepulturam in communi, aut ſi eam habuerint, & eam non elegerint; ſunt ſepeliendi in ſua Parochia, à cuius Parocho Sacramenta receperunt; quià priuilegium ſatis operatur, vt Confratres poſſint in ipſorum Eccleſia ſepeliri, ſi eam ſibi eligant; vbi aliàs, nequirent, ſinè indulto ſepeliri, & priuilegia non ſunt multiplicanda in præiudicium Eccleſiarum Curatarum.

CONCLVSIO IV.

Confratres ſepelientes in Oratorio, aut Capella, ſeù in Eccleſia Confraternitatis, quià in his locis ſibi ſepulturam elegerunt; officium funerale ſuper cadauer à Parocho de iure ſpectat, & nullatenùs à Capellano horum locorum. 5

Ità declarauit etiam nouiſſimè Sacra Epiſco. & Regular. Congeg. referente Cardinali Ludouico Taberna Epiſco. Laudenſi, vt in illius Synodo fol: mihi 63. regiſtratum eſt. 6

CONCLVSIO V.

Confratres nequeunt accedere ad Mortuorum funeralia, niſi ſpecialitèr, & expreſsè vocati fuerint; *vt deciſum fuit à Sacra Rituum Congregatione, in vna Bononienſi die 9. Decembris. 1617. & quando petiti ſunt, accedere ad cadauera aſſocianda, nullatenùs Crucem erigere valent, vt eadem Sacra Rituum Congregatio in vna Adrianenſi 22. Nouembris, 1631. declarauit.* 7

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt has omnes noſtras Theſes Petrus de Vbaldis, de cano. Epiſco. portio. cap. 1. verſ. variant, Medices, p. 1. q. 7. num. 41. Genuenſis, in ſua praxi Neapolitana, cap. 26. num. 5. & 6. Lanorius, cap. 11. num. 106. & ſeqq. vbi ſuprà, Barboſa, in Collectanea Bullar. verb. Confraternitas, & cap. 26. num. 61. de parocho 8

cho Lezana tom. 2. cap. 15. num. 29. Mancinus, & Gauantus cum alijs ſupra allegatis, & alijs referendis.

CONTROVERSIA XI.

AN Dominus Papa, Cardinales, Nuntij Apoſtolici, Primates, Archyepiſcopi, Epiſcopi, ac Abbates Sæculares, ſepulturam ſibi non eligentes, vbi de iure ſint ſepeliendi?

CONCLVSIO I.

1 Romanus Summus Pontifex, cum cæteris inferioribus, de quibus in titulo Controuerſiæ; dubio procùl, pleno iure, *licitè*, ac *liberè*, ſepulturam ſibi eligere queunt, ex Superioribus Iuribus recitatis.

CONCLVSIO II.

2 Papa, ſi decedat in loco, vbi cum ſua reſidet Curia, in Eccleſia Cathedrali loci eſt ſepeliendus, extrà Vrbem ſcilicèt, & non electa ſepultura.

Si in aliqua Ciuitate, cum Romana curia reſidet, & inde ob aliquam cauſam recedit, ac remanente Curia, ſi contingat mori ſine ſepultura electa, eſt transferendum ad locum, vbi Curia reſidet, & in Eccleſia Cathedrali ſepelietur. *ex cap. is, qui de ſepult. in 6.*

CONCLVSIO III.

3 Papa electus ſi abſens ſit, & in itinere decedat, ſine ſepultura electa, in Eccleſia Cathedrali loci illius ſepelietur, vbi defunctus eſt: *ex cap. licèt de elect.*

CONCLVSIO IV.

Papa electus, & papatui renuncians, ac moriatur in Vrbe, abſque ſepulturæ electione eſt Romæ tumulandus apud Eccleſiam Lateranenſem. Sin autem, poſtquam Papatui renunciauerit, atque vitam eremiticam ducat, vel per Mundum vagetur, decedente abſque ſepultura electione, eſt humandus in Eccleſia, in cuius Territorio obijt. 4

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt has Theſes noſtras multi ex recitatis Doctoribus ſuprà, Petrus de Vbaldis, de cano. portio. Epiſco. cap. 9. num. 28. Lanorius, tom. 1. variar lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 41. & 46. Florianus Dulphus, cap. 4. num. 18. de ſepultur. cum alijs nominandis. 5

CONCLVSIO V.

Cardinalis decedens Romæ ſine electa ſepultura, aut ſepeliendus eſt in Eccleſia S. Ioan. Bapt. Lateranenſi, tamquam Cathedrali, *per cap. is qui, de ſepultur. in 6. & cap. fundamenta*, §. *decet, de elect. in 6.* aut, vt hodie eſt de conſuetudine, & praxi, in illis Eccleſijs, quarum titulis à Papa ſunt decorati, honorati, & intitulati. 6

CONCLVSIO VI.

Cardinalis, extrà Romanam Curiam, ab aeris temperiem moriatur ſine ſepultura electa, in Eccleſia præfata Lateranenſi, tamquam Cathedrali, per dictum *cap. is, qui de ſepultur in 6.* vel vt hodie, de praxi, & conſuetudine in ſua Eccleſia titulari debet ſepeliri. 7

CON-

CONCLVSIO VII.

8 Cardinalis, ſi in loco decedat, vbi Curia manebat, abſque electa ſepultura, extrà videlicèt Vrbem, ſepeliendus eſt, in Eccleſia Cathedrali illius loci, ſi remotè admodum diſtet ab Vrbe, vt difficiliter ad ſuam Edcleſiam transferri poſſit, cuius titulum habet.

CONCLVSIO VIII.

9 Cardinalis, ſi galero fuerit priuatus ſeù abdicauerit ſe à Cardinalatu, & ſine ſepultura electa obiens, & ſuorum Maiorum non adeſt, vel non commodè ad eam transferri valet, eſt in Eccleſia Parochiali humandus, à cuius Parocho recepit Sacramenta.

CONCLVSIO IX.

10 Cardinalis ſtatim quòd eſt ad Cardinalatum promotus, decedat ex hac vita, deindè abſque ſepultura, priuſquam ad Vrbis Curiam veniat, eſt in ſepultura ſuorum Maiorum, ſi adeſt, ſepeliendus, vel in Eccleſia Cathedrali: Si verò, eſt Regularis, & adhuc in ſuo Monaſterio maneat, in ſua Patrum, & Religioſorum eſt ſepultura humandus, à quibus etiam Sacramenta recepit.

CONCLVSIO X.

11 Cardinalis Lagatus de Latere ſi in itinere moriatur, priuſquam ad ſuam Legationem, ac Prouinciam ingrediatur abſque electa ſepultura, eſt in Eccleſia Cathedrali tumulandus, vbi deceſſit: ſicut pari modo, ſi moriatur in Prouincia ſuæ Legationis, ſine electa ſepultura, eſt ſimilitèr in ipſa matrice humandus.

CONCLVSIO XI.

Cardinalis exiſtens Legatus de Latere duarum Prouinciarum, & abſque electa ſepultura decedens, eſt ſepeliendus in Eccleſia Cathedrali Ciuitatis, vbi reperitur. 12

Et ſi ad Curiam Romanam reuocetur, & in itinere, decedat, ſine electa ſepultura, & eius officium Legationis adhuc duret, quouſque Romam perueniat. *L. final. ff. de officio proconſulis*: in tali euentu, eſt tumulandus in Cathedrali illius loci vbi deceſſit.

Doctorum Allegationes.

Allegantur pro his omnibus Theſibus, de Cardinalibus, Auctores num. 5. recitati, & alij recitandi, de communi ſententia. 13

CONCLVSIO XII.

Domini Nuntij Sedis Apoſtolicę decedentes in locis ſuæ Nunciaturæ, abſq; ſepultura electa, aut etiam in itinere, dum Nuntij manent, ſunt ſepeliendi in Eccleſia Cathedrali, ſuæ Nuntiaturæ. *cap. accedens, de præſcript. & cap. præſertim, de offic. ordin. in 6.* 14

CONGLVSIO XIII.

Patriarchæ, Primates, Archyepiſcopi, & Epiſcopi, in ſuis proprijs Eccleſijs decedentes, ibi ſunt ſepeliendi: Si verò, extrà ſuas Diœceſes moriantur, non electa ſepultura, nec ſuorum Maiorum adeſt; aut in Cathedrali Eccleſia ſunt humandi, aut quòd conuenientius eſt, vt tranſportentur ad ſuas proprias Eccleſias Cathedrales, *ex cap. is, qui, de ſepultur. in 6.* 15

Nàm D. Epiſcopus de Sermartellis, Patritius Florentinus, ac Cluſinus Antiſtes, 16

ſtes, in Ciuitate Regia, olim Tuſciæ Sedis Porſonæ Regis, in ſua patria mortuus, deportatus fuit ad ſuam Cathedralem Eccleſiam Cluſinam ſepeliendum, cuius Ciuitatis ego ſum Patritius antiquus. Et 1647. menſe Septembris, Senis obijt D. Epiſcopus Groſſetenſis de Turraminis, & fuit ſepultus in ſepultura ſuorum Maiorum in Eccleſia, D. Auguſtini. Et ſuus anteceſſor Epiſcopus eiuſdem Ciuitatis, & de Tantuccis tumulatus fuit, item, Senis in ſepultura ſuorum Maiorum, in Eccleſia S. Martini, quod ſanè de congruo, & ſecundum Iura canonica, in ſuis Eccleſijs tumulandi erant, ſed propter remotionem magnam, ad expenſas euitandas, in ſepulturis ſuorum Maiorum fuere humati.

CONCLVSIO XIV.

17 Præfati Prælati, ſi ex diſpenſatione Papali, habeant duos Epiſcopatus, & decedant, ſine electa ſepultura, ſunt ſepeliendi in Eccleſia Cathedrali, cui eſt iniuncta alia Eccleſia Cathedralis: quia ipſa conſideratur tamquam principalis, *cap. 1. nè Sede vacante*. Si verò Eccleſiæ ſunt æque principalitèr vnitæ; in tali caſu, eſt diſtinguendum: vel deceſſit extrà Diœceſim, vel intrà; vel in neutro pro cuius reſolutione, ſit in ordine.

CONCLVSIO XV.

18 Prædicti Prælati, duos habentes Epiſcopatus ex diſpenſatione, ac extrà eos ſine electa ſepultura, ac remotè diſtent ab eis, morientes, ſepeliendi ſunt, aut in ſuorum Maiorum ſepultura, aut in Eccleſia Cathedrali, ſi adeſt, vbi decedunt, aut in Eccleſia Collegiata, vel Parochiali.

19 Si verò, intrà Diœceſim, in ſua Cathedrali, in cuius viciniori loco reſident; vel ſi in Eccleſia reſident illorum duorum Epiſcopatuum, ibi erunt multo magis tumulandi, quòd eſt conformius, *cap. & temporis qualitas, 16. q. 1.*

CONCLVSIO XVI.

Prædicti Antiſtites, ſi intrà Diœceſim decedant, coniecturæ intrant, quarum optima eſt, ſi in altera Parochiarum moriantur, itaut videatur ibi elegiſſe, ex quo aliud non expræſſerunt; *cap. cum quis, de ſepultur. in 6.* Si verò in neutra decedant; Epiſcopus gratificabit vtram earum Eccleſiarum velit, cum ſit Regulator Diœceſis. *cap. omnes Baſilicæ 17. q. 6.* 20

Similiter videndum eſt, in qua Eccleſia, iſtorum duorum Epiſcopatuum, ſolent plures Epiſcopi ſepeliri, & è contrà, & apud quam præſul defunctus, maiorem habuit affectionem, & moriens non facta electione, cenſetur in ea Eccleſia Cathedrali, vbi moritur, ſeù in qua reſidebat, ſepulturam elegiſſe. 21

Funeralium expenſæ ſunt ab Eccleſia ſoluendæ, vbi eſt humatus, & exequiæ ſunt celebratæ, & quarta funeralium inter ipſas duas Eccleſias æqualiter ſunt diuidendæ pro rata. 22

CONCLVSIO XVII.

Epiſcopus Coadiutor ſi moriatur abſque ſepultura electa, in Eccleſia Cathedrali eſt humandus. quia ſi onera Eccleſiæ ſuſtinuit, debet habere, & ex eius etiam commoda. Et ſi Epiſcopus eſt ſepeliendus in Cathedrali Eccleſia obiens extrà ſuam Diœceſim, non electa ſepultura. ergo multo magis Coadiutor Epiſcopus dictus debet in Cathedrali humari. 23

CON-

CONCLVSIO XVIII.

24 Dicti Præſules etiam extrà ſuas ditiones, ac Diœceſes ſibi valent ſepulturam deligere, ſi aliàs, volunt: at in tali caſu Eccleſia Cathedralis ad illorum expenſas quò ad funeralia non tenetur: prout de iure tenetur quando intrà Diœceſim ſibi eligant ſepulturam.

CONCLVSIO XIX.

25 Domini Abbates Sęculares decedentes abſque ſepultura electa, & reſidentes in ſuis Abbatialibus Eccleſijs, in eis ſunt tumulandi: ſi verò ſatis remoté ab his ſuis Eccleſijs moriantur, non electa ſepultura, aut ſepelientur in ſepultura ſuorum Maiorum, ſi commodè illuc transferri poſſunt, aut in Parochia, vbi ſacramenta receperunt.

Doctorum Allegationes.

26 *Docent noſtras prædictas Theſes omnes communiter Canoniſtæ in dd. iuribus; Gloſſa, in d. cap. & temporis qualitas, 16. q. 1. ne Sede vacante, & in cap. vbicumque 13. p. 2. & cap. Apoſtolica, de donat: Archidiaco. in d. cap. & temporis qualitas, 16. q. Zabarella, conſil. 90. num. 5. Lanorius. nu. 55. & 56. cap. 11. tit. 2. variar: lucubrat: & nu. 60. & 91. ibid: Innocentius, in cap. 1. de ſepultur: cap. vbicumque 13. q. 1. & cap. 1. 16. q. 1. Petrus de Vbald: p. 2. cap. 9. Rubens, in ſuis Epiſco: aphoriſ: verb. ſepultura, num. 1. Rodanus, de rebus Eccleſ. non alienand. rubric. 32. cap. 9. & cap. benè 18. q. 2. Aſinius, in l. familiaria ſepulchra ff. de Religio: & ſumpt: num. 34. Medices, q. 7. de ſepult: Cynus, l. 1. Cod: de ſacroſancta Eccleſia, & alij dicendi, & relati.*

CONTROVERSIA XII.

QVibus namque expenſis ſint Papæ Cardinales, Legati de Latere, Nuntij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, Archyepiſcopi, Epiſcopi, eorundem Coadiutores, & cæteri Eccleſiaſtici Pręlati Officiales, ſepeliendi, quandò ex hac vita decedunt?

CONCLVSIO I.

Romanus Summus Pontifex ſepelitur ſumptibus, & expenſis Cameræ Apoſtolicæ. *Ex clementina, Nè Romani, de elect. & ex extrauaganti Pij IIII. in elegendis. vbi §. verſ. & vt ſuperfluis.* 1

Quare non nullæ expenſæ excipiuntur funeris mortui Papę, pro quo taxata fuit ſumma decem millium ducatorum; pannis lugubribus, & regalibus, tàm Camerarij, & Clericorum, aliorumuè Cameralium, quàm aliorum quorumcumque Miniſtrorum, & Officialium, & omnibus alijs omninò computatis; quæ ſumma, ac etiam minor ſi Collegio videbitur; ſed nullo modo maior; per tres antiquiores Cardinales, vnum, de quolibet ordine, & Camerarium proportionabilitèr, pro rata diſtributionis, aliàs, ſolitæ fieri, inter prædictos omnes, & ſingulos diuidi debet. 2

CONCLVSIO II.

Cardinalis Legatus eſt ſepeliendus redditibus ſui officij, & bonorum ſuorum, ſi habeat, aliàs, expenſis Prælatorum ſuæ Prouinciæ. 2

CONCLVSIO III.

Cardinalis minimè Legatus eſt humandus ex bonis ſuæ Eccleſiæ. *cap. querelam,* 3

Digitized by Google

velam, de maiorit. & obed.

CONCLVSIO IIII.

5 Nuntius Apoſtolicus eſt tumulandus Cleri expenſis, vbi reperitur. *Ex cap. cum ſecundum, de prabend.*

CONCLVSIO V.

6 Viſitator Apoſtolicus eſt ſepeliendus expenſis Prouinciæ, vbi conſtituitur; *Ex cap. accedentes, de præſcript. & cap. dilectus, de reſcript.*

CONCLVSIO VI.

7 Collector Apoſtolicus eſt humandus de ſalario illi deputato, *Ex cap. 1. de ſepultur.*

Doctorum Allegationes.

8 *Affirmant has omnes noſtras Theſes, Petrus de Vbaldis, p. 2. cap. 13. de cano: portione Epiſco: Rubeus, verb. ſepultura, in ſuis Epiſco: aphoriſ: Lauorius, cap. 16. num. 30. & ſeqq. tit. 2. & cap. 3. num. 22. vbi ſuprà, cum alijs dicendis, & allegatis in ſuperioribus*

CONCLVSIO VII.

9 Patriarchæ, Primates, & Archyepiſcopi cum pallio ſunt ſepeliendi, & Epiſcopi ſunt humandi hi omnes, expenſis ſuarum Eccleſiarum, & ſi menſa non ſufficeret, expenſis capituli. Et in ipſorum vita elargiri valent centeſimam partem ſuæ Eccleſiæ, vel de bonis illius, pro magnificanda ſua ſepultura, abſque capituli conſenſu; non tamen id valent legare poſt ipſorum mortem.

ONCLVSIO VIII.

Expenſę alicuius Prælati fieri poſſunt de ſpolijs, e. g. ſepulchrum marmoreum, veſtes lugubres, pro conſanguineis, & famulis, ſi vſus adeſt, & funeris expenſæ, Eccleſiaſtici ad hæredem, & non ad ſucceſſorem ſpectat.

Doctorum Allegationes.

Tenent has noſtras aſſertiones Innocent: in cap. Apoſtolica, de donant. cap. bona 12. 11 *q. 2. l. quod ſi nulla. ff. de religio. & ſumpt. funer. Guilelmus, de ſimo. mentali, p. 1. cap. 16. num. 9. Rubeus, vbi ſuprà, Capuccius, deciſ. 84. Decius, conſil. 213. Lauor. cap. 18. num. 31. tit. 2. cum alijs nominandis.*

CONTROVERSIA XIII.

Eccleſiaſtici inferiores, namque vt Præpoſiti, Priores Eccleſiarum Collegiatarum, Canonici, Rectores, Parochi, Vicarij perpetui, Capellani, Clerici, vbi ſunt ſepeliendi, & quibus expenſis, & ſi licitè ſepulturam eligere valeant?

CONCLVSIO I.

Præfati omnes Eccleſiaſtici, de quibus in titulo Controuerſiæ numerati, 1 licitè, ac pleno iure valent ſibi eligere ſepulturam de iure vbicumque volunt; iuxtà relata Iura in ſuperioribus, non eſt dubitandum omninò.

CONCLVSIO II.

Præpoſiti, ac Priores Eccleſiarum 2 Collegiatarum morientes abſque ſepultura electa, ſunt ſepeliendi in ſuis Eccleſijs, vbi reſident, *Ex cap. cum quis, de ſepultur. in 6.* Et expenſis, ſuarum Ec-

Eccleſiarum, ex redditibus; *ex cap. Epiſcopis, de prabend. cap. 1. 12. q. 4. Clerus, 21. q. 2.*

3 Si quis tali dignitati renunciauerit, non amplius ſepelietur in Eccleſia, *ex cap. admonet, & cap. quòd in dubijs, de renunciat*: ſed in ſuorum Maiorum ſepultura, vel in Parochia, ſi eam non elegerit, vbi Sacramenta recepit, ſuis tamen ſumptibus.

CONCLVSIO III.

4 Rectores Eccleſiarum, ſine electa ſepultura, decedentes, in ſuis Eccleſijs Rectoriæ ſunt ſepeliendi, in quibus reſident, ac tenentur, expenſis tamen ſuarum Eccleſiarum, & valent bona ſua Patrimonialia ſuis ſeruare hæredibus.

CONCLVSIO IV.

5 Prelati Eccleſiaſtici morientes in ſuorum Conſanguineorum domibus; qui ſi expenſas fecerint, in eorum funeralibus, illos animo repetendi, valent eas repetere, ſed debent ſe proteſtare illas facere animo repetendi, & ſic à Succeſſoribus beneficij eos queunt expoſcere: excipitur, ſi ſoluenda erat, quia tunc, vel de fructibus Eccleſiæ, vel de Patrimonialibus expenſis, eſt humandus.

6 Concluſio deſumitur, *ex cap. Epiſcopis, de prabendis, ex cap. 1. 12. q. 4. cap. cleros. 21. q. 2. & ex alijs iuribus allegatis*.

CONCLVSIO V.

7 Rector ſi diſpenſatus fuerit ad duas Eccleſias Parochiales, ſeù vnum Canonicatum Maioris Eccleſiæ, & vnam curatam, ſepelietur, moriens, in illa Eccleſia, in qua reſidet, iuxtà *Trid. Concil. cap. 1. ſeſſ. 23. de Reformat.*

Si verò habuerit Parochialem annexam Canonicatui, & præbendæ Eccleſiæ Cathedralis, ſepelietur in ipſa Eccleſia Cathedrali. quia præbenda principalis reputatur, & Parochialis acceſſoria, atque eiuſdem præbendæ expenſis illius funera fient.

CONCLVSIO VI.

Vicarius perpetuus, ſepeliendus eſt 8
in ea Eccleſia, cui eſt Vicarius perpetuus. quia idem iudicatur, ac de Rectore principali, *Ex clementina, vnica, de officio Vicarij*. Et cum expenſis eiuſdem Eccleſiæ, cuius eſt Vicarius, *cap. extirpanda, de prabend. de appellat.* §. *quòd verò*: Quod idem eſt aſtruendum de Vicario temporali, *Ex cap. peruenit: de appellat.*

CONCLVSIO VII.

Parochus, ſiuè Curatus, moriens ſi- 9
ne electa ſepultura, eſt in ſua Parochiali Eccleſia humandus, expenſis verò eiuſdem Eccleſiæ, quibus non ſufficientibus, ſui Parochiani ſuppeditabunt.

CONCLVSIO VIII.

Capellani decedentes ſine ſepulturæ 10
electione, ſepelientur ex fructibus ſuarum Capallaniarum in ipſis Eccleſijs, in quibus perpetuas Capellanias habent. Capellani vero amouibiles, quibus certum præſtatur ſalarium, vt in diuinis inſeruiant, non ſepelientur in eiſdem Eccleſijs, quibus ſeruiunt; ſed in propria Parochia, ſi decedant abſq; electa ſepultura, aut in ſepultura ſuorum Maiorum, ſi eam habeanr, ex proprijs expenſis; *Ex cap. acquiſiſtis, in fine de teſtam.*

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO IX.

11 Commendatarij decedentes ſine ſepultura electa, aut ſepelientur in ſua Eccleſia commendata, & eiuſdem expenſis, aut in ſepultura ſuorum Maiorum ſi habeant, vel in Parochia, vbi mortui ſunt, & Sacramenta ſumpſerunt.

CONCLVSIO X.

12 Coadiutor beneficij decedens ſine ſepultura electa ſepelietur in ipſa Eccleſia cui inſeruit, & expenſis, de redditibus beneficij, cui præeſt, tumulabitur.

CONCLVSIO XI.

13 Canonicus decedens ſinè ſepultura electa, & habens præbendam, ac Canonicatum, eſt ſepeliendus in Canonicorum ſepultura, ſiuè Cathedrali, ſiuè Collegiata, ſeparatim conſtructa ab alijs, & expenſis fructuum præbendæ, quandò ſua fecit; aliàs ex bonis paternis, ſeù hæreditatis, quæ ſi non exiſtunt; eo caſu, ex fructibus præbendæ et am non dum ſumptis. *cap. ſi Canonici, de officio ordin. in 6.*

14 Quæ ſanè concluſio eſt vera etiam ſi Canonicatum habeat annexam Parochiam; licèt, vtique ſit ſimpliciter Canonicus, qui perpetuum habet beneficium in Cathedrali, & domum verò in diuerſis Parochijs habeat; eſt nihiloſecius tumulandus, in Eccleſia Cathedrali.

15 Sin autem Canonicus ſit Æques S. Stephani e. g. debent mortuum à loco vbi iacet Canonici ſui attollere primū, & poſt multos paſſus, recipere Æquites debent ſui ordinis, & antequàm perueniant ad locum, vbi eſt humandus, ipſi Canonici reaſſumere debent, & vſque ad Eccleſiam ferre, & funeralia proſequi ſi extrà Eccleſias regulares tumulatur; aliàs, ad ipſos Regulares ſpectat, tantum funus peragere, iuxtà tradita in ſuperioribus ad ſaturitatem. Nàm ordo Sacerdotalis cum canonicatu præcedere debet ipſis Laicis Æquitibus, de iure non eſt dubitandum.

Doctorum Allegationes.

Sequuntur has noſtras præfatas Theſes Doctores Canoniſta in allegatis iuribus, Rituale Romanum, §. de exequijs. Gauantus, in ſuo manu. Epiſco. verb. ſepultura, Calderinus à Lapo allegatus, & ſequutus, allegat. 62. num. 4. Innocent. in cap. 1. de ſepult. Zabarella, conſil. 90. num. 1. Petrus de Vbaldis, de cano. portio. p. 2. cap. 9. num 36. tom. 15. inter tract. Vgolinus, p. 1. cap. 17. num. 8. Medices, p. 1. de ſepultur. q. 7. num. 8. Hoſtiens, lib. 3. ſumma. tit. de parocho, num. 3. Guttierez, lib. 1. cap. 27. num. 24. de qq. cano. Lauor. cap. 1. tit. 2 num. 62. tom. 1. Diana p. 5. tract. 3. reſolut. 3. Archidiaco. in cap. ſtatutum, § cum verò, de reſcript. in 6. Anchâran conſil. 369. Tuſchus, to. 6. lit. p. concluſ. 99. num. 5. Barboſa, de offic. parochi, cap. 26. num. 36. & alij nominandi. 16

DIS-

DISPVTATIO SEXTA.

Quæ Perſonæ authoritatem habeant pro alijs Eccleſiaſticam ſepulturam eligere? vbi alia, ſanè ſcitu digna, & curioſa valdè diſſeruntur.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN Pater pro Filio impuberi *licitè*, ac *validè*, ſepulturam eligere valeat?

CONCLVSIO I.

Licèt Pater, Minores Filios, qui ne-
1 *queunt, antequam ad annos pubertatis per-*
ueniant, eligere ſepulturam poſſit; ſi ta-
men conſuetudo Terræ id habeat, quò vo-
luerit ſepeliri: hoc tamen non poteſt, vbi
conſuetudo huiuſmodi non habetur; ſed ſunt
cum ſuis maioribus, vel in Parochiali Ec-
cleſia tumulandi.

2 *Hæc ſunt verba, D. Bonifatij VIII.*
2 *cap. 4. de ſepultur. in 6. vbi Gloſſa, not.*
1. rectè aduertit, conſuetudinem quando-
que alteri poteſtatem præſtare pro altero
ſepulturam eligere.

CONCLVSIO II.

In Legiſtarum ſententia, de iure ci-
3 uili eſt, Patrem poſſe pro Filio impu-
beri ſepulturam eligere, ratione patriæ
poteſtatis; cum ipſe Pater facere pro
filio impuberi teſtamentum valeat. *inst. de pupilar. inſtitutio. §. liberis*, & vtique facere ſubſtitutionem in bonis maternis. *L. 1. ff. de vulg. & pupill.* & hoc ratione patriæ poteſtatis. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt hanc Theſem noſtram Gloſſa, 4
in cap. de vxore, verſ. vtrum autem de
ſepultur in 6. verb. definitum, Hoſtienſ.
in ſumm. tit. de ſepultur. num. 5. Molina,
diſp. 214. de iuſt. & iure, verſ. Patrem
eligere, Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q.
60. art. 1. & alij.

CONCLVSIO III.

Pater, de iure Canonico ſecundum
recitata verba nequit pro Filio impu- 4
beri ſepulturam eligere, niſi tantum de
conſuetudinis ratione: minimè verò,
ratione patriæ poteſtatis.

1 Probatur, nàm Ius Canonicum
determinat pro vnoquoque ſepultu- 6
ram; vt nimirum debeat quiſque ſe-
peliri, aut in ſepultura ſuorum Maio-
rum

Digitized by Google

rum, aut in Eccleſia Parochiali: & inſuper vnicuique concedit, qui capax eſt electionis, poſſit ſibi ſepulturam eligere. ergo non remanet aliqua poteſtas eligendi præter à Iure canonico conceſſam, quæ cum perſonalis ſit, & ijs tantum competat, qui capaces ſunt talis electionis, non ſubſtituitur ratione incapacitatis alius. ergo Pater de iure Canonico non valet pro Filio impuberi ſepulturam eligere, quando Filius eſt incapax. ergo tantum hoc agere valet ratione conſuetudinis loci.

2 Nàm patria poteſtas eſt. poteſtas
7 ciuilis, *Ex cap. final. de iudic. in 6.* & tantum ad ciuilia ſe extendit non autem ad ſpiritualia, quale eſt ius ſepulturam eligendi, *cap. ſuam de ſimonia*, & in præſenti non valet arguere à poteſtate teſtamenta condendi, ad ſepulturam eligendi, nèc ab alijs temporalibus ad ſpiritualia, & præſertim quandò iura canonica aliter decernunt, vt in caſu noſtro.

Doctorum Allegationes.

8 *Docent concluſionem hanc noſtram omnes Canoniſtæ ad d. cap. 4. de ſepultur. in 6. & in cap. cum olim, de conſuetudine, Syluest. verb. ſepultura, num. 7. alios citans, Innocent. in cap. de vxore, de ſepultur. in 6. Rota, in vna Auguſtana ſepultura, 20. Nouembris, 1608. coram Ludouiſio, qui fuit Papa Gregorius XV. Nauarra, conſil. 2. de ſepultur. Federicus de Senis, conſil. 31. Archid. in d. cap. licèt de ſepultur. in 6. num. 1. Gemin. num. 2. Ioan. Andr. Anchar. Butrius, ibid. cum alijs, Petrus de Vbald. p. 2. de cano. portio. cap. 11. num. 6. Bellettus, p. 1. diſquiſit. Clerico. §. 13. de clero debitore, nu. 17. Medices, q. 8. p. 1. de ſepultur. Sperellus deciſ. 89. num. 3. Villalobos, p. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 2. num. 1. Bonacina, diſp. 3. de contract. q. 21. punct. 3. num. 8. Genuenſ. in ſua praxi, cap. 61. num. 4. Paſqualigus, deciſ. 389. num. 3. Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 118. Barboſa, cap. 26. de paroch. offic. num. 28. & in collectan. dd. ad cap. 1. num 6. de ſepultur. alios citans, Gratian. diſcept. 94. num. 39. Tiraquellus, de priuileg. piæ cauſæ, priuilegio. 9. verſ. contrarium tamen, Zerola in ſua praxi, p. 1. verb. ſepultura, §. 1. & alij.*

CONCLVSIO IV.

Pater *licitè*, ac *validè* poteſt Filio Impuberi ſepulturam eligere dum eſt viuus, non autem poſtquam mortuus eſt. 9
Ex cap. licèt de ſepultur. in 6.

Adſunt de huius noſtræ aſſertionis veritate, duæ declarationes Sacræ Congregat. vna Epiſco. & regul. facta Romæ. 27. Octobris, 1587. ſic Vicario Generali fulginatenſi ſcribentis, & alia eiuſdem, 20. Ianuarij, 1640. facta ſub his verbis. Licere parentibus in quacumque Eccleſia ſepulturam eligere, etiam, in Eccleſijs Regularium pro eorum filijs Minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt; nec à Parochis locorum impediri poſſe, aut debere; præſertim verò, ſi in dictis Regularium Eccleſijs ſepeliri conſueuerint, vel in eis habeant ſuorum Maiorum ſepulturam. Frater Antonius Cardinalis S. Honofrij. L. A. Epiſco. Theb. Secret. loco † ſigilli. 10

Et eadem Sacra Congregat. 22. Februarij, 1641. ordinauit, vt Epiſcopus Placentinus reſtitui faceret à quodam Curato ſuæ Diœceſis, Fratribus Minoribus cadauer cuiuſdam puellæ, cui Pater ſuus ſepulturam elegerat in eorum Eccleſia, cum omnibus funeralibus. 11

Et anno D. 1616. 21. Octobris, in vna Auſculana, eadem Sacra Congregat. cum filia Antonij Scarpellini, in minori ætate obiret; Præpoſitus S. Martini, ſub noui ritualis prætextu, in cuius Eccleſia ſepeliri prætendebat, non obſtante, quod illius 12

O Maio-

Digitized by Google

Maiorum ſepultura, in Eccleſia Fratrum Conuentualium S. Franciſci exiſteret. vnde dicta Sacra Congregatio ordinauit, dictæ filiæ cadauer reſtitueretur Eccleſiæ dictorum Fratrum.

Doctorum Allegationes.

13 *Autumant hanc noſtram Theſem, Peyrinus, in addict. priuilegior. in fine, decretum S. Congregat. 17. tom. 3. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura quoàd Regulares, num. 4. Barboſa, num. 28. cap. 26. de offic. parochi, Lauor. cap. 11. num. 118. vbi ſurpà, Oldradus, conſil. 21. Caſar de Graſſis, decif. 1. & de ſepultur. cap. vnaquaque 13. q. Ancharan. in cap. is, qui, de ſepultur. in 6. Crauet. conſil. 10. Alciatus, in l. appellat. parentum, §. de verb. ſignificat. & alij.*

CONCLVSIO V.

14 Pater ſi ſuo Filio impuberi ſepulturam elegerit, conſuetudine permittente, & decedat filius, factus pubes, non ſepelietur in d. electa ſepultura, niſi ipſe filius poſteà ratam talem electionem ſepulturæ habeat *de qua re in ſeq. Controu. latius.*

CONCLVSIO VI.

15 Patre abſente, Mater elegit ſepulturam Filio Impuberi, ſi ex conſuetudine pater illam eligebat, filiuſuè impubes moriens, parentibus ſuis orbatus, eſt tumulandus, in ſuorum Maiorum ſepultura, ſi habeat primùm; ſi careat, in Eccleſia Parochiali.

Doctorum Allegationes.

16 *Subſcribunt his Theſibus noſtris Nauar. conſil. 1. de ſepultur. lib. 3. Petrus de Vbald. de cano. portio. cap. 11. p. 1. Lauor. vbi ſuprà, Gloſſa, in d. cap. licèt de ſepult. in 6. & cap. de vxore, & ibi Abbas, cum alijs dicendis.*

CONTROVERSIA II.

AN Pater ſi Filio impuberi eligat ſepulturam debeat adhuc viuens, & factus pubes, & poſteà decedat, in ea ſepeliri?

CONCLVSIO I.

Pater, ſi Filio impuberi ſepulturam eligat, & ipſe filius eſt factus iam pubes, ſi talem ſepulturæ electionem ratam non habeat, decedens, non eſt in ea ſepeliendus. ſecùs eſt dicendum, ſi illam ratam habuerit. 1

Probatur; quià ſepulturæ electio eſt actus vltimæ voluntatis, & valet quatenùs per ipſam rata habeatur: ſed vltima filij, voluntas quandò pubes decedit, ſicut voluntas non eſt impuberis, ſeù puberis, ſic de ſe ſepulturam eligere debet. 2

Nèc in præſenti conſuetudo, qua Pater eligere poteſt ſepulturam Filio impuberi, ſe ad tempus ipſius filij puberis extendit, ergo nèc electio facta à Patre, cum ſit facta pro tempore, in quo filius eligere non poterat ſepulturam, valet, quia ceſſat, quando filius eligere poteſt. ergo vera aſſertio. 3

CONCLVSIO II.

Filius pubes factus, ſi ratam habeat ſepulturam à Patre ſuo electam dum impubes manebat, in tali caſu, cenſetur eam de nouo eligere, & conſequentèr ceſſat patris ſui electio iam facta dum filius impubes erat. Nàm pubertate 4

tate

tate adueniente, cum ex natura ſua eſſet, nequit ratificari: quia, quod non eſt, ratificari non poſſunt.

Doctorum Allegationes.

5 *Suſtinent has duas aſſertiones, Nauar. lib 3. de ſepult. conſil.* 1. *Petrus de Vbald: de cano. port. cap.* 11. *num.* 6. *Belletus*, *p.* 1. *diſquiſit. clerico.* §. *de cleriſ. debito. num.* 18. *Aſinius, in l. familiaria ſepultura, ff. de religio. & ſumpt. ſuner. num.* 45. *Sperellus, deciſ.* 89. *Ganantus, num.* 7. *verb. ſepultura, in manu. Epiſco. Lanor. num.* 118. *cap.* 11. *tit.* 2. *vbi ſuprà.*

CONCLVSIO III.

6 Pater, ſi eligat ſepulturam ſibi, & ſuæ familiæ, in aliqua Eccleſia, omiſſa illa, in qua, aliàs, de iure erat ſepeliendus, huiuſmodi electio non valet quoàd filium impuberem, vt in ea ſepultura electa ſit tumulandus; ſi aliàs, conſuetudo non ſit eo loci, vt pater eligere ſepulturam filio impuberi poſſit.

CONCLVSIO IV.

Parentibus licèt, conceſſum ſit filijs
7 impuberibus ſepulturam eligere; Attamen Auis minimè eſt permiſſum pro Nepotibus ſepulturam eligere; quia cum ſimus in materia odioſa, Auus non venit in appellatione patris.

8 *Et has duas Theſes edocent omnes citati Doctores, num.* 5. *& alij allegandi, vt de comm. ſententia.*

CONTROVERSIA III.

AN Pater pro Filio impuberi, iàm mortuo, adhùc ſepulturam eligere queat?

CONCLVSIO I.

Admodum eſt probabile, minimè gentium Patrem pro filio impuberi iam 1
defuncto ſepulturam eligere poſſe; *iuxtà dicta, in quarta aſſertione, num.* 7. *ſuperioris Controuer.*

Probatur hac adęquata ratione: quia 2
ſepulturæ electio eſt, *vt diximus ſuprà*, actus vltimæ voluntatis, ſed quandò quis ſepulturam elegit, huiuſmodi electio refertur ad tempus in quo is, pro quo eligitur ſepultura, poteſt vltimam voluntatem habere, & facere poſſet talem ſepulturæ electionem, ſi aliud non obſtet; vnde refertur ad tempus vitę; minimè verò ad tempus poſt mortem. ergo vera aſſertio; Nàm illa electio fit nomine alterius, ad ſupplendam illius impotentiam; at poſt eius mortem, non adeſt amplius filius, cuius nomine fuit facta dicta ſepulturæ electio. ergo, *& conſtat ex declarationibus S. Congregat. ſuprà allegatis.*

Doctorum Allegationes.

Placet hæc noſtra concluſio Sperello, deciſ. 89. *num.* 5. *ſanet Lauor. tom.* 1. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 118. 3
Oldradus, conſil. 21. *num.* 2. *amplectitur, Cranettus, conſil.* 19. *ſuſtinet, Cæſar de Graſſis, deciſ.* 1. *&* 2. *de ſepultur. ad cap. vnaquæque* 15. *q.* 2. *defendit, Anchar: in cap. is, qui de ſepultur. in* 6. *tuetur, Alciatus, in l. appellat. parentum ff. de verb. ſignificat. & alij docent.*

CONCLVSIO II.

Longe eſt probabilius, aſſerere Patrem *liberè*, ac *validè*, prò filio impu- 4
beri, ſiuè viuus ſit, ſiuè mortuus maneat, ſepulturam eligere, ex vi Iuris communis, *cap. licèt, de ſepulturis in* 6

1 Probatur, Nàm, *d. cap. licèt, de'*

 5

ſepultur. in 6. dat Patri per conſuetudinem loci facultatem pro filio impuberi ſepulturam eligere abſolute, non diſtinguendo de filio impuberi viuo, vel mortuo; ſed loquitur vniuerſaliter. ergo vniuerſaliter accipi debet, & intelligi promiſcuè, id eſt, de viuo, ac mortuo: *argum. ex l. depratio, ff. de publ. in rer. art.* ergo vera concluſio.

6 2 *Nàm lex. vbi non diſtinguit, nèc nos diſtinguere debemus, cap. ſoliè, de maior. & obedi. & l. non diſtinguemus, ff. de deſcript. arbitr. l. praces ff de offic. præſ. l. 2. §. conuenire. ff de iudic. ſed d. cap. licèt, de ſepultur. in 6. non diſtinguit de filio impuberi viuo, vel mortuo: ergo nèc diſtinguere nos debemus.* ergo vera concluſio.

7 3 Nàm ſi rectè, *d. cap. licèt, de ſepultur.* timetur, magis, namque facultatem præſtat Patri, pro Filio impuberi mortuo, quàm viuo ſepulturam eligendi, cum ibi ſic dicatur. *Licèt, Pater Minores filios poſſit, quò voluerit ſepelire.* ergo ſi poteſt ſepelire, quò voluerit, talis poteſtas reſpicit filios, qui ſunt in ſtatu ſepeliendi, ſed quandò mortui ſunt, in tali reperiuntur ſtatu. ergo vera concluſio, & ad hunc ſenſum declarationes Sacræ Congreg. ſuprà recitatę omnes factę fuere ad dictum *cap. licèt, &c.* quæ videantur *nu. 10. ſuperioris Controuerſiæ.*

8 4 Nàm conſuetudo Patri præbens poteſtatem eligendi filio impuberi ſepulturam ideò eſt rationabilis, & illi ius aſſiſtit; quia ad ipſum Patrem ſpectat, curam habere de filijs, tàm in ordine ad temporalia, quàm ad ſpiritualia. ergo etiam ad eum pertinet curam habere de ſepultura eligenda quandò eſt mortuus.

9 5 Pater, namque idcircò nomine filij impuberis ſepulturam eligit, quia filij voluntas in ſui Patris eſſe cenſetur, tamquam in dirigente actiones filij: ſed cum poſt mortem filij impuberis, voluntas Patris maneat; ergo manere cenſetur in ipſa Patris voluntate virtualiter filij impuberis, voluntas in ordine ad diſpoſitionem illorum, quæ poſt mortem ſunt fienda. ergo concluſio vera.

6 Pater, ſi quidem, haud ſepulturam eligit filio impuberi ſuo, nomine ipſius filij, ſed ſanè ſuo proprio nomine tamquam illi, ad quem ſpectat curam de filio impubere habere, & conſequentèr, etiam de ſui corporis tumulatione agenda, poſtquam mortuus eſt: quià tota filij impuberis voluntas eſt iam in ipſum Patrem tranſlata conſuetudinimis ſui; cuius ſimilitèr virtute cenſetur facultas durare ad tumulationis tempus incluſiuè. ergo vera aſſertio: nàm quandò actus conceditur etiam tempus conceditur deliberandi vſque dum eſt actus exercendus, & ſuum habeat complementum. 10

7 Talis etenim facultas ſepulturam eligendi filio impuberi à Patre, eſt ius tale à conſuetudine ſumptum, & idcircò filius impubes, & Patri ſuo non præſtat, hanc poteſtatem cum non habeat. ergo talis facultas in Patre non debet expirare in filij impuberis obitu, ſed perſeuerare incluſiuè, vſque ad ſepulturam, illam vt eligere queat. 11

Doctorum Allegationes.

Docent hanc noſtram Theſem Nauar. lib. 3. de ſepultur. conſil. 1. num. 4. amplectitur Paſqualigus, deciſ. 391. num. 2. defendunt Villalobos, Rodriquez, cum cæteris ſuprà recitatis, ac nominandi. 12

CONCLVSIO III.

Filij impuberes, ſuis orbati parentibus, ſunt humandi in ſepultura ſuorum 13

rum Maiorum, ſi illa adeſt; ſi verò non reperitur, in ſepultura Aui, & ſi iſta non ſit, in ſepultura aliorum Aſcendentium; minimè gentium verò in ſepultura Maiorum ex parte matris, cum nomine *Maiorum*, tantum Aſcendentes ex parte Patris veniant. *L. maiorem, ff. de verb. ſignificat.* niſi fortaſsè, nulli eſſent Agnati ex materna linea, ex qua mater originem duxit.

Doctorum Allegationes.

14 *Tradunt hanc noſtrã Theſem Doctores in cap. ebron, cap. placuit, 13. q. 2. cap. fraternitatem, de ſepultur. cap. is, qui, eod. tit. in 6. Spinus, in ſpeculo teſtam. Gloſſa. 2. num. 38. Ioan. Garcens de expenſ. cap. 8. num. 4. Tuſchus, tom. 7. lit. ſ. concluſ. 194. Vgolinus, de offic. Epiſco. p. 1. cap. 17. num. 3. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 31. & 32. Zecchius, de Republica Eccleſiaſt. cap. 28. num. 17. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 3. num. 4. Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut. 128. nu. 28. Rodriquez, tom. 4. ſumm. in addict. cap. 130. num. 12. Bonacina, de contract. diſput. 3. q. 21. punct. 3. num. 6. Mancinus, dub. 18. fol. mihi 493. de ſepultur. & alijs communiter.*

CONCLVSIO IV.

15 Filij impuberes, ſuorum Maiorum Aſcendentium ſepultura carentes, deſcendentes ſuis parentibus orbatis, in Eccleſia Parochiali ſunt ſepeliendi, *Ex cap. ex parte, cap. in noſtra, de ſepulturis*, & ex alijs dicendis iuribus.

Doctorum Allegationes.

16 *Tenent omnes recitati Doctores, & in ſuper Medices, p. 2. q. 6. num. 1. de ſepultur. Mari. Antoni. lib. 1. variar. reſolut. 112. caſ. 59. verſ. 4. Gloſſa, in cap. 1. de ſepultur. in 6. verſ nota, Burſas. conſil. 216. num. 119. volum 3. Belletus, §. 3. num. 19. in ſuis diſquiſit. cleric. Barboſa, num. 33. vbi ſuprà, Mancinus, dub. 19. d. l. cum alijs, de communi ſententia, citandis.*

CONTROVERASIA IIII.

AN Patris poteſtas eligere ſepulturam pro Filio impubere, tempus habeat præſcriptum, ac determinatum?

CONCLVSIO I.

1 Patris poteſtas eligendi ſepulturam filio impuberi, eò vſque durat, quò filius ſuo iure vti poterit illam deligendi, ac ad annum peruenerit quartum decimum completum, *per cap. de licèt; de ſepult. in 6.*

CONCLVSIO II.

2 Patris poteſtas ſepulturam eligendi ſpirat de iure canonico, pro filio impubere, quandò pubes eſt euaſus, id eſt, compleuerit incluſiuè annum quartum decimum, *ex l. in decorum, Cod. quandò tut. vel Curat. eſſe deſinant.*

3 Nàm talis terminus eſt aſſignatus à Iure; quia tùnc cenſetur in tali ætate eſſe plenum iudicium ſaltem, quòad ſepulturæ electionem; & cum ius canonicum præfigat terminum ætatis pubertatis, videlicèt, annum quartum decimum completum, iuxtà præſcriptum tempus à lege ciuili, idcircò, in tali ætate ſtandum eſt, quòad Patris poteſtatem ſepulturam pro ſuo filio impubere eligendi.

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

4 *Defenſores huius noſtræ aſſertionis ſunt Gloſſa in cap. 1. de teſtam verb. impuberes, Zerola, verb. ſepultura §. 1. in ſua praxi, Tiraquellus, de priuileg. pia cauſa priuileg. 9. verſ. contrarium tamen, Lauorius, num. 117. cap. 11. tit. 2. tom. 1. Genuenſis, in ſua praxi, cap. 61. num. 4. Diana, p. 1. tract. 3. reſolut. 106. Bonacina, de contract. diſp. 3. q. 2. punt. 3. nu. 8. Bellettus, p. 1. diſquiſit. tit. de cleric. debit. §. 3 num. 17. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 2. num. 2. & alij nominandi.*

CONCLVSIO III.

5 In Fœminis pubertas in duodecimo anno incipit *in d. l. in decorum, &c.* decernitur, & ipſæ tunc valent ſepulturam ſibi eligere, ac in Patre definit.

6 Nàm dictum *cap. licèt, de ſepultur. in 6.* pubertatem deſumit ſine vlla differentia, vniuerſaliter; ac idcircò eſt deſumenda cum ea vniuerſalitate, tam in viris, quàm in fœminis ſecundum quam in ciuile ipſum accipit.

Doctorum Allegationes.

7 *Pro hac noſtra Theſe allegantur omnes recitati Auctores, num. 4. & alij allegandi.*

CONCLVSIO IV.

8 Malitia hominis vtriuſque ſexus ſi annos dictos ſuppleat malitia vtriuſque ſibi ſepulturam eligere valent, abſolutè loquendo. Nàm quando vi malitia & fæminæ ætatem ſupplet, cenſenda pubertas anticipare tempus, ratione malitiæ ſupplentis; ſic, & pari modo etiam eſt cenſenda anticipare illa poteſtas, quæ conuenit ratione pubertatis; & conſequenter poteſtas vtique ſepulturam eligendi, quæ, *per dictum capitulum licèt, de ſepultur. in 6.* cum pubertate incipit.

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt hanc noſtram aſſertionem, Bartol. in l. qui poteſtate, verb. in vno caſu. & in l. ſi filius familias. poſt. 2. num. ff. de teſtam. Ancharan. in d. cap. licèt, de ſepultur. in 6. & ibi Geminianus, Lapus, allegat. 59. num. 2. Lauor. num. 109. & 11. tit. 2. cap. 11. variar. lucubrat. tom. 1. Sperellus, deciſ. 89. num. 2 Paſqualigus, deciſ. 392. num. 4. cum alijs dicendis, de communi ſententia. 6

CONTROVERSIA V.

AN Mater pro Filio Impuberi, ſepulturam eligere valeat?

CONCLVSIO I.

Minimè ſanè gentium, improbabile eſt, aſſerere Matrem filio impuberi ſepulturam eligere haud poſſe. 1

Cuius ratio eſt adæquata; quia *per d. cap. licèt, de ſepultur. in 6.* Patri conuenit ſepulturam filio impuberi eligere, ratione conſuetudinis loci: ſed talis conſuetudo, cum ſit contrà ius commune canonicum, quod diſponit, vnumquemque ſepeliri debere in ſuorum Maiorum ſepultura, aut in Parochia, *ex cap. 1. de ſepultur.* ad matrem extendi non debet; præſertim; cum agatur de præiudicio tertij, ideſt Eccleſiæ, in qua de iure filius ſepeliri deberet. *L. ſi verò, §. de viro, ff. ſoluto matrimonio.* ergo vera concluſio. 2

Do-

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

3 *Ità ſentiunt hanc Theſim noſtram Petrus de Vbaldis, de cano. portio. Epiſco. cap. 11. num. 4. Medices, q 8. p. 1. Aſinius, in l. familiaria ſepulchra, ff de religio. & ſumpt. funer. num. 50. Burſat. conſil. 226. num. 118. volum. 3. Belletus, p. 1. diſquiſit. cleric. §. 3. de cleric. debitore, num. 18. Genuenſ. in ſua praxi, cap. 16. num. 4. Riccius, reſolut. 666. & alij nominandi.*

CONGLVSIO II.

4 Probabilius, ac in praxi obſeruandum eſt, vt de communi ſententia, poſſe matrem licitè, ac validè, prò filio impuberi legitimo, ac ſpurio, ſepulturam eligere; ſi aliàs, conſuetudo loci adſit, atque ſit in illius poteſtate. *cap. clericus, de ſepulturis in 6.*

5 Probatur tali adæquata ratione: quoniam in corpore iuris duo decernuntur; primam, quod moriens non electa ſepultura ſepeliatur, vel in ſuorum Maiorum ſepultura, vel in Eccleſia Parochiali; *ex cap. 1. de ſepultur.* alterum eſt; quòd quilibet poteſt ſibi ſepulturam eligere, vt habetur *in hoc cap. & in cap. de uxore, de ſepultur. in 6.* ſed filij impuberes, qui ſepulturam eligere nequeant, vt manuteneatur, vt videlicèt, eligatur à patre, vt ſuprà diximus, *ex vi licèt, de ſeputtur in 6. & cap. de vxore*, §. *utrum autem, de ſepultur.* at huic iuri in deficienta Patris, Mater ipſa ſuccedit, vt de conſuetudine. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

6 *Defendunt communitèr Doctores in d. cap. licèt, de ſepultur. in 6 hanc noſtram Theſim, Innocent. & Geminian. ibi, nu: 4. Franchus, num. 2. Sylueſt: verb: ſepultur: q. 7. Armilla, num. 6. Sà, num. 11. in aphoriſ: verb. filio impuberi, Molina, de iuſt. & iure, verb. pater eligere, diſp. 214. Layman. lib. 3. tract. 5 cap. 9. num. 5. Lauor. cap. 11. num. 119. & 128. tit 2. Sperellus, deciſ. 129. num 6. Paſqualigus, deciſ. 393. num. 3. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO III.

7 In Matre namque conſuetudo illa valet etiam, qua ipſe Pater licitè, & validè, pro filio impuberi ſepulturam eligere valet, in abſentia, in quam, ipſius Patris.

8 1 Probatur; nàm in matre militat quoque ius conſuetudinis tamquam in ea, cui filiorum impuberum cura incumbit; ſed talis conſuetudo extenditur ex rationis identitate; quia eadem eſt ratio de Patre, & Matre, reſpectu conſuetudinis eligendi ſepulturam filio impuberi, quæ ad matrem etiam extenditur. ergo.

9 2 Nàm conſuetudo à iure exorbitans, ex identitate rationis extenditur; ſed ratione conſuetudinis in eo fundata, quòd ad Patrem ſpectet cura de filijs, etiam hæc eadem cura ratione identitatis ſpectat ad Matrem, in Patris abſentia. ergo.

CONCLVSIO IV.

10 Matrem curam gerere filiorum impuberum eſt conſuetudo vniuerſalis, & in hoc eſt Mariti conſcia, quem in tali cura adiuuet, vt conſtat in his, quæ ad educationem ſpectant, & ſic Mater eligens ſepulturam filio impuberi, valida erit huiuſmodi electio, tamquam actus ſpecialis maternæ curæ reſpectu filiorum.

11 Nàm Mater ius habet ad huiuſmodi curam, & conſequenter ad actus, qui

ſunt partes illius curę nàm parentes curam gerere debent etiam filiorum corporum, & vt Mariti conſcia in filiorum cura eſſe etiam debet conſcia iuris ſepulturæ electionis.

Doctorum Allegationes.

12 *Tradunt has Theſes noſtras Tiraquellus, de reuocat. donat: verb: libertis, nu: 44. Rolanus, conſil. 82. num: 49. lib. 1. Menochius, de adipiſcendis remed. num: 34 remed. 4 Villagut, de extenſis legis verb. de extenſ. l. exorbitant. Farinaccius, in fragm: verb extenſio, nu. 123. Sperellus nu. 9. Paſqualigus, num. 7. in d. l. Oſaccbus, 120. num. 9. & 12. & alij dicendi.*

CONTROVERSIA VI.

AN Conſanguinei, & Affines pro ſuis conſanguineis, & affinibus ſepulturam eligere valeant filijs impuberibus?

CONCLVSIO I.

De iure communi Canonico abſolu-
1 tè loquendo dicimus; Affines, & Conſanguineos, putà, Affines, Auos, & Fratres, ac ſimiles collaterales, non poſſe pro ſuis affinibus, & conſanguineis impuberibus, ſepulturam licitè, ac liberè deligere.

2 Cuius ratio eſt bona; quia cum ſimus in materia odioſa, Auus, & Frater non veniunt appellationis Patris. ergo de iure commune hi conſanguinei, &c. quia nomine filiorum non veniunt Nepotes.

Doctorum Allegationes.

*Docent hanc Theſem Syluest. verb. ſe-
3 pultura, num. 7. Aſinius, in l. familiaria ſepulchra. ff. de religione, & ſumpt. funer: num: 49. Burſatius, §. conſil. 126. nu: 118. volum. 3. Belletus, p. 1. diſquiſit. cleric. §. 3. de cleric. debit. nu. 18. Riccius, p. 1. reſolut. 567. nu. 1. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut: 108. verſ: notandum eſt, Barboſa, in collect. doctorum, ac cap. 1. de ſepultur: Lauor: cap. 11. num. 127. tit. 2. vbi ſuprà, & alij dicendi.*

CONCLVSIO II.

Probabilius longè eſt, ac in praxi
obſeruandum, conſanguineos, & Af- 4
fines licitè, ac liberè ſepulturam poſſe deligere filijs impuberibus in deficientia ſuorum parentum, quibus ſuccedunt in ipſorum cura; ſecùs verò dicimus de alijs.

1 Probatur pars prima; nàm talis
ſucceſſio in cura ipſorum filiorum im- 5
puberum, in carentia ſuorum parentum, dat illis affinibus ius ad illa exercenda, quæ ad talium filiorum curam ſpectant, ſed ius ad hos affines transfert illam facultatem quam de conſuetudine loci parentes in ſuos filios habebant. ergo in errorum loco ſuccedunt in cura, & ipſis affinibus conuenit agere cum ipſis filijs impuberibus, quæ conueniebãt ſuis parentibus, etiam quò ad ſepulturam illis eligendam.

2 Pars probatur: Nàm cæteris, qui 6
non ſuccedunt, in cura ipſa horum filiorum impuberum, non competit talis facultas dum non habent illorum curam, nèc parentibus in hoc ſuccedunt. ergo vera talis pars aſſertionis.

Doctorum Allegationes.

*Tradunt hanc noſtram aſſertionem Gloſ- 7
ſa, in d. cap. licèt, de ſepultur. in 6. verb: vel cum parochiali, & ibi Franchus, num: 3 Gratianus, tom. 1. diſcept. 94. num: 8. Paſqualigus, decis: 394. Barboſa;*

Digitized by Google

ſa, vbi ſuprà. autumans limitando. quando loci, adeſt conſuetudo, & alij nominandi.

CONCLVSIO III.

8 Impubes Filius Adultus factus abſq; Curatoris authoritate valet licitè, & pleno iure ſibi ſepulturam deligere, ac teſtamentum vtique condere. *L. Aurelio*, §. *grauis*, *ff. de lib. leg.*

Doctorum Allegationes.

9 *Aſſerunt hanc noſtram Theſem communiter Doctores, in d. l. aurelio, ff. de libertate legatorum, Geminianus, in d. cap. licet, de ſepultur. in 6. Lanorius, in d. cap. 11. num. 117. tit. 2. tom. 1. variar. lucubrat. tom. 1. cum alijs nominandis.*

CONTROVERSIA VII.

AN Tutor licitè, ac validè, pro filio impuberi pupillo ſepulturam de iure eligere valeat?

CONCLVSIO I.

1 De iure communi abſolutè loquendo, nequit Tutor licitè, ac validè, ſepulturam eligere pro pupillo impubere; cum in materia odioſa ſimus, vt eſt præſens hæc noſtra, & nomine *Patris Tutor* minimè gentium veniat.

Doctorum Allegationes.

2 *Tenent Belletus, p. 1. diſquiſit. cleric. §. 3. de cleric. debito. hanc aſſertionem, num 18. Burſatius, conſil. 226. num. 118. volum. 3. Barboſa, ad cap. 1. de ſepultur. num. 6. in collectan. DD. aſſerenſ. niſi aliter conſuetudo diſponat, Petrus de Vbaldis, de cano portio. cap. 11. num. 5. Sperellus, deciſ. 89. num. 32. Aſinius, in l. familiaria ſepulchra, num 51. ff de religio. & ſumpt. funer. Diana, p. 5. reſolut. 108. tract. 3. verſ. notandum eſt, Riccius, p. 1. ſua praxi, reſol. 167.*

CONCLVSIO II.

3 Verùm eſt aſſerendum, & in praxi obſeruandum omninò eſſe, licitè, ac validè Tutorem poſſe pupillo impuberi ſepulturam eligere, eo viuente; nèc opus eſſe, ad id ſpecialem conſuetudinem adeſſe, quæ tale ius Tutori præſtet, dum Pater valeat ſepulturam eligere pro filio impubere, vt diximus ſuprà.

4 Probatur, quia Tutor eſt loco Patris, & in eius ſuccedit in ordine ad pupilli curam, & conſequenter Patris officium ad Tutorem tranſit. ergo ad Tutorem ius eligendi ſepulturam tranſit; quià loco Patris ſubrogatur, & Patris locum tenere debet. nàm hoc ius ſepulturam eligendi filio impuberi eſt priuilegium quoddam à conſuetudine conceſſum Patri, & eſt ſecundum exigentiam paternæ curæ, in quibus omnibus Tutor ſuccedit, ac per omnia.

Doctorum Allegationes.

5 *Defenſores ſunt huius noſtræ Theſis Paludanus. in 4. diſt. 4. q. 4 art. 3. Speculus, de ſponſal. §. 1. verſ. articuli tamen, Socinus, conſil. 61. p. 1. Azorius, tom. 1. lib. 8. cap. 25. q. 9. Suarez. tom. 3. in 3. p. D. Thom. diſp. 25. ſect 3. verſ. 2. infertur, Paſqualigus. deciſ. 345. num. 2. & fauent. l. ante penult. Cod de prax. ſac. ſcript. lib. 12. & ibi Bartol. in fine. & l. decernimus. Cod. de acquaduct. lib 11. & l. comperimus Cod. de praxi. ſac. ſcript. lib. 12. & ibi Bartol. & l. maior, §. penult. de procurat. vbi Bartolus inquit, & Tu-*

Digitized by Google

Tutor fruitur iiſdem priuilegijs & iuribus, quæ ſpectant ad ſubrogationis finem, iuxtà has leges relatas, & cæteri alij allegandi.

CONCLVSIO III.

6 Tutor quoque vi, ac virtute Tutelæ, licitè, ac validè ſepulturam deligere queit pupillo impuberi etiam poſt illius obitum.

7 Probatur, quia tutela finita; quamuis impediat negotia gerenda, minimè autem impedit, quò ad inchoata ne perficiantur, vt rectè *Bartol. in l. ita autem, §. final. ff. de adminiſtrat. tutoris Bald. in l. tutori verb. oppon. Cod. de ne l. geſt. & in l. c. Cod. ut cauſa poſt, &c. & Ioan. de pra. in l. 1. ff. de procurat.* quarè tutela finita, Tutor litem deſerere non debet, ſed proſequi, *l. 1. init. Cod. de adminiſtrat. tutela; & ibi communiter Doctores docent*; ſed electio ſepulturæ ad negotia iàm incæpta ſpectat, nempè ad perſonalem curam, quam Tutor de pupillo impubere habere debet incluſiuè vſque ad illius obitum.

Doctorum Allegationes.

8 *Allegantur pro hac noſtra aſſertione omnes citati Doctores, num. 5. nuper, cum alijs referendis de communi ſententia.*

CONTROVERSIA VIII.

An Amicus alteri amico, licitè, ac validè ſepulturam eligere queat?

CONCLVSIO I.

1 Minimè gentium improbabile omninò eſt, aſſerere Amicum poſſe licitè, ac validè alteri amico ſepulturam eligere.

Probatur; quia Amicus eſt Alter ego: tùm etiam, quoniam, Amicitia præponderat ſanguinis coniunctioni, *ex l. final. Cod. de caſtr. pecul. lib. 12.* Et quia ſolebant Amici antiquitus in vno, & eodem ſepulchro, illorum cadauera condere, & in regum cremandi defuncti olim ſe obijciebant, vt ſcribunt *Plinius, lib. 7. cap. 36. hyſtor. Tacitus, lib. 5. hyſtor. de funer. Othonis Imperat. & lib. 14. annal. de morte Agrippæ, & Dio. lib. 11. cum alijs.* 2

Doctorum Allegationes.

Amplexores huius aſſertionis ſunt Gloſſa, in cap. licèt, de ſepultur. in 6. verſ. vel in Parochiali, & Franchus, num 3. Gratianus, tom. 1. diſcept. 94. num. 80. & eadem Gloſſa, in cap. ex N. de iure iurando. cum alijs. 3

CONCLVSIO II.

Amicus pro altero amico, de iure communi loquendo nequit abſolutè, licitè, & validè ſepulturam deligere. 4

1 Probatur, quia Amicus, qui alteri amicus ſepulturam eligit, vel ad annos pubertatis venit, & tali caſu, cum proprium ius habeat perſonale eligendi ſepulturam, in omnium ſententia, non valet eam deligere; quoniam tale ius in ipſum amicum non tranſit, cum iura perſonalia non communicent, licèt ſint communicabilia niſi, ex ſpeciali tranſatione; vndè ipſi viuo nequit ſepulturam eligere niſi ex ſpeciali mandato, quòd etiam locum habet in illo, qui non eſt Amicus. 5

2 Vel Amicus eſt impubes, & in tali caſu amicitia locum non habet, ratione cuius poſſit alter amicus ei ſepul- 6

pul-

Digitized by Google

pulturam deligere; quia talis ætas ob conſilij imbecilitatem eſt incapax talis amicitiæ, quæ ſolidum habeat fundamentum, & illam vnionis voluntatis, quę prçponderet ſanguinis coniunctioni, & faciat, quod Amicus ſit alter ego. ergo vera concluſio.

7 3 Nàm impubes manet ſemper ſub cura, & poteſtate alterius, ac idcircò ad ipſum potiùs quàm ad Amicum ſepulturæ electio ſpectat. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO III.

8 Amicus alteri amico mortuo de iure communi nequit etiam licitè, & validè ſepulturam eligere nul'atenùs.cum ius ſepulturam eligendi, quod viuus habebat extinguitur,& per conſequens nequit virtute iuris communis ſepulturam illi deligere quod idcircò,ius commune prouidit decedentibus abſq; ſepultura electa in ſuorum Maiorum ſepultura, aut Parochiali Eccleſia ſunt tumulandi, & proinde Amicorum promiſſio locum non habet.

CONCLVSIO IV.

9 Conſuetudo induci minimè poteſt, vt Amicus Alteri amico impuberi ſepulturam deligere valeat.

10 Cuius eſt ratio; quia Impuberis cura ſecundum ius ad alios attinet, vt iàm diximus, & non ad Amicum. Nàm Amicitia, talis eſſe poteſt, quæ rationabiliter, ius ſibi vendicet tale. at conſuetudo eligendi ſepulturam pro amico, qui iàm ad annos pubertatis fuerit, rationabilis eſſet, & iàm introducta præſtaret ius, ſi moraliter cenſeretur ius ab antiquo accepiſſe in ordine ad talem electionem, ſed non adeſt talis conſuetudo. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Sunt Auctores harum noſtrarum aſſertionum Aſinius. in l. familiaria ſepulchra, 11
ff de Religio. & ſumpt. funer Butrius, conſil 226. num. 118. volum 3. Riccius p. 1. reſolut. 167. & deciſ. 666. Belletus p. 1. diſquiſit. clerico. §. 3. de cleric. debitor. num. 18. Barboſa, in collectan. DD ad cap. 1. de ſepultur. in 6. num. 6. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 108. Faſqualigus, deciſ 396. nu. 4. Farinaccius, in d. cap. licèt, de ſepult. in 6. num. 3. Petrus de Vbaldis, de cano. portione, cap. 11. num. 2. & alij communitèr.

Axioma illud vulgatum: *Amicus eſt Alter ego.*

Eſt intelligendum. non ſanè, in iurium participatione, ſed tantum in voluntatis affectu, & ſic Amicitia, quò ad affectum præponderat ſanguinis coniunctioni; minimè gentium, verò, quò ad iurium participationem Alterius Amici, & hac de cauſa, & ratione, Amicus in bonis non ſuccedit Amico ab Inteſtato, ſicut Coniunctus ſanguine ſuccedit. 12

CONTROVERSIA IX.

An Pater, ac Mater ſuis filijs naturalibus, ac ſpurijs valeant de iure ſepulturam deligere licitè, ac validè?

CONCLVSIO I.

Probabilitèr loquuntur, qui autumant, Patrem, ac Matrem de iure com- 1
muni non poſſe ſepulturam deligere filijs naturalibus, ac ſpurijs, licitè, ac validè.

In

Digitized by Google

2 In præſentia, namque filij ſpurij dicuntur illi, qui ex damnato coitu naſcuntur; & ex parentibus gignuntur, inter quos, tempore conceptionis, vel natiuitatis filiorum, matrimonium eſſe non poterat, & modò probatur concluſio, quia filiorum appellatione non veniunt filij naturales, ac ſpurij. *L. generaliter. Cod. de inſtit. & ſubſtitu. & in clement. prima, de bapt.* quarè cum per *cap. licèt, de ſepultur. in 6.* liceat Patri ſepulturam eligere Filio impuberi, ſtante conſuetudine, non debet hoc extendi ad ſpurios, & naturales.

Doctorum Allegationes.

3 *Aſſerunt hanc Theſem Syluest. verb. ſepultura, q. 7. Aſinius, in l. familiaria, ſepulchra, ff. de religio. & ſumpt. funer. num, 46. Gloſſa, verb. liberi, in d. clement. 1. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO II.

4 Eſt quippè, longius probabile, ac in praxi obſeruandum, & conſulendum, licitè, ac validè, Patrem, ac Matrem ſuis filijs impuberibus ſepulturam deligere poſſe, iuris conſuetudine locorum.

Probatur, quia eadem militat ratio
5 reſpectu etiam filiorum naturalium, ac ſpuriorum, ob quam inducta fuit conſuetudo, ius Patri præſtans ſepulturam eligendi filio impuberi legitimo, ac naturali, cura, videlicèt, paterna, quam genitores, Pater, & Mater habere debent de filijs, & conſequentèr cenſeri debet introducta conſuetudo vniuerſalitèr quoad omnes filios, iuxtà rationis amplitudinem qua fit conſuetudo rationabilis.

CONCLVSIO III.

6 Filiorum nomine non veniunt filij naturales, ac ſpurij; quod certè hoc non eſt intelligendum vniuerſalitèr, ſed tantum modò quò ad commoda, & honores; cæterùm, quò ad paternam curam, & reuerentiam, quam ipſi parentibus debent, nomine filiorum veniunt, & per conſequens, etiam in ordine ad ius, quod parentes habent ſepulturam eligendi pro ipſis impuberis.

Doctorum Allegationes.

Sequuntur concluſ. hanc Gloſſa, in d.
clement. 1. verb. liberi, de baptiſt. Syluest. verb. filij, num. 29. Lauorius, cap. 11. num. 129. tit. 2. tom. 1. variar. lucubrat. Paſqualigus, decıſ. 398. num 2. cum alijs referendis. 7

CONCLVSIO IV.

Parentes, ac Genitores licitè, ac validè ſepulturam eligere queunt, pro filijs adoptiuis, & arrogatis, *ex l. 1. de adopti.* quia ſunt ſub cura hi filij impuberes parentum, ac ſi legitimi, & naturales eſſent; & ideò ratio, quæ talem conſuetudinem introduxit, ad eos etiam eamdem conſuetudinem extendit. 8

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur hanc concluſionem noſtram Syluest. Aſinius, num. 4. Lauor. nu. 9
124. Paſqualigus, num. 4. in d. l. vbi ſuprà, num. 7. cum alijs nominandis.

CONTROVERSIA X.

AN Filius pubes, ſi decedat abſq; ſepultura electa, illius Pater queat licitè, ac liberè, pro eo ſepulturam eli-

Digitized by Google

eligere? vbi alia ſcitu digna, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Filio pubere mortuo abſque ſepultura electa, Pater eius de iure communi, abſolutè loquendo, nequit pro illo ſepulturam eligere, licitè, ac validè, niſi adſit conſuetudo præſcripta contrà ius commune.

I Probatur, *ex cap. licèt, de ſepul-*
2 *tur. in 6.* vbi declaratur, Patrem poſſe ſepulturam filijs impuberibus eligere, ſi adeſt conſuetudo loci. ergo talis poteſtas Patris, ad filios puberes extendi omninò nequit. ergo vera concluſio.

2 *Ex cap. de vxore, §. vtrum autem,*
3 *de ſepultur. in 6.* vbi decernitur, ſtandum eſſe conſuetudini in hoc, nimirum, quòad filios impuberes; ſed cum Patris poteſtas in ſepultura eligenda per ius commune ſi taxata, & ad filios impuberes coarctata, etiam conſuetudine accedente ad filios puberes extendi nequit. ergo vera aſſertio.

CONCLVSIO II.

4 Filius pubes potens ſepulturam eligere, & decedens abſque illa electa, præſumitur velle ſtare iuris diſpoſitioni, vel ſecundum iuris diſpoſitionem eligere, ideſt, vel eſſe ſepultum, in ſuorum Maiorum ſepultura, ſi adeſt, vel illa carens, in Eccleſia Parochiali *ex cap. 1. de ſepultur. & ex d. cap. licèt, eod. tit. in 6.*

Nàm Pater ratione curæ paternæ
5 tunc debet filiorum omiſſionem ſupplere quandò ius ſupplet; ſed in caſu noſtro ius ſupplet, decernendò, quod qui poteſt ſepulturam eligere, & non eligit, ſepeliri in ſuorum Maiorum, aut in Parochiali Eccleſia debeat, iuxtà relata nunc iura. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Suſtinent communitèr Doctores has Theſes noſtras in d. iuribus, Farinaccius, in 6
cap. licèt, de ſepultur. in 6. num. 2. & 3. Petrus de Vbaldis, de cano: portio. cap. 11. num. 2. Medices, q. 8. de ſepultur. Aſinius in l. familiaria ſepulchra, ff. de religio. & ſumpt. funer. Burſatius, conſil: 226. num: 118. vol. 3. Molfeſius, tom. 2. ſumm: tract. 13. cap. 8. num. 18. Paſqualigus, deciſ. 400. num. 5. Diana. p. 5. tract: 3. reſolut: 107. & 108. & alij dicendi.

CONCLVSIO III.

Extraneus inſtitutus hæres, ſepul-
turam minimè licitè, ac validè eligere 7
valet pro Teſtatore, de iure communi, ſi ipſe Inſtitutor, ſeù Teſtator eam non elegerit.

Probatur; quia cum Teſtator ipſe
potuerat ſepulturam eligere, & non 8
elegit, cenſetur velle iuris diſpoſitioni ſtare, & ſe ei conformare, & hæres nullum ius habet ad huiuſmodi electionem, cum nèc conſuetudo, nèc ius commune talem facultatem præſtet illi. ergo.

CONCLVSIO IV.

Teſtator etiam nequit pro ſuo hæ-
rede, quem vniuerſalem inſtituit li- 9
citè, ac validè ſepulturam eligere, quamuis eum poſſit obligare ad illam, quia eſt in poteſtate hęredis acceptare vel non acceptare hæreditatem ſub tali condictione vt eligat ſepulturam in hoc vel illo loco, & obligatio facta, omninò tenet. *L. 1. ff. ad trebell.*

Nàm ſi hæres ſit pubes, valet ſibi 10
eligere ſepulturam nèc alicuius indiget eli-

eligentis. ſi verò impubes manet, ius eligendi ſepulturam tranſit ad illos, ſub quorum cura viuit, & viuere tenetur. ergo.

Doctorum Allegationes.

11 *Tuentur Theſes has noſtras Aſinius, in d. l. num:* 51. *ff. de religio: & ſumpt: funer. Franchus, in controuerſijs, inter Epiſco. & Regulares. q.* 6. *aſtruens, ità Rotam Romanam decrataſſe, Lauorius, cap.* 11. *num.* 152. *& ſeqq. vbi ſuprà Paſqualigus, deciſ. dicta, num:* 5. *&* 6. *cum alijs.*

CONTROVERSIA XI.

AN ſepulturæ electio per Teſtes, ac Teſtes ſingulares fieri, ac probari valeat? vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Omnes, qui coram Teſtibus dumtaxat, quamuis ſine ſcriptura, in Regularium Eccleſijs ſepulturam ſibi elegerint, ſunt ibidem ſepeliendi. *vt Sacra Congregat. Epiſco. & Regular. declarauit, die* 22. *Decembris*, 1618. *Anton. Maria Gallus Cardinalis. V. Theatinus ecretar. loco † ſigilli.*

CONCLVSIO II.

2 Sepulturæ electio omninò, ac indubitanter per Teſtes ſingulares probari poteſt.

3 Probatur; quoniam, ſepulturæ electio eſt pars vltimæ voluntatis, vt rectè *Gloſſa docet. in addict. verb. & ſit, in cap.* 1. *de ſepultur. in* 6. vndè ſolum eſt probanda hæc pars vltimæ voluntatis; ſed ad aliam probandam Teſtes ſingulares ſufficiunt, quia in eo, quod principaliter probant, cum Textes euadunt, & licèt ſingulares ſint reſpectu exterioris manifeſtationis, qua eligens, ſuam manifeſtauit voluntatem, attamen Conteſtes ſunt in probanda voluntate exteriùs manifeſtata, quam vt cum Teſtes probant, tamquam habentem tractum ſucceſſiuum, & pluriès manifeſtatam. ergo.

Nàm ſi e.g. vterque deponat, audi- 4
uiſſe à Martino, in tali loco ſepulturam electam, ſed in diuerſis temporibus, ſat eſt ad electionem probandam ſepulturæ.

Doctorum Allegationes.

Eſt communis hæc noſtra aſſertio inter Doctores, quam edocent Guido Papa, de-
ciſ. 544. *Maſchardus, de probat. concluſ:* 5
1297. *Azeuda, l.* 6. *num.* 12. *tit.* 19 *lib.* 3. *noua recopilat. Rolanus, conſil.* 81. *nu.* 44. *lib.* 2 *Spinus, in ſpecul. teſtatu. Gloſſa.* 2. *num:* 33. *Guttierez, de iuram. confirmator: p.* 2. *cap.* 4. *Lauor. cap.* 10. *nu.* 19. *tit.* 2. *Genuenſ: cap.* 61. *nu.* 8. 2. *edit. Riccius, p.* 1. *reſolut.* 565. *Belletus, p.* 1. *diſquiſit. cleric:* §. 3. *de cleric. debit. Barboſa, in cap. in omni.* 4. *num.* 55. *de Teſtibus, & cap. cum ſuper, num.* 2. *de ſepultur. in collect: Doctor: alios multos citans, Copel. Toloſan. deciſ:* 11. *Crauettus, de antiquit: tempor: p.* 4. *num:* 25. *Bellamer: deciſ:* 368. *Laurentius de Franchis, in contro: inter Epiſco: & Regular: q.* 64. § *probatur, verò, Paſqualigus, deciſ:* 404. *Diana, p.* 5. *tract:* 3. *reſolut:* 108. *Peyrinus, tom:* 3. *priuilegior: Minimor. cap.* 4. *num:* 53. *Lezana, tom:* 4. *verb. ſepultura, quòad regulares, num.* 11. *& alij de communi ſententia.*

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO III.

6 Quandò vnus Teſtis aſſerit, e.g. Martinum ſepulturam elegiſſe in tali loco, & alius in alio loco autumat; in tali caſu, ſtandum eſt coniecturis, quibus moribundus, ac Teſtator, veriſimilius moueri potuerit: ſi vnus, videlicèt, ex illis locis ſit Parochia, vel alia Eccleſia, in qua Maiores ſui ſunt ſepulti, vel ſi aliam Eccleſiam maiori frequentatione, & deuotione proſequutus ſit.

Doctorum Allegationes.

7 *Multis ex Doctoribus libet hac noſtra Theſis, ex ſupra recitatis, & eam amplectitur Lauorius, num. 20. Lezana vbi ſuprà, Peyrinus, num: 52. Barboſa, nu. 55. in dictis locis, omnes, cum nominandis alijs.*

CONCLVSIO IV.

8 Duo ſaltem Teſtes exiguntur ad ſepulturæ electionem probandam. quia agitur de Eccleſiæ præiudicio, in qua defunctus de iure ſepeliendus fortaſſe erat, & comparatur diſpoſitioni quò ad pias cauſas, quæ ſaltem per duos Teſtes probari debet, *ex cap. cum eſſet de teſtam.*

Doctorum Allegationes.

Suſtinent hanc Theſem noſtram Medi-
9 *ces, q. 8. de ſepultur: p. 1. Laurentius de Franchis, vbi ſuprà, num 3. Genuenſ. nu. 10. Lauorius, num: 18. Diana, & Paſqualigus, num: 3. in citatis locis, ſuprà, num 5. Gauantus, verb. ſepultura, num: 20. Barboſa, num: 15. Lezana, & Peyrinus, in allegatis locis, cum alijs dictis, & dicendis, de communi ſententia.*

CONCLVSIO V.

Sepulturæ electio fieri debet in Eccleſijs illis, in quibus Religioſi, ſiuè Canonicorum, ſiuè Clericorum, aut Regularium Conuentus ſunt inſtituti, & orationes, ac ſacrificia pro mortuis celebrantur, *cap. fraternitatem de ſepultur.* & illam Eccleſiam, tenetur eligere, quæ de iure, vel ex priuilegio ſepulturas, vel cœmeterium habet. 10

CONCLVSIO VI.

Sepulturæ electio, ſi in Regularium Eccleſijs fiat, minimè à Parochis impediri poteſt, ſed tantum ius quartæ debetur ei ab illis Eccleſijs, quæ de conſuetudine præſcripta de iure ſolita ſunt ante quadraginta annos Concilij Triden. celebrationem præſtare, aliàs, non; iuxtà tradita in ſuperioribus. 11

CONCLVSIO VII.

Sepulturæ electio in Eccleſia exteriori Monialium fieri poteſt; minimè verò gentium, in Eccleſia interiori. 12

CONCLVSIO VIII.

Familiæ ſepultura, vel hæreditaria probatur ex litterarum in ſpectione, ipſi ſepulturæ inſcriptarum. 13

Doctorum Allegationes.

Autumant has Theſes noſtras omnes nu. 14
5. Scriptores allegati, inſuper Abbas, in d. cap. fraternitatem, Innocentius, in cap. 1. de ſepultur: Natta, conſil: 432. volum: 2. Lauorius, num. 21. cap. 11. vbi ſuprà, Guido Papa, deciſ. d. num: 2. Riccius deciſ. 664 nu. 2 ſpeculum, tit. de probat: verſ: 6. Caſtro in l. ſi ſepulchrum, Cod: de Religio: & ſumpt. funer: & alij.

CON.

CONTROVERSIA XII.

AN ad probandam ſepulturæ electionem ſufficiat Teſtamentum, aut Codicillus inualidus, aut ſcriptura, manu propria facta, ſeú Confeſſoris dictum, & atteſtatio.

CONCLVSIO I.

1 Ad ſepulturæ electionem probandam, ſat eſt, ſi Teſtator ſuam explicet voluntatem vltimam per teſtamentum ab eo conditum; aut per Codicillum inualidum ſaltem, pro foro conſcientiæ, procùl dubio, etiam, de iure ciuili, tantum loquendo.

2 Iàm pars prima aſſertionis eſt maniſeſtiſſima, nempè per teſtamentum ſufficere, ſuam exprimere voluntatem vltimam, vbi reliquit teſtator ſe velle ſepultum eſſe. Secunda verò, pars, id eſt, per codicillum inualidum, etiam ſat eſt, ſaltem pro foro conſcientiæ, quia ſufficit quo ad conſcientię forum, ſi quomodocumque voluntas Teſtatoris innoteſcat, ſeù vltima morientis voluntas.

Doctorum Allegationes.

3 *Affirmant hanc noſtram Theſem Menochius, conſil: 167. num: 10. lib. 2. Valerus, in differentiis vtriuſque fori, verb: teſtamentum, differentia prima, num. 2. Emanuel Viguerius, in introduct: vltimæ voluntatis, lib. 3. cap. 14. num. 22. Rota in nouiſſ: deciſ: 74. p. 2. Paſqualigus, deciſ: 401. num. 2. Lauorius, cap. 11. num. 18. tit. 2. tom. 1. variar lucubrat. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut: 106. Medices, p. 1. q. 8. num. 3. de ſepultur: Peyrinus, & Lezana, vbi ſuprà, cum aliis.*

CONCLVSIO II.

Codicillus præfatus, opus eſt, vt ſepulturæ electio probetur, ſit etiam in foro exteriori validus ad effectum, vt talis electio ſepulturæ valida, ac rata ſit. 4

Cuius eſt ratio, quià, cum ſepulturæ electio non dumtaxàt pertineat ad conſcientiæ forum, ſed etiam, ad forum externum; quià priuat iure ſuo Eccleſiam, ad quam de iure ſepultura attinet; ideò neceſſe eſt, huiuſmodi electionem validam eſſe, etiam quò ad forum externum, quò ad ius Canonicum, in ordine ad pias cauſas; quià ſepulturæ electio eſt in ordine eadem, in quo ſunt piæ cauſæ. 5

CONCLVSIO III.

Sepulturæ electionem ſcriptura manu propria ſubſcripta, validè probat pro vtroque foro, non eſt penitus dubitandum. 6

Probatur, quia ad fidem faciendam pro foro externo ſatis eſt, cum de ipſa conſtet, & idem eſt, ac ſi defunctus publicè ſuam declarauerit voluntatem. nàm ſubſcriptio ſe habet veluti teſtimonium declaratiuum proprię mentis. *L. final. Cod. ſi certum petatur, & ibi Baldus*. Eſt namque ſubſcriptio quædam expreſſio propriæ mentis, quò ad illa, quæ ſubſcribuntur, & loco vocis ſubſtituitur, ac vim eamdem habet, quam locutio haberet; quia eſt naturæ ſubrogatum eiuſdem cum eo, in cuius locum ſubrogatum eſt. *L. Imperator, §. final. ff. de legibus, & cap. Eccleſia S. Mariæ 1. & 2. tit. vt lite pendente. Crat. conſil. 76. num. 13. Tiraquellus, de iure primogenis. q. 4. num. 43.* 7

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc noſtram Theſem omnes allegati Doctores, num: 3. & alij allegandi. 8

CON-

CONCLVSIO IV.

9 Codicillus inualidus, tunc ſufficientèr notificat ſepulturæ electionem, quandò conſtat, defunctum voluiſſe in eo declarare ſuam vltimam voluntatem; quòd per teſtes probari poteſt, qui deponant, quòd in illa voluerit ſuam declarare vltimam voluntatem, licèt poſteà neceſſariè ſolemnitates defuerint.

CONCLVSIO V.

10 Sepulturæ electio ſatis ſufficientèr probatur Confeſſarij atteſtatione, & ad illius dictum, & teſtationem omninò ſtandum eſt, abſque vlla hæſitatione, pro vtroque foro.

11 Cuius eſt ratio adæquata; quia Moribundus in Confeſſarij manibus diſponit de his, quæ ad animam ſpectant, & per conſequens conſtitutus Confeſſarius veluti illorum executor, quæ ad animam concernunt, quatenùs debent ad forum externum deduci, quarè quandò Moribundus communicauit ſuo Confeſſario propriam voluntatem, quò ad ſepulturæ electionem, & ipſe Confeſſarius de tali electione teſtatur, omninò eſt illi credendum; quia non ſe habet vt purus, ac merus Teſtis, ſed vt executor vltimæ voluntatis; à defuncto ſibi commiſſæ; ac ideò ſtandum eſt totalitèr ſui ipſius dicto, ac teſtationi.

12 Quam doctrinam ſanè à me dictam, ac de Teſtibus etiam ſingularibus, in cauſa, & occaſione mortis, mei maioris fratris germani, ſecundum carnem, Domini Horatij Samuelli, Æquitis S. Stephani, Cluſiui Patritij, ac nobilis Senenſis, qui non dumtaxat, ſuam dixit voluntatem liberè, Patri ſuo Confeſſori, velle eſſe tumulatum in Eccleſia S. Franciſci, in ſepultura, vbi anteà fuit illius filius ſepultus; ſed etiam hanc ſuam voluntatem, Dominæ Vlimpiæ Sorori noſtræ de Samuellis, & ſuæ Vxori, Dominæ Syluiæ de Bellarminis Politianæ, & alijs conſanguineis: attamen Archipresbyter Curatus Eccleſiæ Cathedralis credere noluit: vndè de re iſta D. Epiſcopus certioratus pro veritate, decretauit, vt ſepeliretur, iuxtà bonam voluntatem, D. Æquitis, in Eccleſia S. Franciſci, vt die 2. Auguſti. 1639. ni fallor, factum eſt, me præſente, &c.

Doctorum Allegationes.

Sunt docentes hanc noſtram Theſem; Genuenſis, tit. de ſepultur. in ſua praxi Neapolitana, Lauorius, cap. 11. *num.* 18. *&* 20. *tit.* 2. *Molfeſius, tom:* 2 *ſumm: tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. *Peyrinus, & Lezana, vbi ſuprà, relati num.* 3. *ſuperioris contro: Paſqualigus, deciſ:* 405. *&* 406. *Diana, p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 206. *aliyque dicendi.*

CONTROVERSIA XIII.

An ſepulturæ electionem ſi Moribundus ſuæ vxori, aut filio capaci, ſeù alteri committat, fieri ipſa debeat, ad hùc eo viuente, vel poſt eius obitum, ad effectum, vt rata, ac valida ſit?

CONCLVSIO I.

Certiſſimum eſt, quod qui ius habet ſepulturam eligendi cuilibet committere poteſt illius electionem, & facta, valida eſt; & tenet. Nàm talis ele- 1

ctio ſepulturæ, fit nomine illorum, qui
ius eligendi habent. ergo.

Doctorum Allegationes.

2 *Tradunt aſſertionem Lapus in cap. 1.
de ſepultur: Ancharan conſil: 214. Gem i-
nian. in cap. is, qui. §. mulier, num 6.
de ſepultur: in 6. & ibi Franchus, Ric-
cius, p. 1. ſuæ praxis, reſolut: 564. num.
2. Paſqualigus, deciſ. 399. num: 1. & alij
communiter.*

CONCLVSIO II.

3 Probabile eſt aſſerere; neceſſarium
eſſe, vt talis ſepulturæ electio, vt va-
lida exiſtat, à Commiſſario fiat ante
obitum Committentis, aliàs, eſt nulla.

4 1 Probatur, quià huiuſmodi com-
miſſio Moribundi mandantis expirat
poſt illius obitum. ergo vera conclu-
ſio; quæ multò magis eſt vera, quan-
dò eſt in præiudicium Eccleſiæ Paro-
chialis, quæ ius habet ſepeliendi om-
nes, qui non elegerunt ſepulturam,
aut ſuorum maiorum non habent. er-
go.

5 2 Nàm vltima voluntas, pròut eſt
ſepulturæ electio ab alieno arbitrio
pendere non debet. *L. illa inſtitutio. ff.
de hæred. inſtit. & ſcribentes latè in rubric.
ff. de legat.* ſed per ſe ipſum eligere ſe-
pulturam debet. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

6 *Ità autumant Geminian: in d. cap. is,
qui num: 6. de ſepultur: Lapus, in cap. 1.
de ſepultur: in 6. Ancharan: conſil. 214.
Genuenſ cap. 61. num. 2 ſuæ praxis, Dia-
na, vbi ſuprà, reſolut. 105. Lauorius,
num. 6. & d. l. cum alijs.*

CONCLVSIO III.

7 Sepulturæ electio facta à Commiſſa-
rio, poſt obitum moribundi Commit-
tentis eſt valida omninò, & pro vtro.
que foro obſeruandum eſt in praxi, tu-
ta conſcientia.

1 Probatur, nàm licèt, mandatum 8
ſpiret morte mandantis, ſed in caſu no-
ſtro haud ſpirat, quandò effectus eſſe
debet poſt Mandantis obitum; quià
Mandantis intentio ſe extendit vſque
ad effectum incluſiuè poſt illius obitum
quià in tali tempore ſuus ſortietur ef-
fectus, & non anteà. ergo.

2 Nàm in caſu noſtro, Ius commit-
tentis extenditur vſque ad effectum ſe- 9
pulturæ; quià ſepultura mandatur exe-
cutioni iuxtà ipſius præſcriptionem;
vnde poteſt virtuali modo, in cauſis
permanere, quæ concurrunt ad talem
effectum, & conſequenter, etiam in
Mandatario, qui eſt cauſa quædam, ad
ſepulturæ effectum communis. ergo.

Doctorum Allegationes.

*Tenent hanc noſtram Theſem Guttie-
rez, de iuram: confirmator: p. 2. cap. 4.* 10
*Addictionator, ad Panorm: in cap. etſi
Chriſtus, de iuram: Menocchius, conſil:
60. num. 6. Rubeus, conſil. 5. Ancharan:
conſil. 214. moti, ex l. virum, § cum
quidam, ff. de rebus dub. & ex regula Iu-
ris, qui per alium facit, &c. l. qui per
alium. ff. de regul: Iuris, Riccius, deciſ:
663. vbi ſuprà, Spinus. in ſpecul: teſtam:
gloſſa, 2. tit: de elect: ſepultura, num. 40.
Paſqualigus, deciſ: 399. num: 3. cum
alijs.*

Nàm Mandantis Moribundi volun- 11
tas eſt propriè, vt Vxor eius, vel filius
capax, aut alia perſona, cui ſepultu-
ræ electionem commiſit, vt poſt eius
obitum, ſepulturam ipſi eligat, vbi li-
buerit; minimè verò, ipſo viuente,
qui certè ſi voluiſſet eam deligere, pri-
uſquam ex hac migraſſet vita, non ter-
tiæ perſonæ commiſiſſet; ſed cum
com-

commiſerit, ſignum eſt manifeſtum, velle ſepulturam, à Commiſſario eſſe eligendam, poſt ipſius obitum.

CONCLVSIO IV.

12 Infirmus ſi dicat, ſe velle in tali Eccleſia, eſſe ſepultum, coram ſaltem duobus Teſtibus, & hi Teſtes hoc ſuum deponant dictum, eſt eis totalitèr, ac omninò credendum.

Nàm, vt in ſuperioribus diximus,
13 duo Teſtes ſufficiunt ad comprobandam ſepulturæ electionem. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

14 *Aſſerunt hanc noſtram Theſem, Lauorius, num.* 18. *cap:* 11. *vbi ſuprà, Genuenſ: cap* 61. *num*.10. *ſuæ praxis, Diana, p.* 5. *tract:* 3. *reſolut.* 106. *cum alijs contro:* 11. *relatis*.

CONTROVERSIA XIV.

AN Locorum Ordinarij, ac Prælati locales Regulares valeant aliquem ſepelire facere in alterius ſepultura, illo inuito? vbi multa alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Prælatus vterque Diæceſanus, & Regularis localis valent ſepelire facere aliquem, in alterius ſepultura, illo inuito, ſi nimirum cauſa iuſta, & legitima adſit, putà, ſi ſepeliendus careat propria ſepultura, vel quia in Eccleſia, ſeù Cœmeterio non adeſſet ſepultura communis, ſed eſſet omnium particularium, & in caſu, etiam, neceſſitatis, in quo ſunt omnia communia.

Cuius ratio eſt adæquata; quia in huiuſmodi euentu, vterque facerent eleæmoſynam extremæ indigenti, quæ fieri poteſt, de alterius bonis inuito domino: ſed ſepeliendus in extrema neceſſitate reperitur ſepulturæ. ergo vera concluſio. 2

Nàm maior charitas, & pietas non adeſt, quàm quæ defunctis fit, in ſepultura præſtanda, *& eſt text. cap. aurum*, 12. *q.* 2.

Doctorum Allegationes.

Auctores ſunt huius noſtræ Theſis Syluestr: verb: ſepultura, num: 3. *Archid. in cap. præcipiendum*, 13. *q.* 2. *Romanus, ſingul:* 602. *Panormit: in cap. abolendæ, de ſepultur: num:* 5. *Peyrinus, tom.* 1. *de de priuileg: Minimor: fol. mihi.* 198. *col.* 2. *num.* 22. *& fol.* 432. *num.* 49. *Abbas, cap. penult: de ſepultur: num.* 5. *& cap: abolendæ, num:* 19. *Lauorius, cap.* 11. *num:* 3. *tit.* 2. *vbi ſuprà, & cap* 9. *num:* 19. *tom.* 1. *variar: lucubrat: cum alijs*. 3

CONCLVSIO II.

Qui in aliena ſepultura humati ſunt, etiam ſine cauſa iuſta, non idcircò diſhumandi ſunt, niſi eſſent denunciati, & publici excommunicati, interdicti nominatim, ac manifeſti vſurarij, in duello mortui, hæretici manifeſti, & non baptizati, & ſimiles, qui ſunt de iure ſepultura priuandi. 4

Cuius ratio eſt optima, quia irrogaretur iniuria maxima, abſque ſua culpa. ergo. 5

Doctorum Allegationes.

Subſcribuntur huic aſſertioni omnes Doctores, num. 3. *citati, & inſuper Zabarella*, 6

P 2

rella, in clementi: 1. de ſepultur: in 6. p. 30. *num.* 32. *cum alijs dicendis, de communi ſententia.*

CONCLVSIO III.

7 Habens quis in Eccleſia Capellam cum ſepultura, vbi ſunt inſignia, ſeú Arma in ſui memoriam repoſita, licèt, iſte per ſui proditionem, & ſcelera alia è Ciuitate, ac ſua patria fuerit expulſus; tamen, nequeunt inſignia huiuſmodi, poſita in Capella deleri; vnde Iudicis arbitrio puniri valent. *L. qui liberalitate, & lege opus nouum, ff. de oper. public.*

CONCLVSIO IV.

8 Arma, ſeù inſignia in Eccleſia, vel Capella, aut ſepultura poſita à primo fundatore, nullo modo amoueri poſſunt, ſed ſemper remanere debent in Fundatoris memoriam, ſeù Vſuarij ſepulturæ: quæ arma, & inſignia quidem à nouo Herede mutari nequeunt.

9 Pari modo, nouus hæres ſi ſit alienę familiæ à fundatore, ſua poteſt arma ponere, ſeù inſignia, armis antiquis remanentibus, ideſt, primi fundatoris; quia ſi vellet eam meliorare, poſſent ibi ponere arma, & inſignia, relictis antiquis, cum ſcriptura tamen, in marmore, fidem faciente de primo fundatore.

Doctorum Allegationes.

10 *Autumant has Theſes noſtras Romanus ſingul.* 480 *&* 637 *Lambertinus, lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4 *num.* 8. *&* 9. *de iure patronatus. Ancharan: conſil.* 113. *Lauorius, cap.* 18. *num.* 19. *cum alijs ſupra dictis, ac dicendis.*

CONCLVSIO V.

In ſepulturis hæredes ſanguinis tantum ſunt humandi, & hi non ſolum ſunt qui naſcuntur ex filijs maſculinis, ſed etiam, qui naſcuntur ex filiabus fœmininis, licèt non ſint eiuſdem familiæ. 11

CONCLVSIO VI.

Hæres vniuerſalis, etiam extraneus tamen, in ſepultura humari nequit Fundatoris, nèc arma, nèc inſigna ſepulturæ mutare: quia ſepulturarum ius, ſolummodò tranſit ad ſanguinis hæredes minimè verò, ad hæredes extraneos. 12

CONCLVSIO VII.

Sepultura, vel Capella alicui conceſſa pro ſe, & ſuis deſcendentibus, Conuentus, ſeù Monaſterium eis auferre nequit. cum talis ſepultura, vel Capella reputentur tamquam hoſpitium, *cap. ebron.* 13. *q.* 2. ſed de iure eſt, quod in fundo, in quo quis vſum habet, non poteſt dominus habitare inuito vſuario *L. ſi hæres, §. fin. & l. ſeq. ff. de vſu, & habit. legat.* 13

Doctorum Allegationes.

Docent has noſtras aſſertiones Lambertinus, *de iure patron: lib.* 1. *q.* 11. *art.* 3. *num.* 3. *Angelus, verb. ſepultura, num.* 40. *idem Lambertinus, lib.* 3. *q.* 5, *art.* 44. *nu.* 13. *Peyrinus, tom.* 3. *priuilegio: fol. mihi* 433. *num.* 49. *cum ſuprà allegatis, & allegandis.* 14

CONCLVSIO VIII.

Extinctis verò Domino, & illius deſcendentibus per mortem; tùnc benè po- 15

Digitized by Google

poteſt Conuentus ſepulturam concedere. nàm mortuo vſuario, vſus ille redit ad proprietarium liberè. *L penult. Cod. de vſufructu, & l. ſi habitatio* §. *final. ff. de vſu, & habitat. quod idem de capellis etiam dicimus.*

Doctorum Allegationes.

16 *Ità docent hanc noſtram Theſem Syluest: verb. ſepultura, q. 3. Tabiena,* §. *20. ibid. Angelus. nu. 44. Rodriquez, tom. 3. ſumm: cap. 130. concluſ: 14. Peyrinus, tom. 3. fol. mihi 413. num. 49. Petrus de Vbald: cap. 11. de cano: port: Lauorius, cap. 11. nu. 38. tit. 2. Sanchez, lib. 2. conſil. cap. 3. dub. 14. num. 4. quod idem aſtruit de capellis, quæ alicui intra Eccleſiam conceduntur, & alij dicendi.*

CONCLVSIO IX.

17 Ad ſepultura conſtruendam, vel Capellam, in Eccleſia Patronata, ſeu quæ fundatorem habet, minimè requiritur conſenſus Fundatoris; Immò eo inuito conſtrui poteſt.

18 Cuius eſt ratio; quià Patrono nullum ex hoc præiudicium infertur, & Eccleſię beneficium præbetur; vndè Patronus, qui tenetur procurare Eccleſiæ beneficium, agit irrationabilitèr; quarè eius contradictio nihil obſtat proindè.

Doctorum Allegationes.

19 *Sufragantur huic noſtræ aſſertioni Lambertinus, de Iure patronat: lib. 1. q. 3. art. 17. nu. 2. Lauorius, tit. 2. cap. 9. nu. 8. tom. 1. variar. lucubrat: Peyrinus, vbi ſuprà, cum alijs.*

CONCLVSIO X.

20 Sepulturam propriam quis habere poteſt quò ad vſum, & prohibere, ne abſquè eius aſſenſu, in illa ſepeliri quis poſſit: & ad hoc ius ſepulturæ acquirendum, quò ad alios priuatiuè, requiritur licentia ædificandi ſepulturam ab initio. vnà cum ipſa ædificatione ſubſequuta; & non cenſetur tale ius acquiſitum ex ſolo curſu decennali, ac cadauerum illatione, nèc vtique ex Iure patronatus, quod quis in Eccleſia habet.

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt noſtram hanc concluſionem Rota, deciſ: 145. nu. 5. in addict: ad Gregor: XV. Lambertinus. p. 1. de iure patronat: art. vlt. verſ. bene verum, & verſ: ſi de cætero, & eadem Rota, in Burgenſi ſepulturæ. 9. Decembris, 1605. coram Ortembergo, & in Calaguritana ſepulturæ. 21. Maij. 1616. coram Coccino, idem Lambertinus, p. 1. q. 11. art. 13. Barboſa, num. 12. & 13. cap. 26. de offic. parochi, eadem Rota, in vna Toletana Capellania, & ſepulturæ. 27. Iulij, 1616. coram Vbaldo, & alij. 21

CONCLVSIO XI.

Eccleſia quælibet de iure recipere valet ad ſepulturam quem vult, quamuis Parochialis non ſit; & eſt capax, vel ex conſuetudine, ſeu Epiſcopi auctoritate, cœmeterium habendi, ac ius ſepeliendi, aut à Legato de Latere hoc ius habeat. 22

Doctorum Allegationes.

Ità inquiunt dictæ Rotæ deciſiones, & deciſ: 228. num. 7. p. 2. recent: & in vna Mediolanenſi funeral. 14. Maij. 1622. coram Merlino, Hoſtiens: in cap. quia non nulli, num. 7 verſ: quod ſi aliquis. & ibi Ioan: Andra, num. 8. Butrius, nu 10. ibid: Zabarella, q. 11. de cleric. non reſidente, 23

P 3 *Hoied,*

Digitized by Google

Hoied, de in competi: beneficij: p.1. cap. 13. nu. 19. Barboſa, num. 14. vbi ſuprà, cum alijs nominandis.

CONCLVSIO XII.

24 Sepulturam eſſe familiæ communem ex litterarum inſpectione probatur; quæ ſi deficiant, ius illud *liberè* ad Eccleſiam redit, quæ deindè eumdem locum alijs denuò concedere poterit.

Doctorum Allegationes.

25 *Tenent noſtram hanc Theſem Maſcardus, de probat: concluſ: 1297. num. 4. Sebaſt: Neuus ad l. 2. ff. de oper: public. nu: 4. Menochius, lib. 2. de præſumpt: 59: præſump: num. 2. Zerola, p. verb. arma, Syluest: verb. ſepultura, q. 3. Petrus de Vbaldis, cap. 10. num. 6. de cano: portio: Rota in d. Calaguritana ſepultura, Barboſa, nu. 14. d. l. Lambertinus, lib. 2. de iure patronatus, q. 18. art. 9. Lauorius, cap. 18. num. 18. tit. 2. vbi ſuprà. Gratian: tom. 2. diſcept: cap. 210. nu. 1. Gloſſa, in cap. cum cauſam, de probat: cap. ad audientiam, de præſcrip: cap. olim, de cenſibus, cap. ſanè, 29. q. 2. Decius, conſil. 135. Alexander, conſil. 9. num. 18. vol. 6. Felinus, in. d. cap. cum cauſam, num. 7. & 8. de probat: Ricius. p. 2. deciſ: 130. Baldus, conſil. 310. lib. 5. Ananias, conſil. 86. nu. 2. Ripa, in cap. cum Eccleſia, Sutrina. nu. 97. de cauſ: poſſeſſ. & propriet. Rota. in vna Vercellenſis benefic: 23. Iunij, 1595. coram Seraphino, deciſ. 1141. Aſinius, in l. vel qua pater, §. ſi ad huc, num: 4. ff. ſi cert. pet. & alij.*

CONCLVSIO XIII.

26 In ſepulturæ ius Fœminę ſuccedunt, ſicut Maſculi, quandò ſunt, ſcilicèt, de Patris domo, vel ſunt hæredes, ſicut parimodo, Nepotes, & deinceps.

CONCLVSIO XIV.

Epiſcopus in ſua Eccleſia, Capellam 27
cum ſepultura conſtruens, ius ad ſucceſſores tranſit, minimè verò, ad conſanguineos, vel hæredes; niſi conſtiterit iuridicè de bonis patrimonialibus conſtruiſſe, animo tranſmittendi ius ad conſanguineos, vel hæredes.

Doctorum Allegationes.

Has Theſes noſtras aſtruunt Rochus, de 28
iure patronat. verſ. ipſe, vel is, à quo, num. 14. Couarruuia, in cap. Raynutius, §. 9. num. 11. Lauorius. cap. 9. num. 54. & 61. & 91. tit. vbi ſuprà. Lambertinus, p. 1. lib. 1. q. 8. art. 7. num. 1. de iure patronat. & cap. Apoſtolica. 12. q. 2. & alij nominandi.

CONCLVSIO XV.

Sepulturæ vſum qui habet, prohibe- 29
re poteſt, nè abſque illius conſenſu, quis in ea ſepeliatur, *cap. 1. de ſepultur:* nèc poteſt quis extraneus, in ea ſepeliri, ſine Patroni conſenſu, nèc ipſo inuito. L. 2. §. *vſus fruct. ff. de Religione, & ſumpt. funer:*

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram aſſertionem Do- 30
ctores, in cap. abolendæ, Nauar: conſil. 1. lib. 3. de ſepultur: Petrus de Vbald. cap. 10. de cano: portio. Concil. l. motiſcon. 2. cap. 17. Lambertin. lib. 1. p. 1. de iure patro. q. 1. art. 13. num. 4. Archidiaco. in cap. præcipiendum, 13. q. 2. Ancharan: conſil. 116. Annania, conſil. 26. Rota, in vna Calaguritana, 12. Decembris, 1603. coram Ludouiſio, qui poſteà fuit Gregor. X V. Papa, & in vna alia Burgenſi S. Dorothea. 13. Februarij 1537. coram eodem, & in vna Pampilonenſi ſepultura.

Digitized by Google

ura, 4. *Maij.* 1584. *coram Seraphino*, *Lauorius*, *num.* 16. *cap.* 9. *tit.* 2. *vbi ſuprà*, *cum alijs*.

CONTROVERSIA XV.

AN ſumptus, & expenſæ in Defunctorum funeralibus ſint faciendæ, & à quibus? vbi plura curioſa ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Quandò quis moritur, & eſt adeò pauper, itaut nullus eum ſepelire velit, ac poſſit, Eccleſia in tali euentu ſumptus debitos de ſuo facere tenetur, ſi caſus detur, vt pauperrimus ſit, Parochiani expenſas tenentur peragere, nè pauperum corpora inſepulta, maneant.

CONCLVSIO II.

2 Rector Eccleſiæ, ſeù Parochus tenetur etiam pauperum funus ducere ſuæ Parochiæ, quamuis nullam indè eleæmoſynam ſperet, & illorum animas Deo commendare.

Doctorum Allegationes.

3 *Amplectuntur has Theſes Medices*, *p.* 2. *q.* 3. *de ſepultur. Toletus*, *lib.* 1. *ſumm. cap.* 5. *Lauorius*, *cap.* 16. *num*: 15. *&* 16. *tit.* 2. *tom.* 1. *variar. lucubrat. cum alijs recitatis*, *ac recitandis*.

CONCLVSIO III.

4 Pater tenetur ad expenſas filij, & Dominus, ſerui; L. *ſi quis*, *l. Heratius. ff. de Religione*, *& ſumpt. funer.*

CONCLVSIO IV.

Ad Vxoris expenſas funeris, ſi ipſa dotem habeat, ac alia bona, & hæc omnia penes Maritum ſint, ipſe tenetur expenſas facere omnes. ſi verò ſolum dos penes Maritum maneat, & cętera illius bona ad alios tranſeant, quilibet tenetur pro rata facere funeris expenſas, ſi autem dos reſtituta fuerit, hæredes Vxoris tenentur ad expenſas facere. L. *Celſus*, *& l. ſequen. ff. de religione*, *& ſumpt. funer.* ſi verò, nèc bona, nèc dotem habeat, Maritus tamen tenetur ad expenſas. L. 1. *& l. ſi quis*, *de Religio: & ſumpt. funer: & l. quod ſi nulla*. 5

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruunt has duas Theſes Syluest: verb. ſepultura, *num.* 14. *Tabiena*, *nu.* 23. *ibid. & verb. funus*, *Angelus*, *num.* 45. *verb. ſepultura*, *Roſella*, *verb. ſepultura*, 1. *num.* 21. *Armilla*, *num.* 27. *Lauorius*, *num.* 29. *cap.* 16. *& ibid. num.* 14. *Piſanella*, *& Hoſtienſ. apud Syluest. vbi ſuprà*, *Dilect. de arte teſtandi*, *tit.* 9. *& alij nominandi*. 6

CONCLVSIO V.

Funerum ſumptus ad hæredes attinent. *L.* 1. *ff. de Religione*, *& ſumpt. funer.* & ſemper ex hæreditate ante omnia deſumuntur. L. *impenſa*, *ff. de religio: & ſumpt. funer.* & in caduca hæreditate facienda eſt de bonis defuncti ante ſolutionem cuius vis debiti, etiam dotis reſtitutionis; dum tamen exequiæ honeſtæ, ac defuncti qualitati, & gradu debito celebrentur. 7

CONCLVSIO VI.

Funeris impenſa eſt ante omnia deducenda in primis; *L. Papinianus*, §. 8

4. ff. de offic: teſtam: l. reſtituenda, Cod: de petent: hæredita: dicitur, enim, defuncti debitum, & hæredit: l. 1. & l. ſi quis ſepeliendus, ff. de religio: & ſumpt. funeral. & præfertur quibuſcumq; Creditoribus, & vxorum dotibus; eſt magis priuilegiata quàm omne debitum. Lege impenſa, ff. de religione, & ſumpt: funer: l. final. § in computatione.

Doctorum Allegationes.

9 Auctores ſunt harum aſſertionum Aſinius, in l. ſi quis ſepeliendus, ff. de religio. & ſumpt. funer. Caballinus, millelo-quio. 531. Gloſſa, in d. l: impenſt. & in l. final. §. in computatione, verb. funus. Cod. de iure deliber. Rota, in vna Ciuitatis Caſtelli fidei commiſſi, 17. Iunij, 1609. coram Ludouiſio, poſteà Gregorius XV. Beltraminus, in d. l. final. §. in computatione, Gratianus diſcept. 94: Fachinettus, lib. 12. cap. 49. Lauorius, num. 8. & ſeqq. cap. 16. & alij.

CONCLVSIO VII.

10 Funeris ſumptus arbitratur pro facultatibus, vel dignitate defuncti L. ſi quis, §. ſumptus, ff. de religio: & ſumpt. funer: quare potius moderari debent, quàm vſque vires extendi. Albericus, l. nèc amplius, ff. ad legem falcidium.

CONCLVSIO VIII.

11 Mandanti corpus ſuum minimè honorificè ſepeliri, prout decet, obediendum non eſt; talis enim voluntas non eſt recta, ſed inepta circà funus: & idcircò non eſt obſeruanda omninò.

Doctorum Allegationes.

12 Docent Magiſter Bannes Theſem hanc ad 2, 2. D. Thom. q. 32. art. 2. Valentia, ibid. diſp. 3. q. 2. Lauorius, num. 18. cap. 16. tit. 2. d. l. cum alijs nominandis.

CONCLVSIO IX.

Teſtatoris voluntas in funere, ſæpè reijcitur. L. at ſi quis, §. quid ergo, ff. de religio: & ſumpt. funer: vndè conditio Teſtatoris in teſtando oppoſita, vt e. g. reliquias, hæres in mare proijciat, non eſt obſeruanda. L. quidam, ff. de condicti. inſtit. 13

CONCLVSIO X.

Teſtator, ſi purpura ſe indutum ſepeliri mandauerit, illius hæres abſque pœnę alicuius periculo poterit talem voluntatem reijcire; vt eſt textus in l. Sermo alieno §. final. ff. de legatis, pari etiam modo dicendum eſt, de illo, qui gemmas ſecum recondi mandauit. Lege non oportet, num: 1. Cod. de his, quibus, vt indig: & horum eſt adæquata ratio, quia immoderatæ, & ineptæ Teſtantium voluntates ſunt reijciendę. 14

CONCLVSIO XI.

Sepulturam ſi quis nullam in vita eligat, ſed vult, ac mandat ſuum corpus inſepultum exiſtat; minimè obediendum eſt; e. g. quia vult canibus proijci, vel in flumen mergi; non eſt exaudiendus; cap. nunc autem, diſt. 21. in Gloſſa, & ff. de condict. inſtit: l. quidam. ſicut Marcellinus Papa fecit, in deteſtationem Idolatriæ à ſe commiſſam. 15

Doctorum Allegationes.

Tradunt has Theſes D. Antoninus, p. 3. tit. 10. cap. 15. de ſepultur. Syluest. eod. verb. num. 5. Angelus, Roſella, Armilla, Tabiena, ibid. Saliceius, in l. 5. nu. 2. Cod. de his, quæ pœna nomine, Lauorius, 15

uorius, num. 19. *vbi ſuprà, cum alijs.*

CONCLVSIO XII.

17 Defunctorum Corpora ad Eccleſiam ſunt deferenda cum ſonis, & cantibus pſallentium, propter fidelium concurſum, & ſunt Deo præces mittendæ prò eis. *cap. quia diuina, & cap. vbicumque* 17. *q.* 2.

Doctorum Allegationes.

18 *Suſtinent Theſem hanc noſtram Iaſon, l. furioſum, col.* 2. *Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Alexand. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, colun. vlt. ſolut. matrimo. Caſſaneus, in catalogo gloriæ mundi, p.* 2. *conſiderat.* 5. *fol.* 52. *& conſiderat.* 75. *p.* 2. *fol. mihi,* 638. *Rodiginus, lib.* 9. *antiquit. Romanor. cap.* 44. *Romanus, in lege.* 1. *cot.* 6. *ff. de verb. obligat. Gul. Benedict. in cap. Raynutius, verb. mortuo itaque teſtatore, in l.* 1. *num* 54. *de teſtam. Gratianus, diſcept. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 6. *Lauorius, num.* 22. *vbi ſuprà, cum alijs.*

CONCLVSIO XIII.

19 In funeralibus, & exequijs defunctorum ſtatutum à Sęcularibus factum non poſſe niſi certam taxatam pecuniam expendi, eſt omninò irritum, & inualidum, *cap. cum laicis. de rebus Eccleſiaſt: non alienand. & l. quod ſi nolit, in fine, ff. de ædil. ædific.* quale ſtatutum, licèt non ſit factum directè ſuper ſpiritualibus, eſt tamen ſuper annexis eiſdem ſpiritualibus.

Doctorum Allegationes.

20 *Tradunt communiter DD. in d. iuribus, Gratianus, num.* 7. *vbi ſuprà, & Lauorius, num.* 23. *Medices, q.* 20. *p.* 2. *de ſepultur. Syiueſt. verb. ſepultura, num.* 15. *& verb. immunitas,* 3. *§.* 9. *vbi aſtruit, quòd ſi Canonici ſtatuant ne quis de ſua Parochia ad funus vocet Religioſos, niſi vocet totum Capitulum, eſt nullum, quatenus eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam, & ſepulturæ funerum libertatem & nos, iam, de re hac in ſuperioribus ad ſatietatem dictum eſt.*

CONCLVSIO XIV.

Defunctorum exequiæ eſſe debent decentes, gradui, & qualitatibus defunctæ perſonæ, ac proindè Diœceſani nullatenùs permittere debent, graues ſumptus, & ſuperbos, & ſcandaloſos, ad oſtentationem potius ſuperbiæ, & innanis gloriæ factas exequias. *cap. anima.* 13. *q.* 2. 21

CONCLVSIO XV.

Defunctis iniuriæ tribuebatur, olim etiam, apud Veteres Catholicos fideles, ſi abſque Clericis, Religioſis, luminibus, & pſalmis, ipſi ſepelirentur mortui. 22

Doctorum Allegationes.

Theſes has noſtras autumant Armalarius, de diuin. offic lib. 4. *cap.* 14. *Concilium Colonienſe.* 2. *cap.* 31. *de obligat. pro defunct. Fuſcius, de viſit lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 6. *Lauorius, num.* 25. *&* 26. *vbi ſuprà, Vict. Epiſco. Uticenſis, lib.* 1. *perſecut. Vuandal. Durant de ritibus Eccleſ. cap.* 23. *num.* 14 *lib.* 1 *& alij.* 23

Catholici Chriſtiani circa, namq; ſumptus, & expenſas funerum, nullatenus gentilium pompas, & luxum exequias ſic celebratas, vt abſq; prodigalitatis nota tranſire nequeant; quia in funere Epheſtionis 1200. *talenta impenſa fuere; vt Quint. Curt. lib.* 10. *ſcribit: & alibi, multo maius auri pondus, refert Plinius lib.* 12. *cap.* 18. 24

CON-

CONTROVERSIA XVI.

AN Locorum Ordinarij *licitè* valeant Cœmeterium, aliàs benedictum, ac prò Defunctis Catholicis ſepeliendis deſeruiens, ad profanos vſus humanos transferre; quamuis illis defunctis dishumatis?

EXPLICATIONES.

1 In gratia Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Feſulani, de Strozzis, qui die 7. Februarij, 1647. virtuosè, de materiebus huiuſmodi ratiocinantes, poſtulauit à me, ſi ipſe facultatem habebat ex ſupplicationibus ſibi factis, & inſtantia maxima à ſuis Diœceſanis, quoddam Cœmeterium reducendo ad vſus humanos profanos, ablatis omnibus defunctorum cineribus, id concedere poſſet, quid tùnc conſulerim, per ſequentes aſſertiones patefaciam.

CONCLVSIO I.

2 Impræſentiarum, loci ſacri appellatione, Eccleſiam conſecratam, ſeù benedictam ſignificari, locum videlicèt, ab Ordinario loci deputatum, vt in eo principaliter ſacrificium offeratur, ſacramenta adminiſtrentur, diuina celebrentur officia, vbi omnes fideles ad adorandum conueniant, & poſt illorum obitum, defuncti tumulentur.

3 Nàm, præcipuus finis hic eſt, cùr in Eccleſia templa erigantur, & quatenùs ad fidelium ſepulturam, dicimus, hunc vſum, tempore antiquiſſimo, in Dei Eccleſia viguiſſe; quòd *idcircò D. Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 18. dixit. Nemo poteſt excuſare quod templum Dei ædificatum eſt: Nemo poteſt indignari; quia humandis fidelium reliquijs, ſpatia laxata ſunt. Et Simeon Metaphraſtes, referente Surio, tom. 6. in vita S. Ioan. Euangeliſta, cum ipſe proximus morti eſſet, ſe in Eccleſia deferri voluit, & viuum in monumentum ingreſſum, quod ſibi parauerat, ibidem obijſſe.* igitur loci ſacri appellatione principalitèr Eccleſia, vna cum atrio, ſeù veſtibulo intelligitur.

CONCLVSIO II.

4 Cœmeterium metipſum eodem nomine in præſentia, deſumi dicimus: quià iura prohibent nè excommunicati in Eccleſia ſepeliantur; quod de cœmeterio etiam, procul dubio intelligunt prohibere, vt de loco ſacro, & quatenùs eſt Eccleſiæ continguum, & coniunctum, & quandoque diſiunctum, ac ſeparatum, vt benè deſumitur *ex cap. vnico, de conſecrat. Eccleſia in 6.* vbi *Papa Bonifatius* 8. ſtatuit, ex Eccleſiæ violatione, etiam cœmeterium pollui ſi contiguum ſit, ſecus ſi remotè diſtet ab Eccleſia.

CONCLVSIO III.

5 Omnis locus, in quo Miſſæ celebrantur, quamuis conſecratus non ſit, neque benedictus, tamen, per locum ſacrum intelligitur; quia ex Miſſarum celebratione, ſacer, ac Religioſus efficitur, vt nefas ſit, quod in eo corpus excommunicati ſepeliatur.

CONCLVSIO IV.

6 Cœmeterium à Diœceſano benedictum, ac deputatum ad fidelium corpora ſepelienda, minimè *licitè* ad humanos vſus profanos Diœceſanus transferre valet, licèt cineribus defunctorum ablatis omnibus.

1 Pro-

1 Probatur; quia ex regul: iuris, in
7 6. quæ eſt talis: *Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum*: ſed cœmeterium eſt locus benedictus, ac deputatus ad humanda fidelium corpora. ergo non eſt conuertendus ad vſus humanos.

8 2 Nàm Eccleſia polluta, cœmeterium ei coniunctum, eſt etiam, pollutum, & conſequentèr, vt res benedicta numeratur inter res ſacras, & idcircò non eſt amplius ad vſus profanos humanos conuertendum.

Doctorum Allegationes.

9 *Tenent has noſtras Theſes Canoniſtæ ad dicta Iura, cum Gloſſa, & Dinus in commentario dictæ Iuris regulæ, vbi plura affert exempla, & alij nominandi.*

CONCLVSIO V.

10 Cœmeterium antè benedictum, ſi poſteà amplificatur, & maius reddatur per alterius loci additionem priuati, cum noua interueniente benedictione, & ſolemnitate Diœceſani, fit locus ſacer, aliàs, minimè gentium.

11 1 Probatur; nàm ad conſtituendum locum ſacrum requiritur deputatio cum alijs ſolemnitatibus, & Diœceſani benedictione, prout in *Aucthent. de Eccleſia, tit. §. ſi quis de fabrica cum aucthent: de menis. §. illud. &c.*

12 2 Nàm pars addita non eſt cæmeterium; quia cœmeterium eſt locus benedictus fidelium ſepulturæ deputatus.

CONCLVSIO VI.

13 Sepultura eſt locus, vel ſepulchrum in loco ſacro, vel cœmeterium benedictum à Diœceſano, vbi defunctorum corpora requieſcunt vſque in finem Mundi.

CONCLVSIO VII.

Diœceſanus multò magis non poterit Eccleſiam, in qua ſepulturæ exiſtunt 14
pro defunctis tumulandis, ad vſus humanos profanos conuertere, ideſt, de ſtabulo Eccleſiam facere, & de Eccleſia ſtabulum.

Quidam, enim Antiſtes fecit de Eccleſia, ſtabulum, & de ſtabulo Eccle- 15
ſiam, cuius cauſa, obſeruatum eſt citò mortuum fuiſſe, & mala multa Cathedrali Eccleſiæ contigiſſe, vt incendium magnum ſuper Sacriſtiam, in qua Reliquiæ inſignes conſeruabantur, & combuſtæ fuère, & omnia paramenta, & Deo permittere, vt ex hoc diſcant Diœceſani nè ſacra loca, & Eccleſias, in vſus humanos profanos conuertant, quod alijs in locis, alia ſimilia eueniſſe audiuimus, &c.

CONCLVSIO VIII.

Dato, & non conceſſo, Diœceſa- 16
num poſſe Cœmeterium iam benedictum ad vſus humanos profanos conuertere, ac transferre; attamen, non omnia, quæ fieri poſſunt, expedit fieri, ſaltem, ratione ſcandali; cum actiones huiuſmodi non ſint in aliorum ædificationem, ſed in ſcandalum, & malum exemplum.

Accepimus hanc aſſertionem *ex D.* 17
Pauli verbis, 1. corinth. cap. 6. ſic de ſe loquentis. omnia mihi licent. ſed non omnia expediunt. Illuſtrans D. Thom. hunc locum, lect. 2. ſic ait, ad rem noſtram.

Sumptus accipere ab his, quibus prædicatur, eſt quidem licitum; quià non eſt 18
contra iuſtitiam, nèc ab aliqua prohibetur lege; non tamen eſt expediens, vel quià impeditur pax ad proximum, vel infirmis ſcandalum aliquod generatur, vel aliqua maledicendi occaſio prabetur: vnde Eccleſiaſt. cap. 37. non omnia, omnibus expediunt. Ille. ergo vera aſſertio.

CON-

Maſſobrius, in ſua praxi concurſuum, prælud. 11. num 9 & 11 Gratian. diſceptat. forenſ cap. 298. num. 44. Medices, q. 6. num: 6. & 9. 10. num.5. de ſepultur. Barboſa, de offic. Curati, cap. 26. num. 9. & cæteri omnes nominandi.

CONCLUSIO II.

4 Locorum ordinarij, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ſingulis annis tenentur Eccleſias Oratorij, & Confraternitatum, viſitare, & illarum Operarij Sæculares, ac Adminiſtratores, rationes ſuarum adminiſtrationum adamuſſim, & punctualiter reddere ipſiſmet Ordinarijs, & illi Adminiſtratores, ad hunc effectum compelli valent ab eiſdem Ordinarijs cum cenſuris, nolentes pacificè rationes reddere, & licèt, dicti Operarij, & Adminiſtratores reddiderint rationes Laicali poteſtati, non proindè liberantur ab onere reddendi rationes ſuarum adminiſtrationum locorum Ordinarijs.

5 Concluſio hæc noſtra eſt à nobis deſumpta *à Sacro Trid. Concilio, ſeſſ. 22. cap. 8. decret. de Reformat. cuius hac ſunt verba. Epiſcopi, etiam, tamquam Sedis Apoſtolica Delegati in caſibus, à Iure conceſſis, omnium piarum diſpoſitionum, tàm in vltima voluntate, quam inter viuos, ſint executores: habeant ius viſitandi Hoſpitalia, Collegia quacumque, ac Confraternitates Laicorum, & quas ſcholas. ſiuè quocumque alio nomine vocant; eleamoſynas Montis Pietatis, ſiuè Charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad Laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio munita ſint, &c. non obſtantibus, quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto. Satis Concilium.*

6 *Et cap. 9. Idem Concilium, hac habet: Adminiſtratores, tàm Eccleſiaſtici, quam Laici fabrica cuiuſuis Eccleſia, etiam Cathedralis, Hoſpitalis. Confraternitatis, eleamoſyna, Montis Pietatis. & quorumcumq; piorum locorum ſinguli annis teneātur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario; conſuetudinibus, & priuilegijs quibuſcumq; in contrariū ſublatis. hac concilium.*

Verum enim verò, grandi cum iudicio, ac prudentia, Concilium hæc condidit, & præcepit ſtrictiſſimè ſemel, ac iterum, nè Sæculares Operarij, & Adminiſtratores, vt in pluribus intruſi, minimè verò, legitimè electi, ad adminiſtrationem Eccleſiarum Oratorij, Sacelli, & Confraternitatum, bona ipſarum, & res prætioſas diſſipent, ac dilapident, crapulando, ludendo, aut abs re, ſine venia Ordinariorum locorum fabricando, ſine neceſſitate, & indigentia; defraudantes vtiq; benefactorum defunctorum mentes, quò ad Miſſarum celebrationem, haud ſatisfacientes, & ſæpiſſimè, diſſipantes omnia dictorum locorum piorum, & ad ſe appropriantes, & ſumentes, & ſimùl, ac ſemel bona paterna propria, & dictorum locorum deſtruuntur, & diſſipantur. quarè his omnibus, præuiſis malis à Trid: Concilio ordinatum, & mandatum fuit dictis Operarijs, & Adminiſtratoribus, vt ipſi locorum Ordinarijs rationem reddant ſuarum adminiſtrationum ſingulis annis omninò ex præcepto teneantur quamuis Laicali poteſtati reddant; nam debent facere hoc, & non omittere quod Trid. Concil. præcipit. 7

CONCLUSIO III.

Locorum Ordinarij, de iure, minimè gentium valent Parochis, aut Rectoribus animarum curam habentibus, ius funerandi auferre, & illud Capellanis Oratorij, aut Confraternitatis Sæcularium præſtare, ſuos Parochianos 8

nos

nos ſepeliendi , atque exequias officiaque funeralium ſuper cadauera peragere .

1 Probatur; nàm nullo iure cautum
9 eſt , locorum Ordinarios poſſe tale ius funerandi tollere de iure ab ipſis Parochis , ſuos ſepeliendi Parochianos , & Capelanis Oratorij , ſeù Confraternitatis Eccleſiarum præbere ; quia hoc eſt in grande præiudicium tàm ipſorum Parochorum , quàm ipſarum Eccleſiarum Parochialium , detrimentum , ac damnum euidentiſſimum , ad quarum reſtitutionem locorum Ordinarij in ſolidum tenerentur dubio procùl.ergo vera concluſio .

10 2 Locorum Ordinarij agere nequeunt contrà ius commune , nèc aliquid ſtatuere contrà ipſum , *Clementina , ne Romani , de elect. cap. Inſtitutionis , 25. q. 2. Abbas , cap. final. num. 7. & 8. de conſuetudine , & ibi Roeckus , ſect. 3. num. 7. & 11. Roicus , de ſynodali Epiſco. p. 3. art. 1. concluſ. 8. num. 36. Alberic. de ſtatut. p. 1. q. 7. Barboſa , de poteſt. Epiſco. allegat. 33. num. 31. cum alijs , de communi ſententia* . ſed Parochi ius funerandi a iure communi habent. ergo vera aſſertio .

3 Quod enim à Iure communi de-
11 pendet , Domini Epiſcopi nullam Iuriſdictionem illud auferendi habent , niſi ſolus Papa ; ſed Parochi ius funerandi ſuos Parochianos à iure communi habent. ergo vera concluſio .

4 Eccleſia; namque Parochialis pri-
12 uilegio gaudet , vt intrà ſuos fines , alia Eccleſia , vel Sacellum , aut Oratorium , ſiuè Capella , ſeù Confraternitas, ad hunc effectum ædificari nequit , inuito illius Rectore , ſeù Parocho , *cap. quicumque 16. q. 1.* quia eſſet in Parochi , & ſuæ Eccleſiæ præiudicium grande , cum comprehendat quidquid eſt intrà fines eiuſdem Parochiæ ; quaſi totum ipſum ſolum per fines deſignatus ſit certo modo in ipſius Parochiæ poſſe , vt contrà eius voluntatem , alia Eccleſia , Oratorium , Sacellum , Capella , Confraternitas ædificari nequeant , vt inter cœteros edocet *Hieronym. Caracciolus , in opuſculo de Iuribus Parochiæ , tit. 2. cap. 1. cum alijs* . ergo vera concluſio , à fortiori multo magis ſuo Parocho ab Epiſcopo auferri minimè gentium poterit ius funerandi , &c.

5 Nàm hac de cauſa ſtylus Roma-
nus curiæ eſt , in facultatibus , oratoria edificandi ad Parochialium Eccleſiarum fauorem apponere inter alia conſueuit , vt videlicèt , Oratorium 13
decenter inſtructum , & ornatum , & ab omnibus actibus domeſticis liberum exiſtat , tùm vt conceſſio intelligatur , abſque Eccleſiæ Parochialis præiudicio , & excipiuntur dies Natalis D. N. Reſurrectionis , Pentecoſtes , quibus ibidem celebrari non liceat , ſed Eccleſia Parochialis vt frequentetur , & quod alij præter quam ſeruitio perſonæ , cuius intuitu oratorium conceditur , neceſſarij ibidem Miſſam audientes , ab obligatione miſſam audiendi in Parochiali Eccleſia per hoc non liberentur , vt aſtruunt *Piaſecius in ſua Epiſco. praxi , cap. 3. tit. de viſit. Eccleſ. Parochial. num. 2. Caracciolus , cap. 2. tit. 2. in d. ſuo opuſcu. cum cæteris nominandis.* ergo.

CONCLVSIO IV.

Stante igitur , non poſſe Parochos
de iure ab Ordinarijs locorum priuari 14
iure funerandi ſuos Parochianos, iuxtà tradita ſuprà , licitè proindè queunt ipſi Parochi , apud ſuos locorum Ordinarios , impedire Operarios , & Adminiſtratores dictarum Eccleſiarum , nè ius ſepeliendi præſtet dictis Eccleſijs à Sæcularibus gubernatis , ob magnum

gnum præiudicium ſequuturum ipſis Eccleſijs Parochialibus , & parochis ipſis .

15 1 Probatur, nàm in dies orirentur ſcandala, rixæ, inimicitiæ, ſimultates, odia inteſtina, & ſemper malæ animi paſſiones naſcerentur inter Parochos, & dictos Operarios, Adminiſtratores; ſed locorum Ordinarij tenentur omnia dicta mala è medio tollere, & omnia ſcandala, & omninò pacem inter eos ponere, & conſeruare inter eos. ergo vera concluſio.

16 2 Nàm ausa daretur, & occaſio, ſi ius ſepeliendi dictis Eccleſijs concederetur, vt paulatim Eccleſia Parochialis deſolata, ac deſtituta ſuis Parochianis remaneret, & eorum emolumentis, maximè circà Miſſarum celebrationem, & officia, & alia huiuſmodi. ergo vera aſſertio.

17 3 Quamuis homo quilibet ſibi ſepulturam eligere queat in loco, non dumtaxat ſacro, ſed etiam, minus ſacro, in ætate debita conſtitutus; nihilominùs tamen, locorum Ordinarij non ſic de facili ſpoliare debent Eccleſias Parochiales ſuo iure, cum tanto damno, & detrimento. ergo vera concluſio. nàm in Eccleſia Parochiali nocte, dieque ſemper cum lumine accenſo ob exiſtentiam Sanctiſſimi Sacramenti, fiunt multæ expenſæ, & adeſt ſocietas, vt plurimum, & ferè in omnibus, Sanctiſſimi Roſarij, & propter alias cauſas non poteſt, nèc debet ſpoliari Eccleſia Parochialis, vbi adeſt continuò Sanctiſſimum Sacramentum, & de nouo alia Eccleſia ditari, & vt vulgò dicimus, *non ſi deue ſcoprire vn' Altare per coprirne vn' altro inferiore*. nàm Eccleſia vbi manet Sanctiſſimum Sacramentum, & cætera alia, & alijs Eccleſijs maior in deuotione, & honore. ergo.

CONCLVSIO V.

Locorum Ordinarij debent, ac tenentur iuſtis de cauſis, ius ſepeliendi denegare totaliter dictis Eccleſijs, præfatis Operarijs, & Adminiſtratoribus inſtruſis, aut quomodolibet exiſtentibus, ſub horum gubernatione manentibus, non ſolum reſpectu grandis præiudicij Eccleſiæ Parochiali, quod euidentiſſimè fit; ſed etiam ob alias rationes, & iuſtas cauſas inſpectas, & benè viſas impoſterum, ab ipſorum Ordinariorum recto iudicio, & prudentia. 18

1 Probatur; Nàm indecens eſt valdè, Eccleſijs præfatis, quarum adminiſtratio, & gubernatio eſt penes Sæculares Operarios, tale ius ſepeliendi concedatur ab Ordinarijs locorum, cum ipſi Operarij, ſuis Dominis Epiſcopis obedire nolint, & præceptis Trid. Concilij rationem reddere ſuarum adminiſtrationum ſingulis annis: quid bene facere his, qui te paſtorem contemnunt? qui inobedientes ſunt, ac proterui, & contumaces? qui ſuum non verentur Prælatum, ac Paſtorem? ergo iuſtis de cauſis debent, ac tenentur eis tale ius negare. 19

2 Nàm, ſæpiſſimè huiuſmodi Operarij, & Adminiſtratores dictarum Eccleſiarum inſtanter petunt ab Ordinarijs locorum hoc ius ſepeliendi, ad malam æmulationem, & inuidiam cæterarum Eccleſiarum Parochialium vicinarum, vt deſtruant, ac ſpolient, & deſolatæ remaneant, & totus Populus ad ipſas Eccleſias nouas concurrat toto anni tempore, queſtus, & lucri cauſa, & ſic elati, & ſuperbi euaſi in Parochos inuehunt, ipſos ſpernunt, & contrà omne ius, vilipendunt, floccifaciunt, ac conculcant. ergo. 20

CON-

CONCLVSIO VI.

21 Ordinarij locorum ſi quandò, quauis de cauſa coacti eſſent, vt ità dicam concedendi dictis Eccleſijs ius ſepeliendi, tenentur hoc concedere, abſq; Parochorum præiudicio, ideſt, vt in dictis Oratorijs, Capellis, & Confraternitatibus, funeralia peragant Parochi, minimè verò Capellani horum locorum nullatenus hoc agere valent.

22 In primis conſtat concluſio ex dictis, deindè probatur; nàm licèt Parochiani licitè in dictis locis ſibi valeant ſepulturam eligere, poſtquam ius ab Ordinario habent ſepeliendi; tamen, ad Parochum defuncti ſpectat funus peragere, & non ad Capellanum; *vt ex cap. is, qui de ſepult. in 6.* diſponitur, & habetur; & quarta funeralis ei debetur, & non Capellanis, de iure, *ex cap. 1. cap. relatum, cap. de his, de ſepultur. &* hoc ob Sacramentorum adminiſtrationem factam defuncto à Parocho. ergo.

23 2 Omnes enim Parochiani, ſine ſepulturæ electione decedentes, & ſuorum Maiorum ea carentes, tenentur in Parochiali Eccleſia ſepeliri, *ex cap. is, qui, de ſepultur. in 6. & in clementina. dudum, §. huiuſmodi, de ſepultur: & docent omnes Doctores, Abbas, in rubrica de parochis, num. 2. & in cap. abolendæ, num. 6. de ſepultur. Vgolin. de offic. parochi, Medices, q. 7. num. 31. & q. 10. num. 4. de ſepultur. Vitalinus, in d. clement. dudum, de ſepultur. §. huiuſmodi, num. 10. & 11. & alij.* ergo.

24 3 Nàm, eo ipſo quod Eccleſia eſt facta Parochialis ius habet ſepeliendi, ac funerandi à Iure commune, & in dictis Eccleſijs ſemper ius habet funerandi ipſe Parochus, & non ipſarum Capellani, vt iura relata volunt, & doctores dicti autumant. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO VII.

Eccleſia qualibet, vltrà Parochialem, valet recipere ad ſepulturam quem vult, ſi hoc habeat, vel ab Epiſcopo, vel à Legato de Latere, vt ab initio diximus, ſeù à conſuetudine, vel ex priuilegio Papæ, ius ſepeliendi retineat, cœmeterium, &c. 25

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram aſſertionem Hoſtienſ. in cap. quia nonnulli, num. 7. verſ. quod ſi aliquis, de ſepultur. & ibi Ioan. Andreæ, num. 8. Butrius, num. 10. Zabarella, qu. 11. de cleric. non reſident: Noidd. de incompet. benefic. p. 1. cap. 13. num. 19. Rota, in Toletana Capellaniæ, & ſepultur. 27. Iulij, 1616. coram Vbaldo, deciſ. 228. num. 7. p. 2. recent. & in Mediolanenſi. 4. funeral. 14. Maij. 1622. coram Merlino, Caualerius, deciſ. 5. nu. 3. Barboſa, de offic. parochi, cap. 26. nu. 9. & 14. cum alijs de communi ſententia. 26

CONCLVSIO VIII.

Romanus Summus Pontifex ius hoc funerandi, & ſepeliendi, dumtaxat Religioſis præſtat, & hoc ad titulum paupertatis concedit, in ſuis Eccleſijs, ſi quis ibi ſepulturam ſibi eligit; & nullus alius, illo inferior poteſt hoc ius funerandi auferre, vel concedere, de plenitudine ſuæ poteſtatis; quamuis locorum Ordinarij valeant erigere Eccleſiam parochialem, qua erecta, ſtatim ius habet funerandi, à iure. 27

TRA.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE PERSONIS CHRISTI FIDELIBVS, QVIBVS ECCLESIASTICA SEPVLTVRA PROHIBITA EXISTIT.

DISPVTATIO PRIMA.

De his hominibus, qui in Eccleſiaſtica Sepultura, vtriuſque ſexus, de iure Canonico ſepeliri nequeunt: & alia ſcitu digna curioſa diſputantur.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN in dubio, quis ſepultura ſit Eccleſiaſtica priuandus, ac dari poſſit ignorantia inuincibilis, aut in aliquo caſu, homicidium ſuper ſe factum, licitum ſit?

CONCLVSIO I.

1 Regula ſit generalis in hac materia, quòd quandò dubitatur, an Cadauer ſit in Eccleſiaſtica ſepultura tumulandum; ſemper in meliorem partem interpraetari debet, videlicèt, in loco ſacro, eſſe ſepeliendum; *ex cap. non æſtimemus. 23. q. 2.*

2 Probatur concluſio ab exemplo: dubitatur namque vtrum mortuus in peccato mortali dederit ſigna doloris, & pæniuit; eſt in tali caſu in ſacro ſepeliendus; quia, in dubio eſt pænitenti fauendum, *ex regula. 168. de regul. iuris, fauorabiliores.* Et hoc verificatur etiamſi pars contraria obſtet, vt non ſepeliatur in loco ſacro, & appellet: in quo caſu, minimè appellatio datur, nec licet, nec permitti poteſt: quia Cadauer dilationem non admittit ob ſui facilem corruptionem; nec appellatio eſt admittenda quoties res tempore perit.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram Theſem, D. Antoninus, 3 p. tit. 10. §. 9. cap. 1. in fine, Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 12. num. 155. Molſeſius, tom. 2. ſumm. tract. 13. cap. 8. num. 75. Bonacina, de contract. diſp. 3 q. 21. punc. 152. num. 6. Mancinus, dub. 36. fol. mihi 516. in ſua praxi, viſit. infirm. cum alijs nominandis. 3

Q Cui

Cui ſanè, Controuerſiæ noſtræ fauet maximè, caſus quidam narratus à Bernardino Scadeonio: lib. 2. claſſ.14. Vrbis Patauij, de quadam Agreſti puella, nomine Iſabella Bauigna na, de qua ſic factum, & caſum narrat. 4

5 *Et ſi magnam laudis iacturã nobiles mulieres Patauinæ ex eo feciſſe videantur quòd hic modò puella obſcuriſſimi nominis Pudicitiæ ſplendore præ cæteris luceat; ego tamē ex eo patriam noſtram præclari facinoris laude fraudandam non cenſui; quià potius, de tam generoſi, ac pudici animi conſtantia, vel ſeù ignotæ puellæ, ac priſcum decus patauinæ pudicitiæ, quicquid olim de hac ipſa, in alio noſtro opere de caſtitate, iam dixi, hic rurſum referendum putaui.*

6 *Nàm quo tempore Maximilianus Auguſtus, totam fermè Venetiam, & præſertim agrum patauinum ex Curſionibus deuaſtabat; cum turmatim, Agreſtes omnes, humili loco nata, ſed nobiliſſimo animo, & honeſta forma prædita, vbi Vrbem ingreſſa eſt, à propinquis ſuis, vt fit, ignara viæ à recto itinere; ex nimia trepiditatione deflexit: & dum ità ignara locorum errabunda lacrymis, omnia conluſtrans in manus, virorum fortè incidit militum Venetorum, qui præſidio Vrbis ſtabat; à quibus tracta eſt in proxima contubernia; vt ibi interim in ludibrio haberetur eius pudicitia Sed neſcio, quo colore, & fato profilijt miſella domo, & recta ad portam, qua paulò antè ingreſſa fuerat, feſtina procurrit, putans ſe tutiorem fore inter hoſtes, & in agris, atque vbique locorum quàm intrà mœnia, & inter præſidia Ciuitatis.*

Inſequuntur inceſti illi, ac impij prædones. 7 *Fugit exterrita puella more trepida, & imbellis dama, quæ à canibus rapta, fugam rapit, in nemora, & ſaltus, & ibi euadere amplius non ſperat, de prærupta ſaxi crepidine, ſe ſe præcipitat, mallens ſubito caſu conteri, quàm comprahenſa ludibrio eſſe rabidis moloſſis. haud ſecus, infœlix virgo, vbi effugium nullum, reliquum videt, de porto coruo, vbi fortè aderat, in adiacentem fluuium ſe ſe præcipiti ſaltu demiſit, pudicitiam ſuam Deo ſeruandam committens. at dum propoſiti tenax ab illis adiuuari recuſat, & exterrita, enatare neſcit, nec curat abſorpta, mox à flumine ſuffocatur; quæ paulò poſt inuenta in proxima ripa, ſine funebri officio, haud digna meo iudicio quidem, quæ ſic ſepeliretur. ſed certum eſt, quòd ſicut nihil prodeſt impijs celebris ſepultura; ità nihil obeſt iuſtis, vilis, ac nulla. hæc ille.*

De tali Agreſta puella ſic cecinit Nouentanus Patauinus huiuſmodi Epitaphium. 8

Euganas iter præſtans virtute puellas
Hoc iaceo indignè condita Virgo loco.
Nàm cum me peteret laſciuum Miles ad vſum,
Munera poſſe mori fuere mihi.
Diſce, age, fit, quanti, Virgo ſeruare pudorem,
Pro quo nil timori perdere acquis.

Suppoſita ergo dicta hyſtoria, dubitatur modò ſi præfata Virgo ab homicidij peccato excuſari poſſit; & ſi iuſtè, & rectè ſepultura Eccleſiaſtica priuanda erat? prò cuius reſoluti one ſit in ordine. 9

CONCLVSIO II.

In primis eſt ſupponendum, minimè licere ſe ipſum occidere, etiam ad fornicationem euitandam, vt rectè docet *D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5.* quòd idcircò Sancta Lucia, ad impiiſſimum Tyrannum dicentem ſe ad lupanar ducturum, vt ibi à iuuenibus ſtupraretur; ei ſic reſpondit. *Non inquinatur corpus niſi conſenſu mentis, ac voluntatis: violentia tua mihi duplicabitur ad coronam.* 10

Hinc, D. Auguſt. lib. 1. de Ciuit. Dei, cap. 18. dixit. Cur homo, qui mali ni- 11

hi

hil facit, ſibi malè faciat? Et ratio eſt, quia pudicitia virtus eſt animi, comitem habens fortitudinem; & cum talis ſit animi virtus, in animi conſenſu conſiſtit. quarè ſi in impudicitia non conſentitur, non amittitur pudicitia, & comitem habeat fortitudinem, potius debet quis ex fortitudine mala quælibet tollerare, quàm ſe ipſum ad mala euitanda interficere. quæ quippè doctrina Theologica eſt veriſſima, ac certiſſima, non eſt dubitandum omninò de eius veritate abſolutè loquendo.

CONCLVSIO III.

12 In caſu autem noſtro, & alijs ſimilibus, & de præfata Puella Agreſta, dicimus, in tali ſuo caſu, eſſe omninò illam excuſandam, ſaltem ex inuincibili ignorantia, ob quam ſe in flumen præcipitem dediſſe, atque ità ſe ignoranter inuincibilitèr interfeciſſe.

13 1 Probatur, quia ſe occidere ob pudicitiæ, & virginitatis cuſtodiam non eſt ità euidens, malum eſſe, quin inculpabiliter ignorari poſſit, ac licitum æſtimari, hic, & nunc in facti contingentia, abſque D. Thomæ doctrinæ læſione, & cæterorum Sanctorum Patrum; *ex quibus, D. Hieronymus in primum cap. Ionæ ad finem; his verbis fauet admodum noſtræ aſſertioni dicens. Vndè in perſecutionibus, non licet propria perire manu, abſque eo, quòd vbi caſtitas periclitaretur: ille.* Sed præfata puella agreſta laborauit in tali caſu, ad conſeruandam ſuam virginitatem, ignorantia inuincibili, atque æſtimauit in mente ſua, omninò ſe poſſe in flumen præcipitem dare abſque peccato homicidij proprij, ad ſuam conſeruandam virginitatem. ergo verà concluſio. nàm, vt diximus ſuprà, in dubio, eſt prò defuncta perſona ſemper inclinandum, ad tradendam ſepulturam Eccleſiaſticam, & maximè, in tali caſu.

2 Nàm in tali dicto caſu, ob pudicitiam, & virginitatem conſeruandam, debebatur omninò, ſaltem, minori apparatu, nimirum, vno cum Sacerdote, vel altero ſepeliri ad aliorum exemplum, & vt cognoſceretur, hanc dictam puellam non eſſe priuandam ſepultura Eccleſiaſtica ex preſumpta ignorantia inuincibili, qua laboraſſe ſatis eſt putandum probabiliſſimè. 14

3 Suadetur: Nàm in huiuſmodi caſibus occurrentibus, eſt locus coniecturis vtendum, ac dubio procul æſtimandum eſt, obijſſe abſque mortali peccato, ob inculpatam ignorantiam, de qua re; *Controuerſia 5. infrà*, erit denuo ſermo, ob aliam occaſionem huius materiæ, & magis manifeſta fiet. 15

Doctorum Allegationes.

Sequuntur hanc noſtram Theſem cum ſuis annexis D. Hieronymus. d. l. Petrus Nauarra, lib. 2. cap. 3. num. 17. & 14. de reſtitut. Ioan. Vuigers, de iuſt. & iure, tract. 2. cap. 2. dub. 14. num. 92. Fagundez, tom. 1. lib. 5. decalogi, cap. 11. num. 3. Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 12. num. 28. Ugolinus, cap. 17. nu. 4. de officio, & poteſtat. Epiſco. Barboſa, de officio parochi, cap. 26. num. 49. & tom. 2. Iuriſ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 10. num. 49. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 9. dub. 6. num. 33. Trullench, tom. 2. decalogi, lib. 5. cap. 3. dub. 1. num. 4. Diana p. 6. tract. 7. reſolut. 47. Marius Sociu. conſil. 51. volum. 2. Genuenſ. cap. 61. num. 20. in ſua praxi, cum alijs nominandis. 16

CONCLVSIO IV.

Morientes ex improuiſa morte, tumulari valent abſque Diœceſani venia; 17

 niſi

niſi aliquid aliàs releuans obſtet hic, & nunc, in Eccleſiaſtica ſepultura.

18 *Ità Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. per literas ſcriptas Vicario Hyduntino, declarauit. 10. Iunij 1588. dummodò non ſint aliqua cenſura innodati, vel deceſſerint in publico, ac notorio peccato mortali, vt eadem Sacra Congregat. anteà declarauerat, die 16. Iunij 1586.*

Doctorum Allegationes.

19 *Ità etiam tradunt hanc concluſionem noſtram Lancellottus, in inſtitutio. canon. §. quin etiam, de ſepultur. Laurius, cap. 12. num. 36. tit. 2. vbi ſuprà, Barboſa vbi ſuprà cum aliis, in ſuperioribus allegatis, & allegandis.*

CONTROVERSIA II.

AN lethalitèr vulneratus, ſeu aliàs Moribundus quilibet, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, & conditionis, vtriuſque ſexus ſit, teneatur rancorem, odium, & pœnam omnem temporalem, ac iniuriarum actionem offendenti inimico remittere, aliàs, abſolui nequeat, & proinde ſepultura careat.

CONCLVSIO I.

1 Abſolutè, ac ſimplicitèr dicimus fundamentalitèr, quòd cum lex ſit [illegible] non eſt de ſe malum velle vt ſic [illegible] tiam ſeruari, ſimpliciter loqu[illegible]

CONCLVSIO [illegible]

2 Odium namque, ac [illegible] dis, & vindictæ app[illegible] odio cauſatum, ho[illegible]

tenetur offenſus deponere, ſub lethali peccato, alioquin ſemper maneret in mortali culpa, & idcircò obiens ſic in peccato mortali, caret Eccleſiaſtica ſepultura.

CONCLVSIO III.

Offenſus licitè petere valet ab offendente pœnam pecuniariam ſibi debitam ſecundum legem; ſicut ab Amico vult ſibi ſolui debitum. 3

CONCLVSIO IV.

Nimis eſt difficilè, ac vix vſu veniet, moralitèr loquendo, quòd quis nolit pœnam corporalem, putà, manus abſciſionis, ſeù capitis, condonare, & quod odio, ac vindictæ appetitu careat. 4

CONCLVSIO V.

Caſus ſi ſtaret, familiam aliquam offenſam in honore, cuius cauſa, infamem manere, niſi inimicus puniatur ſecundum leges, tùnc merè, paſſiuè, & abſque odio, & vindictæ appetitu omninò, permittat, & concurrat offenſus; alioquin, in culpa mortali exiſteret, & ſic impœnite[illegible] edens, ſepultura Eccleſiaſtica [illegible] 5

CO[illegible] I.

[illegible] aut dam[illegible] 6

[illegible] a mpeten- 7
[illegible] omninò offenſus

ſenſus ex præcepto diuino, ſub lethali culpa pacem præſtare ſecundum Patriæ morem, & vſum, & modo, quo poteſt, ac debet, & omnem pœnam, ob Dei amorem remittere, & ſatisfactionem ei condonare; aliàs, talis Moribundus quiſquis ille ſit, abſolui nequit, & conſequenter, poſt obitum ſuum, eſt de iure priuatus Eccleſiaſtica ſepultura.

8 1 *Probatur, D. Thom. verbis, 2. 2. q. 83. art. 8. in corpore, ſic ſcribentis. Diligere inimicos in genere eſt in præcepto; in ſpeciali autem, non eſt in præcepto, niſi ſecundum præparationem animi, vt videlicèt homo eſſet paratus, etiam ſpecialitèr inimicum diligere, & eum iuuare perfectionis eſt. Ille, & hæc eadem verba ſcribit. 2. 2. q. 25. art. 8. & 9. vbi etiam expreſſis verbis hanc noſtram Theſem docet.*

9 2 *Eiuſdem verbis, in 3. diſt. 30. q. 1. art. 2. ad 5. ità exarantis. Negare homini ſigna familiaritatis, quandò neceſſitas expeteret, eſſet vindicta, vel etiam quandò veniam peteret, vel quandò ſe ille, qui hoſtis habetur, ad familiaritatem ſe ingèreret, ſi habeatur præſumptio, non ſimulatè, vel irriſoriè faciat. quia tunc diligit, & inter Amicus deputandus eſt. ſed quòd [illegible]is vltrò ſe ad familiaritatem inimico [illegible], hoc perfectionis eſt. ille. ergo.*

[illegible]. Caietani in commentar: ad d. art. 83. art. 8. vbi hæc ad rem habet; [illegible]ommunitèr homines malam habeant [illegible]tatem co[illegible] inimicos ſuos, ſi huic [illegible]umptioni [illegible]i, adiungantur in [illegible]tali, q[illegible] petenti veniam non [illegible]uit. pr[illegible] violenta opinio ſit, [illegible]d ma[illegible]untatem contra inimicum, [illegible] petenti veniam datur [illegible]ccaſio [illegible]micitiæ, ex quo locum [illegible]veniæ [illegible] & alijs ſcandalum. vndè ipſa [illegible] tempus determinat. quo ch[illegible] neceſſario exire in actum m[illegible]ordis ſui ergà inimicum; & ſ[illegible]ionis veniæ, eſt tempus neceſſitatis, Ille; qui, ſanè, clarius, & egrgius aſſerere noſtram Theſem minimè poterat.

4 Auctoritate Sacræ Scripturæ, à qua noſtra concluſio, ſuum habet ſupræmum fundamentum. Nàm Chriſtus Dominus, qui nobis in hoc ſuum reliquit exemplum, & præceptum, *dixit Lucæ cap. 17. ſi reuerſus fuerit ad te dicens*, (ſuus ſ. inimicus) *pœnitet me, dimitte illi.* Nàm dum veniam petit inimicus ipſo facto conſtituitur in neceſſitatis articulo, in quo ex diuino mandato offenſus tenetur eum adiuuare, illi parcendo, ac iniuriam omnem dimittendo, & earumdem remiſſionem, ac ſatisfactionem, ac pœnam omnem, & pacem in ſcriptis præſtare, ſi neceſſe ſit hic, & nunc. 11

Doctorum Allegationes.

Iàm docent noſtram Theſem, D. Thom. diuinæ mentis interpres, & D. Caiet. in d. locis, & alibi, D. Hieronymus ad. d. locum Lucæ, cum Sanctis alijs patribus & expoſitoribus, & nos diffuse in tractatu elaborato olim de pace præſtanda inimico veniam petenti: Silueſt. verb. Charitas, num. 4. Tabiena, ibi. nu. 12. & ſeqq. allegans Petrum de Tarantaſia, in 3 ſentent. Sotus, lib. 4. de iuſt. & iure, q. 6. art. 3. pagin: 1. ante finem, Bannes, ad 2. 2. D: Thom: q. 25. art. 9. dub. 3. 4. & 5. Aragonus, ibid: Sayrus, in claui regia. lib. 11. cap. 8. nu. 11. Emanuel Sà, verb. iniuria, num. 1. Leſſius, lib. 2. de iuſt: & iure, cap. 27. dub. 4. nu. 24. & ſeqq. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract: 3. difficult. 6. num. 11. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 103. Iacobus Mancinus in ſua practica, viſitandi infirmos, practica. 7. dub. 5. nu. 7. aſſerit de hac re, iſta. Quapropter non benè agunt aliqui Confeſſores pœnitentes ſcrupulis afficientes, dum dicunt illos non poſſe ſaluari, niſi etiam coram Iudice actiones iniuriarum remittant, cum hoc liquidò falſum ſit, vt patet. ſed notand 12

Digitized by Google

quod quandò læſus cauſam lædenti dedit, e. g. ſi læſus fuit primus, & iniuſtus agreſſor, & ille ad ſe defendendum percutit; vel quia læſus eſt inuentus cum vxore, vel conſanguinea Lædentis, & ſimilia tunc læſum remiſſionem coram Iudice in conſcientia facere debere aſſero, & ratio eſt; quia lædens iuſtè ſe defendit, & non ſibi damni cauſa imputari debet, ſed Agreſſori danti operam rei illicitè iuxtà illud; qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. ille cum alijs multis allegandis.

CONCLVSIO VIII.

13 Si caſus occurrat, quis in platea mortalitèr ſit vulneratus, non ſolum Parochus proprius, qui non adeſſet præſens, ſed Sacerdos quilibet Sæcularis, vel Regularis poteſt licitè, ac validè eum confiteri, & abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris, ſi ſigna doloris dederit ſuorum peccatorum; ſed debet eum ſtatim exhortari, vt ſuo inimico omne odium, & rancorem remittat; & ſimul omnem pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, & ſatisfactionem prębeat ſuo offendenti; aliàs, ſi nolit hæc omnia in tali caſu condonare, & remittere, ſtat impœnitens, & incapax proindè abſolutionis ſacramentalis, & conſequenter eſt ſepultura Eccleſiaſtica priuandus. quia ſic impœnitens deceſſit.

14 Conſtat veritas huius aſſertionis ex hactenùs recitatis, & quamuis inimicus Læſor non poſſit ad offenſum in tali caſu perſonalitér adire, ne in manus iuſtitiæ incidat; attamen, loco ſui, Confeſſarius pręfatus veniam petit pro offenſore, & pacem poſtulat, & præcatur vulneratum mortaliter, vt ipſe ſuo inimico pacem condonet, ac remittat ei omnem vindictam, & pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, & ſatisfactionem præſtet, vt ipſe offenſus ſic ſaluetur, & capax reddatur abſolutionis ſacramentalis, & ſepultura Eccleſiaſtica dignus efficiatur: aliàs, indignus vtroque redderetur.

CONCLVSIO IX.

Si præfatus vulneratus lęthaliter, Confeſſarius eum audire nequeat, quià eum medentur, ſat erit, ſi Confeſſario dicat ſe toto corde parcere ſuo offenſori, & omnem pœnam remittere illi temporalem, omnem actionem iniuriarum condonare illi, & de omnibus ſuis peccatis veniam petere abſolutionem à Confeſſario, ſic faciens poteſt abſolui interim, & poſtquam medicamenta recepit, ſi ſuperuiuat, poteſt Confeſſori ſua cætera peccata confiteri, & ab illis abſolui, & à cenſuris omnibus pari modo. 15

CONCLVSIO X.

Præfatus vulneratus lęthaliter ſi nequiuerit præfata Confeſſori oretenùs, nec per ſigna ſignificare, quia non poteſt, & omnes ſenſus amiſit, aut ſtatim mortuus eſt; ſi à parentibus eius, aut propinquis, & hæredibus fuerint prædicta ab offenſore petita, & veniam petierit, & remiſſionem ſui delicti propter amorem Dei; hi omnes tenentur ſub pręcepto condonare omnem actionem, & ſatisfactionem iniuriæ, & pacem in ſcriptis præſtare; aliàs, abſolui nequeunt, & ſic impœnitentes decentes ex hac vita, ſepultura carent. 16

Eſt manifeſta ex dictis, & eiſdem probatur rationibus, & auctoritatibus.

CONCLVSIO XI.

Si præfatus vulneratus lęthalitèr ſenſibus omninò deſtitutus, qui neque pe- 17

tijt Confeſſionem, nèc vllum ſignum contritionis ſuorum peccatorum dedit, nèc ſuo inimico condonauit pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, nèc illi ex corde pepercit, & rancorem, & odium in eo non dimiſit, & abſtulit; non poſt abſolui,& Eccleſiaſtica ſepultura caret, & nullum teſtimonium aliorum adeſt Confeſſorem poſtulaſſe.

18 Cuius ratio eſt adæquata, quia abſolutio Sacramentalis à peccatis *ex Trid. Concil. ſeſſ.14. cap. 9. eſt actus iudicialis*, at vbi iudicium tale non exercetur, accuſatio eſt nulla. ergo vera concluſio. nàm, attritio, vel contritio interior non eſt confeſſio, ſed tantum ſigna externa eſt confeſſio peccati in genere; ſuper quod dari poteſt abſolutio ſacramentalis. ergo.

19 Probatur etiam concluſio auctoritate *Concilij Auriſicani primi*, *cap.* 12. vbi ſic habetur. *ſubitò obmuteſcens, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis prateritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut praſentis in ſuo nutu.* vide benigne Lector quomodò Concilium requirat materiam ſenſibilem,quàm etiam poſtulat *Concilium Cartaginenſe.* 3. *ca.* 34. *&* 4. *&* 26. *cum decretali Leonis Primi ad Theodorum Foriolenſem*, *quæ eſt epiſt.* 91. vnde apparet, ſemper in Eccleſia cautum fuiſſe, nè moribundus abſoluatur, qui aliqua ſigna non dediſſet per quæ aliqua confeſſio, & accuſatio haberi cenſeatur.

Doctorum Allegationes.

20 *Defenſores ſunt huius aſſertionis Henriquez. lib.* 3. *de pœnit. cap.* 10. *num.* 9. *vbi ſic ait. ſi infirmus amiſſo rationis iudicio, nullum prabet,nec paulò antea dederat peccati, & pœnitentiæ ſignum, nullo modo eſt abſoluendus à peccatis, in quo quidem rudiores Sacerdotes errant, ille. & poſt eum Petrus Faij de pœnit. in addict. ad* 3. *p. D. Thom. q.* 9 *art.* 2. *diſp.* 2. *ſic ſcribit; Neutiquam abſolui poteſt, qui ſubitò in ſupremum vitæ incidit diſcrimen, neque coram Sacerdote exprimere peccatū vllum poteſt, aut ſignis aliquibus dolorem peccatorum,& volitionem confitendi patefacere, licet contrarium indiſcretè. & ignoranter ſatis, ac ſine vllo prorſus, vel apparente fundamento à varijs Sacerdotibus practicetur. ille. Malderus mordicus tuetur, tract. de ſigillo confeſſio. cap. is. Alphonſus de* Leone, *tract. de offic.* Confeſſor. *tom* 1. *recol.* 6. *nu.* 131. *Nald. in ſumm. verb confeſſio. nu.* 32. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.*12.*nu.* 4. *Reginald. tom.* 1. *lib.*8 *cap.* 3. *num.* 25. *Turrianus, de pœnit. q.*9. *art.* 2. *diſp.* 30. *dub.* 1. *ad* 3. *Bellochius, de caſ. reſer. p.* 1. *q.* 2. *num.*116. *Pitigianus, in* 4. *tom.* 2. *diſt.* 17. *q. vnic. art.* 8. *concluſ.* 3. *Tribarne in* 4. *tom.*2.*diſt.* 18. *q. vnic. diſp.* 16 *ſeſſ.* 5. *Vaſquez. tom.* 4. *in* 3 *p. D. Thom. q.* 91. *art.* 2. *dub.* 1.*Diana*, *p.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 8. *& p.* 5. *tract.* 2. *reſolut.* 56. *Sancius, in ſelectis, diſp.* 44. *num.* 35. *Cæleſtinus in ſuo compendio Theologiæ moral. tract.*1.*cap.* 25. *per totum, Peyrinus, in formulario prælatorum, lit. A. cap.* 6. *num.* 7. *& alij.*

CONTROVERSIA III.

AN Infirmus quilibet, cuiuſuis ſtatus, conditionis, ac qualitatis exiſtat, ſtatim, ante mortem teneatur famam, & pecuniam pro vtroque foro reſtituere, quòd vtrumque abſtulit aliàs, abſolui nequeat, & ſepultura Eccleſiaſtica careat?

CONCLVSIO I.

Quilibet Infirmus, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, ac conditionis exiſtat, te- 1

Digitized by Google

netur ſtatim, antequam, ex hac vita decedat, pecuniam, aut rem alienam, quam inuito domino abſtulit, reſtituere, alioquin, dum valet, & nolit, abſolui nequit, & ſepultura Eccleſiaſtica eſt priuandus.

2 1 Probatur aſſertio tali adæquata ratione; nàm infirmo præfato commodè valente reſtituere, non ſufficit, vt abſolui queat, vt ſuis hæredibus committat huiuſmodi reſtitutionem faciendam eſſe. ergo per ſe ipſum hoc potens adimplere reſtitutionem, & illam facere ante mortem tenetur, & non per alios.

3 . 2 Nàm iſte infirmus nolens ante mortem talem facere reſtitutionem, & potens, habet voluntatem conditionalem, videlicèt ſi moriatur reſtitutionem facere; aliàs, reſtituere nolit. ergo eſt indiſpoſitus ad reſtituendum. ergo eſt incapax abſolutionis ſacramentalis, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

4 3 Nàm quotidiana experientia nos docet, cum in dies videamus, hæreditatem alijs obueniſſe, quàm ijs quibus relicta fuit à Teſtatore, & ſic lites moueri, itaut reſtitutio fieri nequeat, ab hæredibus: & dato quod dicti hæredes obtineant hæreditatem, etiam non curant dictas reſtitutiones facere. ergo vera concluſio. Nàm paſſim videtur, Patres in mortis articulo filijs relinquere, vt reſtitutiones faciant ſibi demandatas, ab eorum Anteceſſoribus. & hi Nepotibus; & ſic datur proceſſus in infinitum, vt ità dicam, reſtitutionem faciendi. ergo vera concluſio. nàm peccatum remitti non poteſt niſi reſtituatur ablatum, fama, ſcilicèt, aut res aliena ablata, & ità impenitens moritur, &c.

CONCLVSIO II.

Infirmus quilibet, cuiuſuis ſtatus,

5

qualitatis, ac conditionis exiſtat, ſtatim ante mortem, ex præcepto tenetur famam, & honorem priuſquam decedat ex hac vita reſtituere, aliàs, abſolui nequit, nèc ſepeliri poteſt in Eccleſia, vel alio loco ſacro, ad hoc deputato.

Cuius eſt ratio adæquata; quia, in omnium Doctorum ſententia, famæ, ac honoris reſtitutio eſt mox facienda, & procraſtinari nequit. ergo quis ſine iuſta cauſa eam differre vult; eſt in ſtatu peccati mortalis, nec abſolui poteſt, & priuatus venit ſepultura Eccleſiaſtica, quia nolit præcepto reſtitutionis famæ, ſatisfacere famam, & honorem ſtatim, ac habet commoditatem reſtituendi, & impœnitens moritur. ergo vera concluſio. 6

2 Nàm præfatus infirmus, qui poſt mortem vult famam à Confeſſario nomine ſuo reſtituendam, ſignum eſt manifeſtum, non eſſe benè diſpoſitum ad recipiendam ſacramentalem abſolutionem; quià non vult ſatisfecere præcepto reſtitutionis famæ, & honoris, quem proximo ſuo abſtulit, reſtituendo ſtatim, ac commoditatem habet, & multò magis citò tenetur is, qui Religioſo eam abſtulit, qui non tantùm eſt ſibi bonus, ſed & ſuæ Religioni, & eſt multa damna cauſa huius paſſus, &c. ergo vera concluſio, & ad omnia iſta damna reſarcienda tenetur etiam in integrum propoſſe. 7

Doctorum Allegationes.

Præfatæ aſſertiones ſunt apud omnes Doctores communiſſimæ, quas ex Recentioribus tenent Villalobos, in ſumm. tom. 2. tract. 3. difficult. 27. num 3. Alphonſus de Leone, de officio, & poteſt. Confeſſorius, recollect. 26. num. 103. citans pro his aſſertionibus Guttierez, Azzorium, Reginaldum, & Sayrum, Diana, p. 5. tract. 8

3. re-

Digitized by Google

3. reſolut. 104. *cum alijs referendis.*

CONTROVERSIA IIII.

AN de iure Canonico dentur Catholici Chriſtiani vtriuſque ſexus, quibus ſepultura Eccleſiaſtica interdicta ſit?

CONCLVSIO I.

1 Fidelium defunctorum Cadauera, vt in Eccleſiaſtica ſepultura queant humari, quatuor exiguntur. 1. vt locus ſit ad hoc deputatus cum certa ſolemnitate. 2. vt à Diœceſano ſit locus pro ſepultura benedictus. *cap. nemo. de conſecrat. diſt.* 1. *& cap. abolendæ de ſepultur.* 3. vt non ſit quis à iure ſepultura prohibitus. 4. quòd Eccleſia non ſit interdicta.

CONCLVSIO II.

2 Qui ſe ipſos ex induſtria, ex deſperatione, vel iracundia occidunt; ſecùs, ex inſania, ex vi furoris morbi, & huiuſmodi; nàm tales carent ſepultura ſi non dederint ſigna pœnitentiæ ante mortem, *cap. quibus*, 13. *q.* 2. *cap. placuit*, 23. *q.* 5. *cap. ex parte, de ſepultur. Rituale Romanum, tit. de exequijs* §. *quibus*.

CONCLVSIO III.

3 Præfati, ſi poſt vulnus ſibi illatum reuixerint, ac ſigna contritionis oſtenderint, & hoc Eccleſiæ conſtet, non ſunt priuandi ſepultura in tali caſu; *ex cap. à nobis, de ſentent. excommu. in* 6. *& ex cap. placuit.* 23. *q.* 5.

Doctorum Allegationes.

Tenent has noſtras Theſes Gloſſa, in d. cap. ex parte de ſepult. Nauar conſil 2. *de ſepultur. Bellettus, lib. de diui. offic. cap.* 159. *Romanus, conſil.* 263. *Poſſeuinus cap.* 14. *de Curato, Laurius, tom.* 1. *variar. lucubrat. cap.* 12. *num.* 28. *&* 37. *Menochius, de arbitr. caſ.* 387. *num.* 31. *Farinaccius, in ſua praxi criminal. p.* 1. *q.* 20. *num.* 133. *& p.* 5. *q.* 128. *num.* 16. *Belletus, diſquiſit. cleric.* §. 3. *num.* 33. *Hieronym. Caratus, de Iuribus parochial. tit.* 7. *cap.* 8 *Barboſa, tom.* 1. *collectan. DD. lib.* 3. *decretal. cap. ex parte, num.* 4. *tit.* 28. *de ſepultur. & cap.* 26. *num.* 49. *de offic. parochi, Hoſtienſ. in allegat. Iuribus, & ibid. Turrecremata, Azorius, lib.* 9. *p.* 1. *cap.* 31. *p.* 5. *Guttierez. lib.* 2. *qq. cano. cap.* 3. *num.* 2. *Vgolinus, de offic. Epiſco. cap.* 17. *p.* 1. *num.* 4. *Guilelm. Benedict. in repetit. cap. Raynutius verſ. mortuo.* 1. *num.* 42. *de teſtam. per gloſſam in l.* 2. *ff. arbor. fruct Caſar: & antè ius canonicum, eadem erat pœnam ex Platonis ſententia, lib.* 9 *de ll Iacobus de Belnis, pract. Iudic. num.* 115. *& alij nominandi, & Diœceſani in ſimilibus caſibus vti debent ſignis, & coniecturis, & indicijs.* 4

CONCLVSIO IV.

Qui notoriè conſtat, in peccato mortali deceſſerit, abſque ſignis contritionis, & doloris ſuorum peccatorum ſepultura caret. *ex cap. non exiſtimemus.* 13. *q.* 2. *ex cap. qui receduat.* 26. *q.* 5. *cap. placuit*, 23. *q.* 5. *cap. pro obeuntibus:* 13. *q.* 2. 5

Doctorum Allegationes.

Docent communitèr Doctores, in dictis Iuribus, Gloſſa, in cap. ex parte, de ſepultur. Diana, p. 5. *tract.* 3. *reſolut.* 99. 6

Vgo.

Digitized by Google

Vgolinus, num. 4. vbi ſuprà, Petrus Gregorius, Syntag. Iur. lib. 2. cap. 13. num. 10. Couarruuias, in cap. Alma Mater, p. 1. §. 6. num. 4. Guttierez, vbi ſuprà, lib. 2. cap. 3. num. 2. Barboſa, num. 5. d. l. & num. 28. cap. 26. de parocho, Abbas, in d. cap. ex parte de ſepultur. Nauar. conſil. 15. num. 13. & conſil. 6. de ſepultur. Lauorius, d. l. num. 26. & ſunt iura, cap. 2. cauſa. 19. q. 2. & cap. cum grauia, 13 q. 2. vbi de mortuis in peccato mortali notorio agitur, & alij nominandi.

CONCLVSIO V.

7 Pueri ex vtero Materno extracti, & ſine baptiſmo mortui, carent ſepultura: ſi verò fœtus in vtero, vnà cum Matre fuerit mortuus, & nullatenùs extractus fuerit, tamquam pars ventris, & viſcerum Matris, eſt vnà cum ſua Matre humandus.

8 Quod eſt ſcilicèt intelligendum, quãdò eſt certum, quòd mortuus eſt: quià ſi eſt incertum, vel dubitatur, vt viuat, ſcindi debet Mater, & puer eſt baptizandus, ſi viuus manet. Verùm, Mater ſi viuat ſcindi nullatenus nèc poteſt, nèc debet, ſine mortali peccato, ob proximum, & imminens periculum illius mortis.

Doctorum Allegationes.

9 *Ità autumant concluſionem cum ſuis annexis, D. Antonin. 3. p. tit. 10. cap. 5. §. 9. Syluest. verb. ſepultura, num. 10. Hoſtienſ. citans, Sperellus, deciſ. 88. nu. 19. Lauorius, num. 41. & 42. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, Gloſſa, in cap. Eccleſiam, de conſecrat. diſt. 1. verb. celebrare, & Doctores, in cap. ſi cum, de conſecrat. diſt. 4. & alij.*

CONCLVSIO VI.

10 Diœceſani ſepultura carent, qui in ſuis Viſitationibus, occaſione procurationis aliquid acceperint, contrà formam, *cap. exigit, de cenſibus, in 6.* ſi infrà, in tali textu, ſtatutum, duplum non reſtituerint, & ſi celebrauerint fiunt irregulares, ac impœnitentes decedentes, ſepultura Eccleſiaſtica priuantur.

CONCLVSIO VII.

Publici, Deum, ac Sanctos, & præſertim, B. M. V. blaſphemantes, & impœnitentes morientes, ſeù pœnitentiam iniunctam non facientes, priuantur ſepultura, *ex cap. 2. de maledic.* 11

CONCLVSIO VIII.

Decimas Eccleſiæ minimè reſtituentes, ſepultura Eccleſiaſtica carent. *ex cap. probibemus, de decimis*, nimirùm, antè illorum mortem. 12

Doctorum Allegationes.

Tradunt has tres Theſes Gloſſa, in d. cap. exigit, verb. interdictum, de cenſibus, in 6. Lauorius, cap. 12. num. 39. & 43. tit. 2. vbi ſuprà, Petrus de Vbaldis, de cano. port. cap. 14. num. 3. Barboſa, de offic. parochi, cap. 26. num. 56. & cap. 28. num. 16. Spinus, in ſpeculo teſtam. gloſſa, 2. num. 20. Rebuffus, de decim. q. vlt. num. 16. Moneta, de decimis, cap. 8. num. 24. Andreas Hiſpanus, in regul decimarum, Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. Vgolinus, de offic. Epiſc. cap. 17. p. 1. num. 4. verſ. 6. Bonacina, diſput. 3. q. 21. punc. 2. num. 4. verſ. 2. de contract. Mancinus, dub. 34. fol. mihi. 103. verſ. 11. de ſepultur. & alij. 13

CONCLVSIO IX.

14 Patricida impœnitens decens, priuatur ſepultura, & meritò ſanè. ob tanti ſceleris immanitatem.

CONCLVSIO X.

15 Fures, ac Latrones interfecti in actu furti, ideſt, dum furebantur, ac prædabantur, nullatenus in loco ſacro humari debent, *ex cap. quibus, is, q. 2. cap. placuit. 21. qu. 2.* nàm hos mori minimè contritos, præſumitur, & ideò carent ſepultura; quià qui in crimine moriuntur, impœnitentes mori præſumitur.

CONCLVSIO XI.

16 Raptores manifeſti, & Eccleſiarum Violatores, licèt pœniteant, & ſint confeſſi, tamen ſepultura priuantur. *ex cap. ſuper ea, de Raptoribus*; & hoc ad aliorum terrorem. Secus verò eſt dicendum, ſi occulti ſint, & confeſſi, ac reſtitutione ſequuta per ſe, aut per alios facta, at ſunt in Cœmeterio tumulandi abſque clero, *ex cap. 2. de Raptoribus*.

Doctorum Allegationes.

17 *Tenent has tres Theſes Ariſto. in l. quod ſi nulla, num. 10. ff. de Religio. & ſumpt. funer. Menocinus, de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 387. Laurius, num. 15. & 50. 49. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà Petrus de Vbaldis, cap. 14. de cano. portio. nu. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 10. cap. 5. §. 9. Barboſa, cap. 26. num 44. de parocho, Gloſſa, in d. cap. 2. de Raptoribus, Naldus, in ſumm. verb. ſepultura, num. 7. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura quò ad Regulares, num. 25. Abbas, in d. cap. fures, de furtis, & cæteri nominandi.*

CONCLVSIO XII.

Omnis homo non baptizatus caret ſepultura. ſiuè adultus ſit, ſiuè puer, vt Infideles, Pagani, Iudæi, Turcæ, & omnes infidelium, Sectæ perſonarum, & ſi in Eccleſia ſepelirentur, polluta remaneret, *ex cap. Eccleſiam, de conſecrat. diſt. 1. ex cap. final. eod. tit.* vbi dicitur, *violari Eccleſiam per dictorum ſepulturam.* 18

CONCLVSIO XIII.

Pueri, de quibus dubitatur, an ſint baptizati, vel non ſint baptizati, & in ſecundina inuoluti, morientes in loco ſacro ſepeliri debent, ſicut etiam Cathecumeni, qui iàm pro fidelibus habentur, & dicti pueri fuerunt baptizati in forma, aut materia. 19

Doctorum Allegationes.

Docent has noſtras Theſes Syluest. verb. excommunic. §. 9. num. 66. Rituale Romanum, verb. exequia, Homobonus, de bonis, volum. 2. p. 7. reſponſ. 67. caſuum, Bonacina, diſp. de contract. q. 11. punc. 2. Diana p. 4. tract. 3. reſol. 69. & p. 5. tract. 3. reſol. 112. Lezana, to. 4 verb. ſepult. quòad Regulares, nu. 23. Maiolus, de irregularit. cap. 13. num. 18. Nauarrus, in ſumm. cap. 25. num. 152. Barboſa, in collect. DD. in cap. excommunicatus, 13. num. 39. & alij. 20

CONCLVSIO XIV.

Præfati omnes, & alij infrà dicendi, ſepultura priuati à Iure, ſi in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepeliantur, ſunt exhumandi mox, ſi caſu aliquo ibi tumulati fuerint, quorum corpora, & oſſa dignoſci valeant, aliàs, non; & mortaliter peccarunt, qui eos ſepelierunt, & ipſo facto excommunicati ſunt euaſi. *cap.* 21

Digitized by Google

CONCLVSIO VI.

21 Ordinarij locorum ſi quandò, quauis de cauſa coacti eſſent, vt ità dicam concedendi dictis Eccleſijs ius ſepeliendi, tenentur hoc concedere, abſq; Parochorum præiudicio, ideſt, vt in dictis Oratorijs, Capellis, & Confraternitatibus, funeralia peragant Parochi, minimè verò Capellani horum locorum nullatenus hoc agere valent.

22 In primis conſtat concluſio ex dictis, deindè probatur; nàm licèt Parochiani licitè in dictis locis ſibi valeant ſepulturam eligere, poſtquam ius ab Ordinario habent ſepeliendi; tamen, ad Parochum defuncti ſpectat funus peragere, & non ad Capellanum; *vt ex cap. is, qui de ſepult. in 6.* diſponitur, & habetur; & quarta funeralis ei debetur, & non Capellanis, de iure, *ex cap. 1. cap. relatum, cap. de his, de ſepultur. &* hoc ob Sacramentorum adminiſtrationem factam defuncto à Parocho. ergo.

23 2 Omnes enim Parochiani, ſine ſepulturæ electione decedentes, & ſuorum Maiorum ea carentes, tenentur in Parochiali Eccleſia ſepeliri, *ex cap. is, qui, de ſepultur. in 6. & in clementina. dudum, §. huiuſmodi, de ſepultur: & docent omnes Doctores, Abbas, in rubrica de parochis, num. 2. & in cap. abolendæ, num. 6. de ſepultur. Vgolin. de offic. parochi, Medices, q. 7. num. 31. & q. 10. num. 4. de ſepultur. Vitalinus, in d. clement. dudum, de ſepultur. §. huiuſmodi, num. 10. & 11. & alij.* ergo.

24 3 Nàm, eo ipſo quod Eccleſia eſt facta Parochialis ius habet ſepeliendi, ac funerandi à Iure commune, & in dictis Eccleſijs ſemper ius habet funerandi ipſe Parochus, & non ipſarum Capellani, vt iura relata volunt, & doctores dicti autumant. ergo vera concluſio.

CONCLVSIO VII.

Eccleſia quælibet, vltrà Parochia- 25
lem, valet recipere ad ſepulturam quem vult, ſi hoc habeat, vel ab Epiſcopo, vel à Legato de Latere, vt ab initio diximus, ſeù à conſuetudine, vel ex priuilegio Papæ, ius ſepeliendi retineat, cœmeterium, &c.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram aſſertionem Ho- 26
ſtienſ. in cap. quia nonnulli, num. 7. verſ. quod ſi aliquis, de ſepultur. & ibi Ioan. Andrea, num. 8. Butrius, num. 10. Zabarella, qu. 11. de cleric. non reſident: Noidd. de incompet. benefic. p. 1. cap. 13. num. 19. Rota, in Toletana Capellaniæ, & ſepultur. 27. Iulij, 1616. coram Vbaldo, deciſ. 228. num. 7. p. 2. recent. & in Mediolanenſi. 4. funeral. 14. Maij. 1622. coram Merlino, Caualerius, deciſ. 5. nu. 3. Barboſa, de offic. parochi, cap. 26. nu. 9. & 14. cum alijs de communi ſententia.

CONCLVSIO VIII.

Romanus Summus Pontifex ius hoc 27
funerandi, & ſepeliendi, dumtaxat Religioſis præſtat, & hoc ad titulum paupertatis concedit, in ſuis Eccleſijs, ſi quis ibi ſepulturam ſibi eligit; & nullus alius, illo inferior poteſt hoc ius funerandi auferre, vel concedere, de plenitudine ſuæ poteſtatis; quamuis locorum Ordinarij valeant erigere Eccleſiam parochialem, qua erecta, ſtatim ius habet funerandi, à iure.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE PERSONIS CHRISTI FIDELIBVS, QVIBVS ECCLESIASTICA SEPVLTVRA PROHIBITA EXISTIT.

DISPVTATIO PRIMA.

De his hominibus, qui in Eccleſiaſtica Sepultura, vtriuſque ſexus, de iure Canonico ſepeliri nequeunt: & alia ſcitu digna curioſa diſputantur.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN in dubio, quis ſepultura ſit Eccleſiaſtica priuandus, ac dari poſſit ignorantia inuincibilis, aut in aliquo caſu, homicidium ſuper ſe factum, licitum ſit?

CONCLVSIO I.

1 Regula ſit generalis in hac materia, quòd quandò dubitatur; an Cadauer ſit in Eccleſiaſtica ſepultura tumulandum; ſemper in meliorem partem interpretari debet, videlicèt, in loco ſacro, eſſe ſepeliendum; *ex cap. non aſtimemus. 23. q. 2.*

2 Probatur concluſio ab exemplo; dubitatur namque vtrum mortuus in peccato mortali dederit ſigna doloris, & pænituit; eſt in tali caſu in ſacro ſepeliendus; quia, in dubio eſt pænitenti fauendum, *ex regula. 168. de regul. iuris, fauorabiliores.* Et hoc verificatur etiamſi pars contraria obſtet, vt non ſepeliatur in loco ſacro, & appellet: in quo caſu, minimè appellatio datur, nec licet, nec permitti poteſt: quia Cadauer dilationem non admittit ob ſui facilem corruptionem; nec appellatio eſt admittenda quoties res tempore perit.

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc noſtram Theſem, D. Antoninus, 3 p. tit. 10. §. 9. cap. 1. in fine, Lanorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 12. num. 155. Molſeſius, tom. 2. ſumm. tract. 13. cap. 8. num. 75. Bonacina, de contract. diſp. 3 q. 21. punc. 152. num. 6. Mancinus, dub. 36. fol. mihi, 516. in ſua praxi, viſit. infirm. cum alijs nominandis. 3

*Cui ſanè, Controuerſiæ noſtræ fauet ma-
ximè, caſus quidam narratus à Bernardi-*
4 *no Scadeonio: lib. 2. claſſ.14. Vrbis Pata-
uij, de quadam Agreſti puella, nomine
Iſabella Bauignana, de qua ſic factum, &
caſum narrat.*

5 *Et ſi magnam laudis iacturã nobiles mu-
lieres Patauinæ ex eo feciſſe videantur quòd
hic modò puella obſcuriſſimi nominis Pudici-
tiæ ſplendorẽ præ cæteris luceat; ego tamẽ ex
eo patriam noſtram præclari facinoris lau-
de fraudandam non cenſui; quià potius, de
tam generoſi, ac pudici animi conſtantia,
vel ſeu ignota puella, ac priſcum decus pa-
tauinæ pudicitiæ, quicquid olim de hac ip-
ſa, in alio noſtro opere de caſtitate, iam
dixi, hic rurſum referendum putaui.*

6 *Nàm quo tempore Maximilianus Au-
guſtus, totam fermè Venetiam, & præſer-
tim agrum patauinum ex Curſionibus de-
vaſtabat; cum turmatim, Agreſtes om-
nes, humili loco nata, ſed nobiliſſimo ani-
mo, & honeſta forma prædita, vbi Vr-
bem ingreſſa eſt, à propinquis ſuis, vt fit,
ignara viæ à recto itinere; ex nimia tre-
piditatione deflexit: & dum ità ignara lo-
corum errabunda lacrymis, omnia conlu-
ſtrans in manus, virorum fortè incidit mi-
litum Venetorum, qui præſidio Vrbis ſta-
bat; à quibus tracta eſt in proxima contu-
bernia; vt ibi interim in ludibrio habere-
tur eius pudicitia Sed neſcio, quo colore,
& fato proſilijt miſella domo, & recta ad
portam, qua paulò antè ingreſſa fuerat,
feſtina procurrit, putans ſe tutiorem fore
inter hoſtes, & in agris, atque vbique lo-
corum quàm intrà mœnia, & inter præſi-
dia Ciuitatis.*

Inſequuntur inceſti illi, ac impij præ-
7 *dones. Fugit exterrita puella more trepi-
da, & imbellis dama, quæ à canibus rap-
ta, fugam rapit, in nemora, & ſaltus,
& ibi euadere amplius non ſperat, de præ-
rupta ſaxi crepidine, ſe ſe præcipitat, mal-
lens ſubito caſu conteri, quàm compræhen-
ſa ludibrio eſſe rabidis moloſſis. haud ſe-
cus, infœlix virgo, vbi effugium nullum,
reliquum videt, de porto coruo, vbi for-
tè aderat, in adiacentem fluuium ſe ſe præ-
cipiti ſaltu demittit, pudicitiam ſuam Deo
ſeruandam committens. at dum propoſiti
tenax ab illis adiuuari recuſat, & exter-
rita, enatare neſcit, nec curat abſorpta,
mox à flumine ſuffocatur; quæ paulò poſt
inuenta in proxima ripa, ſine funebri offi-
cio, haud digna meo iudicio quidem, quæ
ſic ſepeliretur. ſed certum eſt, quòd ſicut
nihil prodeſt impijs celebris ſepultura; ità
nihil obeſt iuſtis, vilis, ac nulla. hæc ille.*

De tali Agreſtæ puella ſic cecinit No- 8
*uentanus Patauinus huiuſmodi Epitaphi-
um.*

*Euganas iter præſtans virtute puellas
Hoc iaceo indignè condita Virgo loco.
Nàm cum me peteret laſciuum Mi-
les ad vſum,
Munera poſſe mori fuere mihi.
Diſce, age, ſit, quanti, Virgo ſer-
uare pudorem,
Pro quo nil timori perdere acquis.*

Suppoſità ergo dicta hyſtoria, dubi- 9
tatur modò ſi præfata Virgo ab homi-
cidij peccato excuſari poſſit; & ſi iu-
ſtè, & rectè ſepultura Eccleſiaſtica pri-
uanda erat? prò cuius reſolutione fit
in ordine.

CONCLVSIO II.

In primis eſt ſupponendum, mini- 10
mè licere ſe ipſum occidere, etiam ad
fornicationem euitandam, vt rectè
docet *D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5.* quòd
idcircò Sancta Lucia, ad impijſſimum
Tyrannum dicentem ſe ad lupanar du-
cturum, vt ibi à iuuenibus ſtupraretur;
ei ſic reſpondit. *Non inquinatur corpus
niſi conſenſu mentis, ac voluntatis: vio-
lentia tua, mihi duplicabitur ad coronam.*

Hinc, D. Auguſt. lib. 1. de Ciuit. Dei, 11
cap. 18. dixit. Cur homo, qui mali ni-

hi

hil facit, ſibi malè faciat? Et ratio eſt, quia pudicitia virtus eſt animi, comitem habens fortitudinem: & cum talis ſit animi virtus, in animi conſenſu conſiſtit. quarè ſi in impudicitia non conſentitur, non amittitur pudicitia, & comitem habeat fortitudinem, potius debet quis ex fortitudine mala quælibet tollerare, quàm ſe ipſum ad mala euitanda interficere. quæ quippè doctrina Theologica eſt veriſſima, ac certiſſima, non eſt dubitandum omninò de eius veritate abſolutè loquendo.

CONCLVSIO III.

12 In caſu autem noſtro, & alijs ſimilibus, & de præfata Puella Agreſta, dicimus, in tali ſuo caſu, eſſe omninò illam excuſandam, ſaltem ex inuincibili ignorantia, ob quam ſe in flumen præcipitem dediſſe, atque ità ſe ignoranter inuincibilitèr interfeciſſe.

13 1 Probatur, quia ſe occidere ob pudicitiæ, & virginitatis cuſtodiam non eſt ità euidens, malum eſſe, quin inculpabiliter ignorari poſſit, ac licitum æſtimari, hic, & nunc in facti contingentia, abſque D. Thomæ doctrinæ læſione, & cæterorum Sanctorum Patrum; *ex quibus, D. Hieronymus in primum cap. Ionæ ad finem*; *his verbis fauet admodum noſtræ aſſertioni dicens. Vndè in perſecutionibus, non licet propria perire manu, abſque eo, quòd vbi caſtitas periclitaretur: ille.* Sed præfata puella agreſta laborauit in tali caſu, ad conſeruandam ſuam virginitatem, ignorantia inuincibili, atque æſtimauit in mente ſua, omninò ſe poſſe in flumen præcipitem dare abſque peccato homicidij proprij, ad ſuam conſeruandam virginitatem. ergo verà concluſio. nàm, vt diximus ſuprà, in dubio, eſt prò defuncta perſona ſemper inclinandum, ad tradendam ſepulturam Eccleſiaſticam, & maximè, in tali caſu.

2 Nàm in tali dicto caſu, ob pudicitiam, & virginitatem conſeruandam, debebatur omninò, ſaltem, minori apparatu, nimirum, vno cum Sacerdote, vel altero ſepeliri ad aliorum exemplum, & vt cognoſceretur, hanc dictam puellam non eſſe priuandam ſepultura Eccleſiaſtica ex præſumpta ignorantia inuincibili, qua laboraſſe ſatis eſt putandum probabiliſſimè. 14

3 Suadetur: Nàm in huiuſmodi caſibus occurrentibus, eſt locus coniecturis vtendum, ac dubio procul æſtimandum eſt, obijſſe abſque mortali peccato, ob inculpatam ignoratiam, de qua re; *Controuerſia* 5. *infrà*, erit denuo ſermo, ob aliam occaſionem huius materiæ, & magis manifeſta fiet. 15

Doctorum Allegationes.

Sequuntur hanc noſtram Theſem cum ſuis annexis D. Hieronymus. d. l. Petrus Nauarra, lib. 2. cap. 3. num. 17. & 14. de reſtitut. Ioan. Vuigers, de iuſt. & iure, tract. 2. cap. 2. dub. 14. num. 92. Fagundez, tom. 1. lib. 5. decalogi, cap. 11. num. 3. Lauorius, tom. 1. variar. lucubrat. tit. 2. cap. 12. num. 28. Vgolinus, cap. 17. nu. 4. de officio, & poteſtat. Epiſco. Barboſa, de officio parochi, cap. 26. num. 49. & tom. 2. Iuriſ. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 10. num. 49. Leſſius, lib. 2. de iuſt. & iure, cap. 9. dub. 6. num. 33. Trullench, tom. 2. decalogi, lib. 5. cap. 3. dub. 1. num. 4. Diana p. 6. tract. 7. reſolut. 47. Marius Socin. conſil. 51. volum. 2. Genuenſ. cap. 61. num. 20. in ſua praxi, cum alijs nominandis. 16

CONCLVSIO IV.

Morientes ex improuiſa morte, tumulari valent abſque Diœceſani venia; 17

niſi aliquid aliàs releuans obſtet hic, & nunc, in Eccleſiaſtica ſepultura.

18 *Itâ Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. per litteras ſcriptas Vicario Hyduntino declarauit. 10. Iunij 1588. dummodò non ſint aliqua cenſura innodati, vel deceſſerint in publico, ac notorio peccato mortali, vt eadem Sacra Congregat. anteà declarauerat, die 16. Iunij. 1586.*

Doctorum Allegationes.

19 *Itâ etiam tradunt hanc concluſionem noſtram Lancellottus, in inſtitutio. canon. §. quinetiam, de ſepultur. Lauorius, cap. 12. num. 36. tit. 2. vbi ſuprà, Barboſa vbi ſuprà cum alijs, in ſuperioribus allegatis, & allegandis.*

CONTROVERSIA II.

AN lethalitèr vulneratus, ſeu aliàs Moribundus quilibet, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, & conditionis, vtriuſque ſexus ſit, teneatur rancorem, odium, & pœnam omnem temporalem, ac iniuriarum actionem offendenti inimico remittere, aliàs, abſolui nequeat, & proinde ſepultura careat.

CONCLVSIO I.

1 Abſolutè, ac ſimplicitèr dicimus fundamentalitèr, quòd cum lex ſit iuſta, non eſt de ſe malum velle vt ſic, iuſtitiam ſeruari, ſimpliciter loquendo.

CONCLVSIO II.

2 Odium namque, ac rancorem cordis, & vindictæ appetitum, ex tali odio cauſatum, homo vtriuſque ſexus tenetur offenſus deponere ſub lethali peccato, alioquin ſemper maneret in mortali culpa, & idcircò obiens ſic in peccato mortali; caret Eccleſiaſtica ſepultura.

CONCLVSIO III.

Offenſus licitè petere valet ab offendente pœnam pecuniariam ſibi debitam ſecundum legem; ſicut ab Amico vult ſibi ſolui debitum. 3

CONCLVSIO IV.

Nimis eſt difficilè, ac vix vſu veniet, moralitèr loquendo, quòd quis nolit pœnam corporalem, putà, manus abſciſionis, ſeú capitis, condonare, & quod odio, ac vindictæ appetitu careat. 4

CONCLVSIO V.

Caſus ſi ſtaret, familiam aliquam offenſam in honore, cuius cauſa, infamem manere, niſi inimicus puniatur ſecundum leges, tùnc merè, paſſiuè, & abſque odio, & vindictæ appetitu omninò, permittat, & concurrat offenſus; alioquìn, in culpa mortali exiſteret, & ſic impœnitens decedens, ſepultura Eccleſiaſtica caret. 5

CONCLVSIO VI.

Quandò verò nullum, aut damnum leue ſequeretur ex tali donatione, dudio pròcùl, minimè eſt credendum, hominem talem offenſum, eſſe in bono ſtatu, niſi in quantum in ſe eſt, talem pænam corporalem condonet. 6

CONCLVSIO VII.

Inimico offendenti, venia mpetenti ob amorem Dei, tenetur omninò offenſus 7

ſenſus ex præcepto diuino, ſub lethali culpa pacem præſtare ſecundum Patriæ morem, & vſum, & modo, quo poteſt, ac debet, & omnem pœnam, ob Dei amorem remittere, & ſatisfactionem ei condonare; aliàs, talis Moribundus quiſquis ille ſit, abſolui nequit, & conſequenter, poſt obitum ſuum, eſt de iure priuatus Eccleſiaſtica ſepultura.

8 1 *Probatur*, D. Thom. *verbis*, 2. 2. *q.* 83. *art.* 8. *in corpore, ſic ſcribentis. Diligere inimicos in genere eſt in præcepto; in ſpeciali autem, non eſt in præcepto, niſi ſecundum præparationem animi, vt videlicèt homo eſſet paratus, etiam ſpecialitèr inimicum diligere, & eum iuuare perfectionis eſt. Ille, & hæc eadem verba ſcribit.* 2. 2. *q.* 25. *art.* 8. *&* 9. *vbi etiam expreſſis verbis hanc noſtram Theſem docet.*

9 2 *Eiuſdem verbis*, *in* 3. *diſt.* 30. *q.* 1. *art.* 2. *ad* 5. *ità exarantis. Negare homini ſigna familiaritatis, quandò neceſſitas expeteret, eſſet vindicta, vel etiam quandò veniam peteret, vel quandò ſe ille, qui hoſtis habetur, ad familiaritatem ſe ingereret, ſi habeatur præſumptio, non ſimulatè, vel irriſoriè faciat. quia tunc diligit, & inter Amicus deputandus eſt. ſed quòd aliquis vltrò ſe ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis eſt. ille. ergo.*

10 3 *D. Caietani in commentar: ad d. art.* 2. 2. *q* 83. *art.* 8. *vbi hæc ad rem habet; Cùm communitèr homines malam habeant voluntatem contrà inimicos ſuos, ſi huic præſumptioni communi, adiungantur in ſpeciali, quòd inimico petenti veniam non annuit. probabilis, aut violenta opinio ſit, quòd malam habet voluntatem contra inimicum, ac per hoc & petenti veniam datur occaſio recidiuæ inimicitiæ, ex quo locum veniæ non inuenit, & aliis ſcandalum. vndè ipſa petitio veniæ tempus determinat. quo charitas debeat neceſſario exire in actum manifeſtationis cordis ſui ergà inimicum; & ſic tempus petitionis veniæ, eſt tempus neceſſitatis, Ille; qui, ſanè, clarius. & egrgius aſſerere noſtram Theſem minimè poterat.*

4 Auctoritate Sacræ Scripturæ, à qua noſtra concluſio, ſuum habet ſupræmum fundamentum. Nàm Chriſtus Dominus, qui nobis in hoc ſuum reliquit exemplum, & præceptum, *dixit Lucæ cap.* 17. *ſi reuerſus fuerit ad te dicens*, (ſuus ſ. inimicus) *pœnitet me, dimitte illi.* Nàm dum veniam petit inimicus ipſo facto conſtituitur in neceſſitatis articulo, in quo ex diuino mandato offenſus tenetur eum adiuuare, illi parcendo, ac iniuriam omnem dimittendo, & earumdem remiſſionem, ac ſatisfactionem, ac pœnam omnem, & pacem in ſcriptis præſtare, ſi neceſſe ſit hic, & nunc. 11

Doctorum Allegationes.

Iàm docent noſtram Theſem, D. Thom. *diuinæ mentis interpres, & D. Caiet. in d. locis, & alibi, D. Hieronymus ad. d. locum Lucæ, cum Sanctis aliis patribus & expoſitoribus, & nos diffuſè in tractatu elaborato olim de pace præſtanda inimico veniam petenti: Silueſt. verb. Charitas, num.* 4. *Tabiena, ibi. nu.* 12. *& ſeqq. allegans Petrum de Tarantaſia, in* 3 *ſentent. Sotus lib.* 4. *de iuſt. & iure, q.* 6. *art.* 3. *pagin:* 1. *ante finem, Bannes, ad* 2. 2. *D: Thom: q.* 25. *art.* 9. *dub.* 3. 4. *&* 5. *Aragonus, ibid: Sayrus, in claui regia lib.* 11. *cap.* 8. *nu.* 11. *Emanuel Sà, verb. iniuria, num.* 1. *Leſſius, lib.* 2. *de iuſt: & iure, cap.* 27. *dub.* 4. *nu.* 24. *& ſeqq. Villalobos, tom.* 2. *ſumm. tract:* 3. *difficult.* 6. *num.* 11. *Diana, p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 103. *Iacobus Mancinus in ſua practica, viſitandi infirmos, practica.* 7. *dub.* 5. *nu.* 7. *aſſerit de hac re, iſta. Quæ propter non benè agunt aliqui Confeſſores, pœnitentes ſcrupulis afficientes, dum dicunt illos non poſſe ſaluari, niſi etiam coram Iudice actiones iniuriarum remittant, cum hoc liquidò falſum ſit, vt patet. ſed notandum* 12

Digitized by Google

quod quandò læſus cauſam lædenti dedit, e. g. ſi læſus fuit primus, & iniuſtus agreſſor, & ille ad ſe defendendum percutit; vel quia læſus eſt inuentus cum vxore, vel conſanguinea Lædentis, & ſimilia tunc læſum remiſſionem coram Iudice in conſcientia facere debere aſſero, & ratio eſt; quia lædens iuſtè ſe defendit, & non ſibi damni cauſa imputari debet, ſed Agreſſori danti operam rei illicitè iuxtà illud; qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. ille cum alijs multis allegandis.

CONCLVSIO VIII.

13 Si caſus occurrat, quis in platea mortalitèr ſit vulneratus, non ſolum Parochus proprius, qui non adeſſet præſens, ſed Sacerdos quilibet Sæcularis, vel Regularis poteſt licitè, ac validè eum confiteri, & abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris, ſi ſigna doloris dederit ſuorum peccatorum; ſed debet eum ſtatim exhortari, vt ſuo inimico omne odium, & rancorem remittat; & ſimul omnem pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, & ſatisfactionem prębeat ſuo offendenti; aliàs, ſi nolit hæc omnia in tali caſu condonare, & remittere, ſtat impœnitens, & incapax proindè abſolutionis ſacramentalis, & conſequenter eſt ſepultura Eccleſiaſtica priuandus, quia ſic impœnitens deceſſit.

14 Conſtat veritas huius aſſertionis ex hactenùs recitatis, & quamuis inimicus Læſor non poſſit ad offenſum in tali caſu perſonalitèr adire, ne in manus iuſtitiæ incidat; attamen, loco ſui, Confeſſarius prędfatus veniam petit pro offenſore, & pacem poſtulat, & præcatur vulneratum mortaliter, vt ipſe ſuo inimico pacem condonet, ac remittat ei omnem vindictam, & pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, & ſatisfactionem præſtet, vt ipſe offenſus ſic ſaluetur, & capax reddatur abſolutionis ſacramentalis, & ſepultura Eccleſiaſtica dignus efficiatur: aliàs, indignus vtroque redderetur.

CONCLVSIO IX.

Si præfatus vulneratus lęthaliter, Confeſſarius eum audire nequeat, quià eum medentur, ſat erit, ſi Confeſſario dicat ſe toto corde parcere ſuo offenſori, & omnem pœnam remittere illi temporalem, omnem actionem iniuriarum condonare illi, & de omnibus ſuis peccatis veniam petere abſolutionem à Confeſſario, ſic faciens poteſt abſolui interim, & poſtquam medicamenta recepit, ſi ſuperuiuat, poteſt Confeſſori ſua cætera peccata confiteri, & ab illis abſolui, & à cenſuris omnibus pari modo. 15

CONCLVSIO X.

Præfatus vulneratus læthaliter ſi nequiuerit præfata Confeſſori oretenùs, nèc per ſigna ſignificare, quia non poteſt, & omnes ſenſus amiſit, aut ſtatim mortuus eſt; ſi à parentibus eius, aut propinquis, & hæredibus fuerint prædicta ab offenſore petita, & veniam petierit, & remiſſionem ſui delicti propter amorem Dei; hi omnes tenentur ſub pręcepto condonare omnem actionem, & ſatisfactionem iniuriæ, & pacem in ſcriptis præſtare; aliàs, abſolui nequeunt, & ſic impœnitentes decentes ex hac vita, ſepultura carent. 16

Eſt manifeſta ex dictis, & eiſdem probatur rationibus, & auctoritatibus.

CONCLVSIO XI.

Si præfatus vulneratus lęthalitèr ſenſibus omninò deſtitutus, qui neque pe- 17

tijt

tiję Confeſſionem, nèc vllum ſignum contrictionis ſuorum peccatorum dedit, nèc ſuo inimico condonauit pœnam temporalem, & remiſſionem iniuriarum, nèc illi ex corde pepercit, & rancorem, & odium in eo non dimiſit, & abſtulit; non poſt abſolui,& Eccleſiaſtica ſepultura caret, & nullum teſtimonium aliorum adeſt Confeſſorem poſtulaſſe.

18 Cuius ratio eſt adæquata, quia abſolutio Sacramentalis à peccatis *ex Trid. Concil. ſeſſ.14. cap. 9. eſt actus iudicialis*, at vbi iudicium tale non exercetur, accuſatio eſt nulla. ergo vera concluſio. nàm, attritio, vel contrictio interior non eſt confeſſio, ſed tantum ſigna externa eſt confeſſio peccati in genere; ſuper quod dari poteſt abſolutio ſacramentalis. ergo.

19 Probatur etiam concluſio auctoritate *Concilij Auriſicani primi*, *cap. 12.* vbi ſic habetur. *ſubitò obmuteſcens, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præterita teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* vide benigne Lector quomodò Concilium requirat materiam ſenſibilem, quàm etiam poſtulat *Concilium Cartaginenſe. 3. ca. 34. & 4. & 26. cum decretali Leonis Primi ad Theodorum Foriolenſem, quæ eſt epiſt. 91.* vnde apparet, ſemper in Eccleſia cautum fuiſſe, nè moribundus abſoluatur, qui aliqua ſigna non dediſſet per quæ aliqua confeſſio, & accuſatio haberi cenſeatur.

Doctorum Allegationes.

20 *Defenſores ſunt huius aſſertionis Henriquez. lib. 3. de pœnit. cap. 10. num. 9. vbi ſic ait. ſi infirmus amiſſo rationis iudicio, nullum prabet, nec paulò antea dederat peccati, & pænitentia ſignum, nullo modo eſt abſoluendus à peccatis, in quo quidem rudiores Sacerdotes errant. ille. & poſt eum Petrus Faij de pœnit. in addict. ad 3. p. D. Thom. q. 9 art. 2. diſp. 2. ſic ſcribit; Neutiquam abſolui poteſt, qui ſubitò in ſupremum vita incidit diſcrimen. neque coram Sacerdote exprimere peccatū vllum poteſt, aut ſignis aliquibus dolorem peccatorum. & volitionem confitendi patefacere, licet contrarium indiſcretè. & ignoranter ſatis, ac ſine vllo prorſus, vel apparente fundamento à varijs Sacerdotibus practicetur. ille. Malderus mordicus tuetur, tract. de ſigillo confeſſio. cap. is, Alphonſus de Leone, tract. de offic. Confeſſor. tom* 1. *recol.* 6. *nu.* 131. *Nald in ſumm. verb. confeſſio. nu.* 32. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.*12. *nu.* 4. *Reginald. tom.* 1. *lib.*8 *cap.* 3. *num.* 25. *Turrianus, de pœnit. q.*9. *art.* 2. *diſp.* 30. *dub.* 1. *ad* 3. *Bellochius, de caſ. reſer. p.* 1. *q.* 2. *num.*116. *Piſigianus, in* 4. *tom.* 2. *diſt.* 17. *q. vnic. art.* 8. *concluſ.* 3. *Tribarne in* 4. *tom.*2. *diſt.* 18. *q. vnic. diſp.* 16 *ſeſſ.* 5. *Vaſquez. tom.* 4. *in* 3 *p. D. Thom. q.* 91. *art.* 2. *dub.* 1. *Diana, p.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 8. *& p.* 5. *tract.* 2. *reſolut.* 56. *Sancius, in ſelectis, diſp.* 44. *num.* 35. *Cœleſtinus in ſuo compendio Theologia moral. tract.* 1. *cap.* 25. *per totum, Peyrinus, in formulario prælatorum, lit. A. cap.* 6. *num.* 7. *& alij.*

CONTROVERSIA III.

AN Infirmus quilibet, cuiuſuis ſtatus, conditionis, ac qualitatis exiſtat, ſtatim, ante mortem teneatur famam, & pecuniam pro vtroque foro reſtituere, quòd vtrumque abſtulit aliàs, abſolui nequeat, & ſepultura Eccleſiaſtica careat?

CONCLVSIO I.

Quilibet Infirmus, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, ac conditionis exiſtat, te- 1

netur ſtatim, antequam, ex hac vita decedat, pecuniam, aut rem alienam, quam inuito domino abſtulit, reſtituere, alioquin, dum valet, & nolit, abſolui nequit, & ſepultura Eccleſiaſtica eſt priuandus.

2 1 Probatur aſſertio tali adæquata ratione; nàm infirmo præfato commodè valente reſtituere, non ſufficit, vt abſolui queat, vt ſuis hæredibus committat huiuſmodi reſtitutionem faciendam eſſe. ergo per ſe ipſum hoc potens adimplere reſtitutionem, & illam facere ante mortem tenetur, & non per alios.

3 2 Nàm iſte infirmus nolens ante mortem talem facere reſtitutionem, & potens, habet volunratem conditionalem, videlicèt ſi moriatur reſtitutionem facere; aliàs, reſtituere nolit. ergo eſt indiſpoſitus ad reſtituendum. ergo eſt incapax abſolutionis ſacramentalis, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

4 3 Nàm quotidiana experientia nos docet, cum in dies videamus, hæreditatem alijs obueniſſe, quàm ijs quibus relicta fuit à Teſtatore, & ſic lites moueri, itaut reſtitutio fieri nequeat, ab hæredibus: & dato quod dicti hæredes obtineant hæreditatem, etiam non curant dictas reſtitutiones facere. ergo vera concluſio. Nàm paſſim videtur, Patres in mortis articulo filijs relinquere, vt reſtitutiones faciant ſibi demandatas, ab eorum Anteceſſoribus, & hi Nepotibus; & ſic datur proceſſus in infinitum, vt ità dicam, reſtitutionem faciendi. ergo vera concluſio. nàm peccatum remitti non poteſt niſi reſtituatur ablatum, fama, ſcilicèt, aut res aliena ablata, & ità impœnitens moritur, &c.

CONCLVSIO II.

5 Infirmus quilibet, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, ac conditionis exiſtat, ſtatim ante mortem, ex præcepto tenetur famam, & honorem priuſquam decedat ex hac vita reſtituere, aliàs, abſolui nequit, nèc ſepeliri poteſt in Eccleſia, vel alio loco ſacro, ad hoc deputato.

6 Cuius eſt ratio adæquata; quia, in omnium Doctorum ſententia, famæ, ac honoris reſtitutio eſt mox facienda, & procraſtinari nequit. ergo quis ſine iuſta cauſa eam differre vult; eſt in ſtatu peccati mortalis, nec abſolui poteſt, & priuatus venit ſepultura Eccleſiaſtica, quia nolit præcepto reſtitutionis famæ, ſatisfacere famam, & honorem ſtatim, ac habet commoditatem reſtituendi, & impœnitens moritur. ergo vera concluſio.

7 2 Nàm præfatus infirmus, qui poſt mortem vult famam à Confeſſario nomine ſuo reſtituendam, ſignum eſt manifeſtum, non eſſe benè diſpoſitum ad recipiendam ſacramentalem abſolutionem; quià non vult ſatisfecere præcepto reſtitutionis famæ, & honoris, quem proximo ſuo abſtulit, reſtituendo ſtatim, ac commoditatem habet, & multò magis citò tenetur is, qui Religioſo eam abſtulit, qui non tantùm eſt ſibi bonus, ſed & ſuæ Religioni, & eſt multa damna cauſa huius paſſus, &c. ergo vera concluſio, & ad omnia iſta damna reſarcienda tenetur etiam in integrum propoſſe.

Doctorum Allegationes.

8 *Præfatæ aſſertiones ſunt apud omnes Doctores communiſſimæ, quas ex Recentioribus tenent Villalobos, in ſumm. tom. 2. tract. 3. difficult. 27. num 3. Alphonſus de Leone, de officio, & poteſt. Confeſſorius, recollect. 26 num. 103. citans pro his aſſertionibus Gutierez. Azzorium, Reginaldum, & Sayrum, Diana, p. 5. tract. 3. re-*

3. reſolut. 104. *cum alijs referendis.*

CONTROVERSIA IIII.

AN de iure Canonico dentur Catholici Chriſtiani vtriuſque ſexus, quibus ſepultura Eccleſiaſtica interdicta ſit?

CONCLVSIO I.

1 Fidelium defunctorum Cadauera, vt in Eccleſiaſtica ſepultura queant humari, quatuor exiguuntur. 1. vt locus ſit ad hoc deputatus cum certa ſolemnitate. 2. vt à Diœceſano ſit locus pro ſepultura benedictus. *cap. nemo. de conſecrat. diſt. 1. & cap. abolenda de ſepultur.* 3. vt non ſit quis à iure ſepultura prohibitus. 4. quòd Eccleſia non ſit interdicta.

CONCLVSIO II.

2 Qui ſe ipſos ex induſtria, ex deſperatione, vel iracundia occidunt; ſecùs, ex inſania, ex vi furoris morbi, & huiuſmodi; nàm tales carent ſepultura ſi non dederint ſigna pœnitentiæ ante mortem, *cap. quibus*, 13. *q.* 2. *cap. placuit*, 23. *q.* 5. *cap. ex parte, de ſepultur. Rituale Romanum, tit. de exequijs* §. *quibus*.

CONCLVSIO III.

3 Præfati, ſi poſt vulnus ſibi illatum reuixerint, ac ſigna contritionis oſtenderint, & hoc Eccleſiæ conſtet, non ſunt priuandi ſepultura in tali caſu; *ex cap. à nobis, de ſentent. excommu. in 6. & ex cap. placuit.* 23. *q.* 5.

Doctorum Allegationes.

Tenent has noſtras Theſes Gloſſa. in d. cap. ex parte. de ſepult. Nauar conſil 2. de ſepultur. Belletus, lib. de diui. offic. cap. 159. *Romanus, conſil.* 263. *Poſſeuinus cap.* 14. *de Curato, Lauorius, tom.* 1. *variar. lucubrat. cap.* 12. *num.* 28. *&* 37. *Menochius, de arbitr. caſ.* 387. *num.* 31. *Farinaccius, in ſua praxi criminal. p.* 1. *q.* 20. *num.* 133. *& p.* 5. *q.* 128. *num.* 16. *Belletus, diſquiſit. cleric.* §. 3. *num.* 33. *Hieronym. Caratus, de Iuribus parochial. tit.* 7. *cap.* 8 *Barboſa, tom.* 1. *collectan. DD. lib.* 3. *decretal. cap. ex parte, num.* 4. *tit.* 28. *de ſepultur. & cap.* 26. *num.* 49. *de offic. parochi, Hoſtienſ. in allegat. Iuribus, & ibid. Turrecremata, Azzorius, lib.* 9. *p.* 1. *cap.* 31. *p.* 5. *Gutierez. lib.* 2. *qq. cano. cap.* 3, *num.* 2. *Ugolinus, de offic. Epiſco. cap.* 17. *p.* 1. *num.* 4. *Guilelm. Benedict. in repetit. cap. Raynutius verſ. mortuo.* 1. *num.* 42. *de teſtam. per gloſſam in l.* 2. *ff. arbor. fruct. Caſar: & antè ius canonicum, eadem erat pœnam ex Platonis ſententia, lib.* 9. *de ll Iacobus de Belnis, pract. Iudic. num.* 115. *& alij nominandi, & Diœceſani in ſimilibus caſibus uti debent ſignis, & coniecturis, & inditijs.* 4

CONCLVSIO IV.

Qui notoriè conſtat, in peccato mortali deceſſerit, abſque ſignis contritionis, & doloris ſuorum peccatorum ſepultura caret. *ex cap. non exiſtimemus.* 13. *q.* 2. *ex cap. qui recedunt.* 26. *q.* 5. *cap. placuit*, 23. *q.* 5. *cap. pro obeuntibus* 13. *q.* 2. 5

Doctorum Allegationes.

Docent communitèr Doctores, in dictis Iuribus, Gloſſa, in cap. ex parte, de ſepultur. Diana, p. 5. *tract.* 3. *reſolut.* 99. 6

Ugo.

Digitized by Google

Vgolinus, num. 4. vbi ſuprà, Petrus Gregorius, Syntag. Iur. tit. 2. cap. 13. num. 10. Couarruuias, in cap. Alma Mater, p. 1. §. 6. num. 4. Gutierez, vbi ſuprà, lib. 2. cap. 3. num. 2. Barboſa, num. 5. d. l. & num. 28. cap. 26. de parocho, Abbas, in d. cap. ex parte de ſepultur. Nauar. conſil. 15. num. 13. & conſil. 6. de ſepultur. Lauorius, d. l. num. 26. & ſunt iura, cap. 2. cauſa. 19. q. 2. & cap. cum grauia, 13 q. 2. vbi de mortuis in peccato mortali notorio agitur, & alij nominandi.

CONCLVSIO V.

7 Pueri ex vtero Materno extracti, & ſine baptiſmo mortui, carent ſepultura: ſi verò fœtus in vtero, vnà cum Matre fuerit mortuus, & nullatenùs extractus fuerit, tamquam pars ventris, & viſcerum Matris, eſt vnà cum ſua Matre humandus.

8 Quod eſt ſcilicèt intelligendum, quãdò eſt certum, quòd mortuus eſt: quià ſi eſt incertum, vel dubitatur, vt viuat, ſcindi debet Mater, & puer eſt baptizandus, ſi viuus manet. Verùm, Mater ſi viuat ſcindi nullatenus nèc poteſt, nèc debet, ſine mortali peccato, ob proximum, & imminens periculum illius mortis.

Doctorum Allegationes.

9 *Ità autumant concluſionem cum ſuis annexis, D. Antonin. 3. p. tit. 10. cap. 5. §. 9. Syluest. verb. ſepultura, num. 10. Hoſtienſ. citans, Sperellus, deciſ. 88. nu. 19. Lauorius, num. 41. & 42. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, Gloſſa, in cap. Eccleſiam, de conſecrat. diſt. 1. verb. celebrare, & Doctores, in cap. ſi cum, de conſecrat. diſt. 4. & alij.*

CONCLVSIO VI.

10 Diœceſani ſepultura carent, qui in ſuis Viſitationibus, occaſione procurationis aliquid acceperint, contrà formam, *cap. exigit, de cenſibus, in 6.* ſi infrà, in tali textu, ſtatutum, duplum non reſtituerint, & ſi celebrauerint fiunt irregulares, ac impœnitentes decedentes, ſepultura Eccleſiaſtica priuantur.

CONCLVSIO VII.

Publici, Deum, ac Sanctos, & præſertim, B. M. V, blaſphemantes, & impœnitentes morientes, ſeù pœnitentiam iniunctam non facientes, priuantur ſepultura, *ex cap. 2. de maledic.* 11

CONCLVSIO VIII.

Decimas Eccleſiæ minimè reſtituentes, ſepultura Eccleſiaſtica carent. *ex cap. prohibemus, de decimis*, nimirùm, antè illorum mortem. 12

Doctorum Allegationes.

Tradunt has tres Theſes Gloſſa, in d. cap. exigit, verb. interdictum, de cenſibus, in 6. Lauorius, cap. 12. num. 39. & 43. tit. 2. vbi ſuprà, Petrus de Vbaldis, de cano. port. cap. 14. num. 3. Barboſa, de offic. parochi, cap. 26. num. 55. & cap. 28. num. 16. Spinus, in ſpeculo teſtam. gloſſa, 2. num. 20. Rebuffus, de decim. q. vlt. num. 16. Moneta, de decimis, cap. 8. num. 24. Andreas Hiſpanus, in regul decimarum, Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. Vgolinus, de offic. Epiſc. cap. 17. p. 1. num. 4. verſ. 6. Bonacina, diſput. 3. q. 21. punc. 2. num. 4. verſ. 2. de contract. Mancinus, dub. 34. fol. mihi. 103. verſ. 11. de ſepultur. & alij. 13

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO IX.

14 Patricida impœnitens decens, priuatur ſepultura, & meritò ſanè, ob tanti ſceleris immanitatem.

CONCLVSIO X.

15 Fures, ac Latrones interfecti in actu furti, ideſt, dum furebantur, ac prædabantur, nullatenus in loco ſacro humari debent, *ex cap. quibus, is, q. 2. cap. placuit. 21. qu. 2.* nàm hos mori minimè contritos, præſumitur, & ideò carent ſepultura; quià qui in crimine moriuntur, impœnitentes mori præſumitur.

CONCLVSIO XI.

16 Raptores manifeſti, & Eccleſiarum Violatores, licèt pœniteant, & ſint confeſſi, tamen ſepultura priuantur. *ex cap. ſuper ea, de Raptoribus*; & hoc ad aliorum terrorem. Secus verò eſt dicendum, ſi occulti ſint, & confeſſi, ac reſtitutione ſequuta per ſe, aut per alios facta, at ſunt in Cœmeterio tumulandi abſque clero, *ex cap. 2. de Raptoribus*.

Doctorum Allegationes.

17 *Tenent has tres Theſes Ariſto. in l. quod ſi nulla, num.* 10. *ff. de Religio. & ſumpt. funer. Menochius, de arbitr. Iudic. lib.* 2. *centur.* 4. *caſ.* 387. *Lauorius, num.* 15. *&* 50. 49. *cap.* 12. *tit.* 2. *vbi ſupra Petrus de Vbaldis, cap:* 14. *de cano. portio. nu.* 3. *D. Antonin.* 3. *p. tit.* 10. *cap.* 5. §. 9. *Barboſa, cap.* 26. *num* 44. *de parocho, Gloſſa, in d. cap.* 2. *de Raptoribus, Naldus, in ſumm. verb. ſepultura, num.* 7. *Lezana, tom.* 4. *verb. ſepultura quò ad Regulares, num.* 25. *Abbas, in d. cap. fures, de furtis, & cæteri nominandi*.

CONCLVSIO XII.

Omnis homo non baptizatus caret ſepultura. ſiuè adultus ſit, ſiuè puer, vt Infideles, Pagani, Iudæi, Turcæ, & omnes infidelium, Sectæ perſonarum, & ſi in Eccleſia ſepelirentur, polluta remaneret, *ex cap. Eccleſiam, de conſecrat. diſt.* 1. *ex cap. final. eod. tit.* vbi dicitur, *violari Eccleſiam per dictorum ſepulturam*. 18

CONCLVSIO XIII.

Pueri, de quibus dubitatur, an ſint baptizati, vel non ſint baptizati, & in ſecundina inuoluti, morientes in loco ſacro ſepeliri debent, ſicut etiam Cathecumeni, qui iàm pro fidelibus habentur, & dicti pueri fuerunt baptizati in forma, aut materia. 19

Doctorum Allegationes.

Docent has noſtras Theſes Syluest. verb. excommunic. §. 9. *num.* 66. *Rituale Romanum, verb. exequia, Homobonus, de bonis, volum.* 2. *p.* 7. *reſponſ.* 67. *caſuum, Bonacina, diſp. de contract. q.* 11. *punc.* 2. *Diana. p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 69. *& p.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 112. *Lezana, to.* 4 *verb. ſepult. quoad Regulares, nu.* 23. *Maiolus, de irregularit. cap.* 13. *num.* 18. *Nauarrus, in ſumm. cap.* 25. *num.* 152. *Barboſa, in collect. DD. in cap. excommunicatus*, 13. *num.* 39. *& alij*. 20

CONCLVSIO XIV.

Præfati omnes, & alij infrà dicendi, ſepultura priuati à Iure, ſi in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepeliantur, ſunt exhumandi mox, ſi caſu aliquo ibi tumulati fuerint, quorum corpora, & oſſa dignoſci valeant, aliàs, non; & mortaliter peccarunt, qui eos ſepelierunt, & ipſo facto excommunicati ſunt eua- 21

ſi. *cap.*

ſi. *cap. ſacris, extrà, de ſepultur.* & Eccleſia, ſeù Cœmeterium eſt reconciliandum. *cap. extrà, de conſecrat Eccleſiarum, & Altarium, & cap. conſuluiſti.*

Doctorum Allegationes.

22 *Autumant aſſertionem noſtram, Syluest. verb. ſepultura, q. 12. Sayrus, de cenſur. lib. 3. cap. 35. nu. 8. & 9. Gauantus, verb. ſepultura, num. 24. in ſuo manu. Epiſco. Rubeus, in ſuis aphoriſ. verb. ſepultura, num. 4. Lauorius, num. 70. cap. 12. vbi ſuprà, cum alijs dicendis.*

CONTROVERSIA V.

AN ſint ſepultura Eccleſiaſtica priuandi, qui ſe præcipitem dederunt, ſanè, non eo fine, vt ſe interficerent, vel qui ſe proijecerunt per feneſtras, aut in flumine, ſeù puteo eſt repertus, ſeù laqueo ſuſpenſus mortuus repertus, aut in ſimilibus caſibus.

CONCLVSIO I.

1 Fœmina ſi in acquam ſe præcipitet, vel in flumen, minimè eo fine, vt ſe interficiat, ſed quia malum ipſi impendens, & alitèr euitare nequit, aut per feneſtram ſe proijcit vt fugiat volentes eam violare, vel nè in manus inimicorum incidat, ſi ob huiuſmodi factum, moriatur, non eſt ſepultura priuanda.

2 Idem eſt aſſerendum, ſi Mulier de cymba in flumen cadat, eſt in Eccleſia tumulanda, quamuis fugiendo, cecidiſſet in flumen; quia non præſumitur ſe voluntarié ad occidendum ſe deieciſſe. *ex cap. ex parte, de ſepulturis.*

3 Cuius eſt ratio adæquata; quià *per argum. cap nerui. diſt. 12. & 27. q. 5.* de occidendis, minimé gentium præſumitur voluntarié ad ſe occidendum deieciſſe, ſed putauit hoc facere licitè potuiſſe ad ſuam Deo virginitatem cōſeruandam, & cum ignorantia inuincibili hoc feciſſe, ſine dubio, eſt credendum.

Doctorum Allegationes.

Defenſores ſunt huius noſtra aſſertionis, cum ſuis annexis, Marian. Socinus, conſil. 51. volum. 2. Gennenſis, cap. 61. num. 21. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 50. Hoſtienſis, in d. cap. nerui diſtin. 12. & 23. q. 6. de occidendis; Nauarr. conſil. 7. de ſepultur. Lauorius, num. 34. cap. 12. tit. 2. tom. 1. variar. lucubrat. Vgolinus, de officio Epiſco. cap. 17. num. 4. p. 1. cum alijs, ex quibus apparet veritas prim a Contro. dicta. 4

CONCLVSIO II.

Qui eſt in puteo repertus mortuus; vel ſuſpenſus, non idcircò ſepultura caret, quòd ſanè ſecùs eſt dicendum ſi data opera, ex induſtria, ſe occiderit, eſt priuandus tunc, in tali caſu ſepultura. *ex cap. placuit. 23. q. 5.* 5

Nàm quandò non conſtat, vt quis ſe interfecerit, in puteum præcipitando, vel ſe laqueo ſuſpenderit, ſepultura non eſt priuandus, & in tali caſu, & ſimilibus, eſt ſemper benè præſumendum in fauorem defuncti, cum ſepulturæ priuatio ſit pœna grauis fidelibus impoſita ob mala voluntarié perpetrata. 6

Quarè eſſe poteſt caſus, vt ab alio ſit proiectus in puteum, vel laqueo ſuſpenſus. Nemo enim præſumitur delinquere, niſi probetur. *L. meritò, ff. prò Socio.* & ex alijs dicendis iuribus, vt proindè, ſi quis in ſuo cubiculo fuerit inuentus flexis genibus cum laqueo ſit oc- 7

occiſus quòd minimè præſumi debet, *ex cap. 2. de regul. Iuris, in 6.* Nàm per inſidias, aut per vim ſuſpendi, vel proijci, ſeu ex furore, aut mentis alienatione hoc eſſe potuerit.

Doctorum Allegationes.

8 *Tenent hanc noſtram Theſem Marianus Socinus, volum. 2. conſil. 51. Genuenſis, cap. 61. num. 20. in ſua praxi, Nauarr. conſil. 7. de ſepulturis, Barboſa, vbi ſuprà, Lauorius, num. 31. d. loco, Couarruuias, lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. num. 11. Vgolinus, citato loco, cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO III.

9 Quis verò inuentus in ſuo cubiculo clauſis ianuis, & cum illo nullus morabatur, & eſt ſuſpenſus inuentus, ac vehemens præſumptio adeſt, ob nimium dolorem, ante talem caſum, & ſimilem, in tali euentu eſt coniecturis operandum, quæ ſi non fuerint bonę, non eſt in ſacro ſepeliendus.

Doctorum Allegationes.

10 *Sic aſſerunt Genuenſis, cap. 36. num. 20. in ſua praxi, Lauorius num. 32. vbi suprà, cum cæteris nuper allegatis, & caſus eſt occurſus de hac re, anno 2623. in ducatu, Ducis Vallis Mutiæ, vbi Vxor quædam fuit reperta, laqueo ſuſpenſa, & ex publica fama dicebatur Mortem ſibi conſciuiſſe; cuius bona ſua præſumebantur, & illius hæredem eſſe dicti Ducis. vndè, ſi talis Vxor haud ob conſcientiam patrati criminis, ſed ob amentiam, vel deſperationem, ac vitæ tædium, mortem ſibi conſciuerat, & idcircò, Confiſcatio non erat à Duce fienda ex l. eorum demum, Cod. de bonis eorum, qui ſibi morte conſciuere; Menochius, de arbitr. lib. 1. caſ. 284. Decius, conſil. 438. Rolandus, conſil. 20. volum. 2. l. pactum 72. Cod. de accuſat. & in ſcript. l. in fraudem. 45. §. bona, ff. de Iure fiſci. quare, ſi non apparet, ac conſcientia patrati criminis, vel inſania fuerit mors ſequuta, Fiſchus ſuam intentionem probare debet, ideſt, vt delictum commiſſerit, & illius metu ſe ipſam interfecerit; quæ probatio eſſe debet plena, & adæquata, vt probat Petrus Gaballus reſolut. criminal. caſ. 37. num. 24. ad quem Lectorem mittimus, videndum.*

Vndè eſt in præſenti ſciendum ex paludano in 4. diſt. 20. q. 1. quòd qui ſe ipſos occiderunt, pro his priuatim, licet orare; quia potuit eſſe, vt in extremo vitæ ſpiritu, contrictionem peccati commiſſi habuerit, & ex vero corde ingemuerit. 11

CONCLVSIO IV.

Quotiès repertum non eſt à iuſtitia, ſeu ab alio, in laqueum fuiſſe demerſum, vel ſuſpenſum, & in puteum proiectum, ſed à ſemet ipſo occiſum fuiſſe, minimé ex vi furoris, & inſaniæ, ſeu ex mentis alienatione, dubio procùl, eſt priuandus iſte talis ſepultura, *ex cap. placuit. 23. q. 5.* 12

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc noſtram concluſionem Romanus, conſil. 264. Couarruuias, lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. num. 11. Nauar. conſil. 7. de ſepultur. Sayrus, in floribus de ſepultur. deciſ. 6. Belletus, diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de cleric. debit. §. 3. Hieronym. Carat. de iuribus parochi, tit. 7. cap. 8. Galganetus, de iure publico, tit. 109. num. 34. Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. verſ. occidens Se, Azzorius, p. 1. lib. 9 cap. 31. q. 5. Farinaccius, in ſua praxi criminal p. 1. q. 30. num. 133. & p. 5. num. 16. q. 128. Vgolinus, de officio Epiſco. p. 1. cap. 17. num. 4. Barboſa, 13

de

Digitized by Google

de parocho, cap. 26. num. 49. Laurius, num. 31. & 32. tit. 2. vbi ſuprà, Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 3. nu. 4. citans, Rodriquez, Marchantius, in reſolut. paſtoral. tract. 5. cap. 3. q. 4. caſ. 3. Genuenſis, in ſua praxi, cap. 61. num. 16. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 110. *& alij nominandi.*

Hinc Senis, die 27. *Nouembris*, 1637.
14 *quidam parochus. S. Saluatoris, & Canonici Collegiatæ Eccleſiæ. S. Mariæ de Prouenzano dictus*, Del Buono, *ex furore ſe per feneſtram in viam proiecit, & ſtatim mortuus eſt, tempore nocturno, & multi multa dixere, de tali morte mala, & vndè orta fuit, &c. & paulò ante, alius quidam Nobilis Senenſis, de Sauinis, eandem mortem fecit, &c. ob eandem cauſam, &c.*

CONTROVERSIA VI.

AN Regularis vtriuſque ſexus, ex improuiſo mortuus, & in Cella cum marſupio eſt repertus denariorum, ſit in Eccleſiaſtica ſepultura humandus? vbi plura curioſa alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Abſolutè, ac ſimplicitèr loquendo,
1 aſſerimus, Regularem vtriuſque ſexus, ex improuiſo obitum, ac in cella repertum ſic cum denariorum marſupio, minimè de iure, eſſe Eccleſiaſtica ſepultura priuandum.

2 1 Probatur hac adæquata ratione: Nàm nulla iura, Altaris officio priuant Regularem, cum peculio viuentem, niſi quandò, prius à ſuo Superiore monitus, illud nihiloſecius dimittere noluit. ergo ſic mortuus inuentus, non eſt ſepultura Eccleſiaſtica priuandus.

2 Regularis namque vtriuſque ſexus 3
ſe purgari poteſt, dicendo, illam pecuniam eſſe ſui Conſanguinei, vel Amici, ſeu ſui depoſiti, ſeu crediti, aut alteri deferret loco eleæmoſynæ, aut reſtitutionis; ſeu licentiam habuiſſe à ſuis Superioribus, &c. ergo.

3 *Ex cap. ſuper quodam, de ſtatu Monachorum, extrà, & ex cap. quibus*, 13. 4
q. 2. ideſt, quoties Regularis vtriuſque ſexus à ſuo Prælato admonitus, & incorreptus obierit, tùnc eſt priuandus ſepultura; ſed ſi non fuit admonitus, & ſic abſque ſui Superioris admonitione eſt mortuus, non eſt ſepultura priuandus. ergo.

4 Nàm, *in d. iuris cap. ſuper quodam,* 5
extrà de ſtatu Monachor. & cap. quibus. tantum loquitur de Religioſo vtriuſq; ſexus commonito, correpto à ſuo Superiore, quòd eſt intelligendum, quandò, ſcilicèt, certò conſtat de Religioſi vtriuſque ſexus proprietate; minimè verò quandò habere potuit aliquam probabilem excuſatienem, quod videlicet, pecunia ſua non fuiſſet, aùt veniam, illam tenendi haberet, ſeu quandò eſt notorius publicus, ac manifeſtus proprietarius, & nullatenùs occultus.

CONCLVSIO II.

Regularius vtriuſque ſexus, quoties 6
à ſuo Prelato admonitus, & correptus moriens cum denariorum marſupio, ac manifeſtus proprietarius notorius, & publicus repertus ſit, ac ſigna nulla pœnitentiæ dederit, & ſic impœnitens decedat, eſt omninò ſepultura Eccleſiaſtica priuandus; & Sacra Euchariſtia.

Conſtat aſſertionis veritas. *ex d. cap.*
ſuper quodam, & cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachor. vbi dicitur, 7
Mona-

Monachus habens propria, ſeparatur à Monaſterio, & viuus, & mortuus, & ibi cum Fratribus ſepeliri nequit, ſed in ſterquilinio cum ſuis proprijs rebus humari debet. Et ex cap. prò obeuntibus, q. 2. cap. final. 13. q. 2. & cap. 1 de torneamentis, & cap. ſuper eo, de Raptoribus, cap. is, cui, §. talis, de ſententia excommunicat. in 6. cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum, cap. cum monachi, eod. titulo. Et ideò extat de re hac exemplum D. Gregorij Papæ, de Iuſto Monacho, quem inquit, proprietarium repertum, licèt deindè pœnituerit; tamen voluit, ad aliorum terrorem perpetuum, vt in ſterquilinio humatus eſſet.

Doctorum Allegationes.

8 *Docent has duas Theſes noſtras communitèr Canoniſtæ in dictis Iuribus, de ſtatu Monachor. Syluest. verb. ſepultura, q. 9. verſ. 5. Tabiena, Roſella, Angelus, ſumma Confeſſor ibid. Rodriquez, tom: 3. qq. regular. q. 56. art. 5. Hieronym. Rodriquez, in compend. qq. regular. reſolut. 128. num: 20. Portellus, de dub. regular. verb ſepultura, num. 11. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 3. nu: 6. Mantinus, dub. 34. verſ. 9. fol. mihi, 502. de ſepultur. Diana, p. 4. tractat. 4. reſolut. 22. Lauorius, cap. 12. num. 27. tit. 2. to. 1. variar. lucubrat. & in tract. de Iubileo. p. 2. cap. 30. num. 129. fol mihi, 397. Iezana, tom. 4. verb. ſepultura quò ad regulares, num. 26. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 47. Vgolinus, de offic. Epiſco. cap. 17. num. 4. verſ. 4. Galganetus, de iure public. lib. 3. tit. 109. num. 38. Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. & alij.*

CONCLVSIO III.

9 Regularis vtriuſque ſexus, quandò in morte ſua repertus fuerit manifeſtus, notorius, ac publicus proprietarius debet in ſterquilinio humari, ſaltem cum parte illius pecuniæ, qua cum diſceſſit miſerabilitèr cum ea, & cum illa malèdictione: *pecunia tua tecum ſit in perditionem*. Et ſi iàm humatus fuiſſet, extrahendus eſt, de loco ſacro, ſi abſque graui ſcandalo fieri queat.

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt hanc noſtram aſſertionem Ioan. Andr. in cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monacho. num. 4. Hoſtienſ. num. 7. ibid. Ancharan. num. 10. Abbas, nu. 15. Sanchez, lib. 7. ſumm. cap. 20. num. 11. Layman, lib. 4. tract. de ſta. Religio. cap. 7. num. 22. Theſaurus, p. 2. de pœn. Eccleſiaſt. cap. 11. Cardinalis, vero, in §. prohibemus, num. 2. & Graffius, p. 2. lib. 3. deciſ. aurear. cap. 19. num. 5. volunt vt. cum, tota pecunia ſua, cum qua eſt repertus ſepeliendus ſit. quòd eſt iuxtà iuris apicem, & rigorem: tamen eſt in tali caſu, æquitas, & Epicheia, hìc, & nùnc vtenda, & cæteri nominandi aſtruunt noſtram Theſem. 10

CONCLVSIO IV.

Regularis vtriuſque ſexus conuinctus ſeù notoriè deprȩhenſus proprietarius, ideſt, per ſententiam declaratoriam criminis talis, vt de illo conſtet, per facti euidentiam, vel per probationem, aut confeſſionem iudicialem, ſequuta ſententia declaratoria, ſeu condemnatoria; *ex vi iuris Trid. Concilij, ſeſſ. 25. cap. 2. de Reformat. Regular. eſt per biennium voce actiua, & paſſiua, eo ipſo priuatus.* 11

Quæ ſanè pœna minimè gentium incurritur, niſi proprietas ſit culpæ grauis, ideſt, quæ peccatum mortale conſtituat; cum in materia leui minimè procedat. Et proprietarius minimè ſanè ille dicitur, qui aliquid alienat abſque ſua 12

venia

venia Prælati, ſed dumtaxat, qui aliquid poſſidet vt proprium, ſine ſui Superioris licentia competente.

Doctorum Allegationes.

13 *Sequuntur hanc aſſertionem cum ſuis annexis, Gloſſa in cap. pœna, §. final. verb. deprehenſi de hæredit. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 7. cap. 20. num. 11. & 13. & num. 1. 2. & 3. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 29. art. 10. Nauar. conſil. 5. nu. 13. & ſeqq de ſta. Monachor. Layman, & Theſaur. vbi ſuprà, cum alijs dicendis, de communi ſententia.*

CONCLVSIO V.

14 Regularis vtriuſque ſexus licèt Carthuſianus, vel Minorita ſit, inuentus in cella mortuus, cum duodecim denarijs, non obſtante horum ordinum ſtatuto; ſepultura priuandus minimè eſt.

15 1 Probatur; Nàm præſumi poteſt, tales denarios non eſſe proprios; vel quòd ex obliuione, aut negligentia alterius ibi remanſerint. Et quià id intelligi debet, quandò conſtaret per legis contemptum, vel animo maiora appropriandi, id feciſſe. ergo.

16 2 Nàm, tàm in Religioſo Carthuſiano, quàm in Religioſo Minorita, & in alijs, poſſe multas circunſtantias ſatis certè probabile, ad hos licitè, & validè excuſandos; vt videlicèt, crederetur pecuniam non eſſe ſuam, ſed alium Sæcularem in cella reliquiſſe, ex obliuione, vt nuper dicebamus: vel caſu dato: quod tàm Capuccinus, ac Minorita de Obſeruantia, & Reformatus ſit cum pecunia ſua mortuus in cella repertus, ac Carthuſianus, & quilibet alius Religioſus vtriuſque ſexus: quoniam, huiuſmodi peccatum occultum erat omninò & ſi dùm viui tales Religioſi erant, cum huiuſmodi illorum pecunia, publicè puniri non poterant, neque infamari, ergo multò magis infamari, ac puniri non poterunt poſt illorum mortem; deceſſi, inquam; cum illa pecunia totalitèr occulta, cum publica priuatione diffamari, & priuari ſepultura Eccleſiaſtica; & præcipuè etiam; quia nequeunt hi, ſe purgare, & defendere ab hac infamia, & pœna. ergo vera aſſertio.

Doctorum Allegationes.

Defenſores huius noſtræ Theſis ſunt Auctores allegati ſuprà, num. 8. Portellus, num. 11. Hieronym. Rodriquez, num. 2. Nauar. Barboſa, cum alijs citatis, ibid. quamuis Rodriquez, loco allegato, dicat, Regularem vtriuſque ſexus, ſub regula, D. Franciſci profeſſum, non ſolum, quouis modo, pecuniam tenere non poſſe, verum etiam nec illam tangere, ex vi ipſius regulæ, ſi non adſit ſpeciale indultum, ac ſingularis diſpenſatio Sedis Apoſtolicæ; attamen, ſi horum Regularium, vtriuſque ſexus, eſt proprietas occulta totaliter, & nullatenùs publica, vt diximus, non ſunt præcipitanter, ſepultura Eccleſiaſtica priuandi; ſed tenentur Superiores in ſimilibus caſibus, coniecturis bonis, Epicheia, ac pietate vti, &c. 17

CONCLVSIO VI.

Regulares vtriuſque ſexus, minimè gentium, eſt proprietarius dicendus, ſi abſque ſui Superioris venia, amicum aliquem ſibi poſtulat, vt pecuniam apud tertiam perſonam deponat, eo ſolum animo, vt nolit illius pecuniæ dominium, poſſeſſionem, aut adminiſtrationem, ſeù vſum, abſque ſui Prælati licentia habere; ſed tantummodò intendit illam habere commoditatem, vt habita venia à ſuo Prælato, ex illo depoſito, quòd neceſſarium fuerit accipiat. Cuius 18

Cuius ratio adæquata eſt pro vtroque
19 foro: quia in tali caſu, Regularis iſte vtriuſque ſexus ſit, nullum actum dominij exercet, ac poſſidet. ergo vera concluſio. Nàm licèt deponens transferre intendat illius pecuniæ dominium in talem Regularem; tamen verum eſt, non eſſe contrà paupertatis votum, & ipſum Regularem minimè proprietarium exiſtere: quia quandiù perſona Regularis non acceptat illius dominium ſemper remanet penès deponentem, & valet pro ſuo libito de illa pecunia ſicut prius diſponere, & dominium retinere.

Doctorum Allegationes.

20 *Tenent hanc aſſertionem cum ſuis annexis, D. Bonauentura, in commentario Regulæ, D. Franciſci, cap. 4. Corduba, ibid. q. 8. & 9. Bartholom. à S. Fauſto, in ſuo Theſauro Religioſ. lib. 8. q. 111. cum alijs nominandis, & ſuprà nominatis.*

CONCLVSIO VII.

21 Regulares vtriuſque ſexus, dictam pecuniam, in depoſitum, apud ſe, ſi retineat, eo prorſus modo, quo erat, apud tertiam perſonam, non eſt proprietarius dicendus.

Cuius eſt ratio adæquata, & forma-
22 lis, pro vtroque foro: quià non alitèr eam pecuniam retinet apud ſe, quàm ſi apud externum depoſitarium ſtaret: & minimè repugnat, Regularem talem eſſe rei alienæ depoſitarium, cum paupertatis voto, vt ſtatim dicemus. ergo vera concluſio.

23 Dicet quis; nàm huiuſmodi commoditas eſt quid pecunia æſtimabile. ergo qui ſine Superioris venia eam admittit, eſt proprietarius.

Reſpondetur, quòd ſi talis commoditas admittatur, cum acquirendo aliquam poteſtatem, & dominium, in illam pecuniam, concedo quòd tunc ſit prætio æſtimabile; nego autem quandò totalis commoditas, prætio, aliàs æſtimabile remanet ſemper apud dominum pecuniæ: nàm apud Religioſum nèc eſt vſus, nèc adminiſtratio, nèc dominium. ergo ſtat vera noſtra concluſio cum ſua reſponſione.

CONCLVSIO VIII.

Regularis vtriuſque ſexus, ſi abſque 24
Prælati venia Depoſitario præciperet, vt in hos, vel illos vſus, pecuniam expendat, in tali euentu, eſſet dicendus proprietarius: quia in tali caſu, dominij actum exercet, & poſſeſſionem, & dominium ſe habere demonſtrat ſuper pecuniam depoſitatam.

CONCLVSIO IX.

Regularis vtriuſque ſexus non agit 25
contrà paupertatis votum, ſi abſque ſui Prælati licentia in depoſitum pecuniam alicuius Sæcularis conſanguinei, vel Amici teneret, ſecundum probabilem, ac communem Doctorum ſententiam, pro vtroque foro.

1 Probatur: Nàm regularis vtriuſq;
ſexus, ab alio ſuo Amico, ſeu Affine 26
dumtaxat, ſummam certam pecuniam deſumens in cuſtodiam, ſeu depoſitum vt illam reſtituat ad domini volũtatem, & quando placuerit, & voluerit, minimè gentium eſt per ſe, & directè contrà paupertatis votum; quià non habet dominium prorſus huius pecuniæ, illam diſponendi, ac ſpendendi. ergo vera concluſio.

2 Nàm Regularis vtriuſque ſexus,
pecuniam in depoſitum recipiens, tota 27
eius proprietas eſt ac dominium apud Dominum totalitèr & facultas diſponendi, & non apud Religioſum, ſeu Religioſam. ergo non repugnat paupertatis

R tatis

tatis voto; de cuius quidditate, vt Regularis vtriuſque ſexus nequeat ſine ſui Prælati venia, illam diſponere ad ſuam voluntatem, & beneplacitum. ergo vera.

Doctorum Allegationes.

28 *Defendunt has noſtras dictas Theſes, Scriptores num. 8. & ſuprà citati, Suarez, tom. 4. de Religione, lib. 8. cap. 11. num. 45. Sanchez, tom. 2. ſumm. lib. 7. cap. 19. num. 50. Fauſtus, in ſuo allegato Theſauro, lib. 8. q. 125. Diana, p. 1. tract. de paupertate Religioſa, reſolut. 43. & p. 4. tract. 4. reſolut. 23. & alij nominandi.*

Quo caſu opinio Magiſtri Nazzarij, à Recentioribus recitatis, non eſt ſequuta vt nimis rigoroſa, opuſculo, de ſtatu, & obligat. Religioſi, dub. 8. concluſ. 20.

CONCLVSIO X.

29 Regulares vtriuſque ſexus, D. Franciſci, vt Minores de obſeruantia, Reformati, Capuccini Eremitæ, ac Moniales de prima Regula. S. Franciſci, pecun iam habentes, & apud ſe retinentes ex vi ſuæ regulæ Seraphicæ, hoc firmitèr, & inuiolabilitèr prohibentis, proprietarij ſunt vocandi, & exiſtunt tales.

30 Probatur concluſio, ex ipſis Regulæ verbis, *D. Franciſci. cap. 4. ſic præcipientis. præcipio firmitèr Fratribus omnibus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, &c.* vbi eſt dictio notanda, *firmitèr*, quòd idem importat, *ac inuiolabilitèr*, ità vt, totus ordo nequit in hoc diſpenſare.

Doctrina pulchra traditur.

31 Impręſentiarum; quòd in extrema neceſſitate, quandò alio modo, corporalis vita conſeruari non poſſet, niſi accipiendo, ac pecuniam contractando, in tali caſu etiam tenentur per ſe, vel per per alium recipere, ac contractare pecuniam, quantum requiritur ad prouidendum tali neceſſitati. quòd quidem de vſu politico, & de contractatione, qua, pecunia tenetur, vel ſumitur, tamquam prætium rerum; quaſi è, tamquam rem, aliàs naturalem etiam contractare queunt pecuniam, vt per modum deuotionis, & medicinæ, Immò etiam Syndaco ipſorum deferre; qui debet illam ſecundùm regulam diſtrahere propter Fratrum neceſſitates; niſi aliàs ob huiuſmodi contractationem, probabiltèr ſcandalum, ſeu alicuius periculum immineret.

CONCLVSIO XI.

Regularis vtriuſque ſexus D. Franciſci de obſeruantia Reformatus, & Capuccinus, ac Monialis ſumens in depoſitum magnam quantitatem pecuniæ, & repentina morte decedit, abſque teſtimonio aliquo relicto ſcripturæ; abſolutè eſt verè, ac propriè iudicandus proprietarius, & priuandus ſepultura Eccleſiaſtica. 32

Concluſio ſatis conſtat ex hactenus dictis, & eoſdem authores habet in ſuperioribus recitatos, & in propris terminis, *Emanuelem Rodriquez citatum, Fauſtum, Magiſtrum, Nazzarium, cum cæteris allegatis in d. l. & nominandis.* 33

CONCLVSIO XII.

Regularis vtriuſque ſexus, qui regulam D. Franciſci non profitetur, magnam ſumens quantitatem pecuniæ in alterius depoſitum, & correptus repentina morte, nullo ſcripturæ teſtimonio relicto, non eſt abſolute loquendo iudicandus proprietarius, nèc ſepultura 34

ra

ra Eccleſiaſtica priuandus.

Conſtat aſſertio ex dictis in prima,
35 & ſecunda aſſertione, & omnes Scriptores habet relatos, & referendos.

CONCLVSIO XIII.

36 Regularis vtriuſque ſexus pecuniam ſumens aliorum in depoſitum Sæcularium, contra ſui Superioris obedientiam, & contrà ſuæ Religionis decentiam agens, mortalitèr peccat, & eſt puniendus, iuxtà ſui Inſtituti decreta, & ad Prælati arbitrium, ſi aliàs, pœna non eſt taxata in ſua Religione.

CONCLVSIO XIV.

37 Regularis vtriuſq; ſexus aliquid occultans ſuo Prælato, nè ſibi auferatur, credens rem, non occultatam, forè ſibi auferendam: in tali caſu, eſſet proprietarius: Secùs eſt dicendum, ſi probabilitèr hoc non credat, ſeù celat, nè confuſionem patiatur, illam vidente Superiore: vel abſcondit, nè à Prælato repræhendatur, quòd ex ſola licentia tacita retinet; vel credens, non eſſe Superiorem, quò ad rem acceptam, inuitum, ſed ſolum quò ad modum, acceperit: ſeù abſcondit nè peccatum proprietatis, quòd accipiendo, Superiore inconſulto, commiſſit, nè detegatur, propoſitum habens, rem illam dimittendi, vel ſtatim veniam obtinendi, ad habendam, ſuo non manifeſtato peccato. in his, & ſimilibus caſibus, non peccat, niſi tantum venialitèr; ſi aliàs, ſit ſemper paratus ſuo Prælato, tradere quotiès intelligeret, illum non ei conceſſurum.

38 Quæ ſanè, aſſertio eſt valdè adnotanda, & memoriæ retinenda, pro ſpirituali conſolatione Regularium vtriuſque ſexus, qui vt plurimum, ignorantèr, & inconſideratè magis, quàm animo deprauato, aut cupiditate, aliquas deſumunt eleæmoſynas, & illas expendunt liberalius quàm par eſt, quod non diſpliceret ſuis Prælatis, licèt, id ſciant, aut retinent non mala voluntate, & malo fine, quò ad dominium, & proprietatem, ſed potius, vt facilius, & commodius, cum licent ia ſui Superioris expendere, & illis vti valeant, &c, non peccant lethalitèr. vnde ſemper Regularis vtriuſque ſexus habere debet in his voluntatem conformem ſui Prælati, & cum prompto animo ſemper reſignare, & ſpendere omnia cum bona licentia ſui Prælati.

Doctorum Allegationes.

Docent hanc noſtram Theſem Petrus 39
Nauarr. lib. 2. de reſtitut. cap. 1. nu. 171. Rodriquez. tom. 3. qq. regular. q. 29. art. 5. Medina, in ſuis quodlib. 8. quodlib. Fauſtus, q. 126. num. 3. vbi ſuprà, cum alijs recitatis, & dicendis.

CONCLVSIO XV.

Regularis vtriuſque ſexus, qui ma- 40
nè eſt confeſſus, ac toto tempore lætus fuit, & ſequenti mane eſt mortuus repertus in cello, clauſo oſtio cum laqueo ad collum appenſo quaſi genuflexus non pendens, in Eccleſia ſepelliri poteſt.

Nàm eſt præſumendum benè de re- 41
centèr confeſſo, & abſoluto, & maximè quandò certò non conſtat an ſibi ipſe mortem intulerit.

Doctorum Allegationes.

Sic Nauar. reſpondit, conſultus in facti contingentia, lib. 3. conſil. 111. de ſepultur. conſil. 2. Portellus, tom. 2. de dub. regular. verb. ſepultura, num. 1. cum alijs ſuprà relatis, ac referendis. 42

Digitized by Google

CONTROVERSIA VII.

AN Sepultura ſint priuandi Infans
in mortis articulo baptizatus, in
Vmbilico, aut per capillos; Clerico-
rum percuſſores, Clerici Concubinarij
qui ſemel in anno non ſunt confeſſi,
nèc communicati in Paſchate, & de his
ſimilibus, plura curioſa reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Infans in mortis periculo, ſeù arti-
1 culo manens, & fuit in Vmbiculo, vel
per capillos baptizatus; cum alibi ad-
hiberi non poſſet baptiſmus, in his, &
ſimilibus caſibus, cum baptizatus cen-
ſeatur, non eſt proindè ſepultura pri-
uandus.

CONCLVSIO II.

2 Decedentes ſine annuali confeſſio-
ne, & communione publicè, & abſq;
ſignis doloris, & pœnitentiæ, & abſq;
parochi conſilio non prorogarunt hæc
recipere ſacramenta, ſunt ſepultura pri-
uandi per *cap. omnis vtriuſque ſexus, de
pœnit. & remiſſ.*

Conſtat aſſertio ex verbis *Rituali Ro-*
3 *mani. §. de exequijs, vbi hac habentur ij,
de quibus publicè conſtat, quòd ſemel in
anno non ſuſceperint Sacramenta Confeſ-
ſionis, & Communionis in Paſchate, &
abſque vllo ſigno contritionis obierint, Ec-
cleſiaſtica carere debent ſepultura. ibi ſa-
tis.* quòd eſt tamen, certè intelligen-
dum haud quandò hoc eſt in ſua Paro-
chia occultum.

Signa contritionis eſſe poſſunt ſi in
4 mortis articulo, ſi ſe emendaſſent, con-
fitendo, & communicando, ſeu hæc
Sacramenta petendo, ac cætera ſigna
pœnitentę dederint, niſi aliàs, aliqua
rationabili cauſa, ſe abſtinuerint cum
parochi venia, à recipiendis his Sacra-
mentis in Paſchate.

Ad probandum verò, quòd dederint
contritionis ſigna, ſufficit vnum teſtimo- 5
nium, *ex cap. qui recedunt 26. q. 6.* quòd
eſt intelligendum, quandò peccatum
non eſt occultum, ſed manifeſtum, &
publicum in parochia; quoniam ſi du-
bium eſſet, aut occultum, eſt contra-
rium aſſerendum; quia tunc eſt ſepelien-
dus in Eccleſia; non enim eſt manife-
ſtandum peccatum alterius, quòd eſt
occultum.

In pręſentia enim, locum non habet 6
in illo, qui debito tempore confeſſus eſt
ac poſtà cauſali morte ex improuiſo
præuentus, ſine confeſſione mortuus eſt,
quam tamen per annum non contemp-
ſit; nèc ſimilitèr, in eo, qui certè in-
trà annum non eſt confeſſus; tamen hoc
eſt occultum, vel dubium.

Doctorum Allegationes.

Auctores ſunt harum noſtrarum aſſer- 7
*tionum cum ſuis annexis, Iacobus Mar-
chantius, in ſuis qq. paſtoral. tract. 2. de
baptiſmo, cap. 1. q. 1. caſ. 2. & tract. 5.
cap. 3. q. 4. caſ. 3. Diana, p. 5. tract. 3.
reſolut. 15. & 190. D. Antonin. p. 3. tit.
10. cap. 5. §. 9. Syluest. verb. ſepultura,
num. 10. verſ. 2. Abbas, in cap. ſacris,
de ſepultur. Lauorius, cap. 12. num. 21. &
24. & 25. tit. 2. tom. 1. variar. lucubrat.
Nauarr. conſil. 6. de ſepultur. Vgolinus,
de offic. Epiſco. p. 1. cap. 17. num. 4. verſ.
8. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 46.
Genuenſis. cap 61. num. 2. Villalobos,
tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 2. num. 4.
Layman, lib. 4. tract. 10. cap. 22. num.
11. & alij.*

CONCLVSIO III.

Publici, ac notorij omnes Clerico- 8
rum percuſſores etiam nulla facta de-
nuncia-

Digitized by Google

nunciatione,ſeu declaratione, quòd iniuſtè vtique; excomunicati fuerint: *ex extrauagant i ad euitanda ſcandala, Martini V. de ſepultur: & cap ſanè.24. q.2.cap. in noſtra, de ſepultur. ſepultura priuantur, decedentes cum tali excommunicatione.*

Doctorum Allegationes.

9 *Affirmant hanc noſtram concluſionem Nauarr. in manuali, cap. 27. num. 35. & conſil. 25. de ſent. excommu. Mart. Italus, de Immunit. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 45. §. 4. num 3. Lauorius, num. 3. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, & alij nominandi.*

CONCLVSIO IV.

10 Clericus, vel Sacerdos,qui in Eccleſiam excommunicatum admiſit, moriens abſque pænitentia Eccleſiaſtica ſepultura priuatur;*ex clementina 1. de ſepultur: in 6. cap eos.*

CONCLVSIO V.

11 Clerici Concubinarij notorij, ac manifeſti; impænitentes morientes, priuantur ſepultura, *cap. quæ ſi non & cap. quibus, 13. q. 2. & cap. placuit. 23. q. 5. in fine.*

CONCLVSIO VI.

12 Meretrices,quæ ſe publicè exponunt lupanari, quàmuis ſigna præſtiterint doloris, ſi moriantur, adúc ſunt priuatæ ſepultura, in odium criminis notorij, & manifeſti: *ex cap. recedunt. 26. q. 6.* Quod ſi parocho conſtet, Meretrices in animũ ſuum induxiſſe, ſe velle ad Deum conuerti, licèt in lupanari manſiſſe, ſi caſtè vixiſſe, in tali caſu valent morte præuentæ, in ſepultura Eccleſiaſtica ſepeliri, & ad hoc probandum ſufficit vnius Teſtis dictum *ex d. cap. qui recedunt, 26. q. 6.*

Si Meretrix, in Paſchate confeſſa eſſet ſua peccata, & ſacram communionem ſumpſiſſet, & occiſa poſteà fuiſſet in domo ſui Amici, non eſt priuanda ſepultura; cum non conſtet in peccato mortali mortuam eſſe. nàm potius credi veriſimilius debet, illam deduxiſſe ad vindictam ſumendam de iniuria aliqua, quàm ad meretricandum, & fas eſt opinari ſigna contritionis dediſſe illam, *Ieſus* nomen pronunciando, & alia exteriora ſigna, pænitentiæ eſtendiſſe, dum interficeretur niſi in contrarium conſtet impænitentem deceſſiſſe. 13

Doctorum Allegationes:

Tradunt hanc aſſertionem noſtram; cum ſuis annexis, Nauarr. conſil. 4. lib. 3. de ſepult. Medices, p. 1. p. 11. num. 31. Lauorius, num. 18. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, Turrecremata docet quintam Theſem, in cap. præter. 6. concluſ. 6. diſt. 32. Nauar. in ſumm. cap. 25. num. 8. Comitolus, lib. 1. q. 58. reſponſ. moral. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 13. verſ. 140. Marchantius, tract. 5. de moribundis, cap. 2. q. 4. fol. mihi. 636. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 99. poſt medium, & alij nominandi. 14

Vnus autem ſufficit Teſtis fide dignus; qui teſtetur Meretrices, & Concubinarios decedentes, ſigna doloris dediſſe, vt ſepultura non careant Eccleſiaſtica.

CONCLVSSIO VII.

Sepultura Eccleſiaſtica eſt priuandus omninò, qui in actu venereo, morbo correptus, loqueilam amſit, & poſteà moritur abſq; ſignis doloris, & pœnitentiæ. 15

Adulter, & Adultera pari modo in fragranti crimine interfecti,abſq; ſignis contritionis, & nullus fide dignus hoc teſtatur, oſtendiſſe.

Digitized by Google

Concubinarius,& Concubina,ſi mortui inuenti fuerint ſimul in peccato mortali venereo, nullus fide dignus atteſtans, eos actus pœnitentię feciſſe, ſepultura priuantur.

16 Horum omnium eſt ratio adæquata: quià Eccleſiæ non conſtat, tales manifeſtos peccatores oſtendiſſe ſigna doloris, & actus pœnitentiæ feciſſe, per perſonam fide dignam.

Doctorum Allegationes.

17 *Tenent aſſertionem hanc noſtram cum ſuis annexis, Nauarr. lib. 1. conſil. 6. de ſepultur. Portellus, de dub. regular. verb. ſepultura, num. 1. Layman, lib 4. tract. 10. cap. 12. num. 11. Villalobos, tom. 2. ſumm. tract. 31. difficult. 3. num. 10. Naldus, in ſumm verb. ſepultur. num 6. & 7. Syluest. verb. ſepultur. q. 9. verb. 70. Marchantius, tract. de moribund. cap. 3. q. 4. fol. mihi, 639. Diana, p. 5. tract. 3. reſolut. 99. Lezana, tom. 4. verb. ſepultura, quoad Regulares, num. 24. & cæteri de communi ſententia, Bermon. de pu. bl. concubin. verb. notorium, num. 17. Decianus, tract. criminal. lib. 6. cap. 21.*

CONCLVSIO VIII.

18 Peccatores occulti, ſi hæretici, aut excommunicati non ſint priuandi non ſunt ſepultura Eccleſiaſtica: quia cui viuo non comunicauimus, nèc mortuo communicare debemus; *cap, ex parte, extra de ſepultur.* niſi poſt mortem appareat, quarè ei in vita cō muni candum non erat, ideſt, ſi poſt mortem de hæreſi conuincantur. 249 2. *cap. ſanè.*

19 Quę equidem Rugula, *cui non comunicauimus viuo nèc mortuo communicare debemus, cap. ſacris de ſepultur: cap.* 1. 249.2. eſt vera niſi poſt mortem appareat quare viuo communicandum eſſet. *cap. à nobis de ſent. excommunic.*

Doctorum Allegationes.

20 *Sequuntur communitèr Doctores in allegatis iuribus, Hostienſ. in ſumm. de ſepultur. num. 4. Lauorius, num. 47. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, cum reliquis citatis, ac citandis.*

CONCLVSIO IX.

21 Suſpenſi furca, vel alio modo mortui ob ſua ſcelera, ſi impœnitentes deceſſerint, carent ſepultura; ſi vero hi ſuſpenſi, vel aliàs, iuſſu Iudicis necati, ſi ante mortem ſacramenta ſuſceperint, vel ſaltem fuerint confeſſi, humandi ſunt in ſepultura Eccleſiaſtica, cum ſolemnitate miſſæ, & aliorum, *ex cap. quæſitum.* 13. *q.* 2. quia rei criminis non prohibentur ſepeliri. *L. obnoxios, Cod. de Relig. & ſumpt. funer. L.* 1. *ff. de cadaueribus punitorum.*

Doctorum Allegationes.

22 *Tuentur hanc noſtram Theſem cum ſuis annexis, Menochius, de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 387. Lauorius, num. 51. cap. 22. tit. 2. vbi ſuprà, cum cæteris allegatis, & allegandis.*

CONCLVSIO X.

23 Præfati ſuſpenſi mortui contriti, minimè gentium in patibulo teneri debent, ſed petentibus tradi ſepulturam, ac Iudices denegantes, mortalitèr peccant.

Doctorum Allegationes.

24 *Tradit hanc Theſem Baldus, in cap. 1. §. iniuria, de pace, iuramento, firmanda; vbi poſtquam caſus enumerauit, in quibus pœna furcæ imponitur. & text. adducit in l. capitalium, §. famoſos. ff. de pœnis,*

pœnis , inquit , quòd non debent in patibulo remanere vltrà eundem diem, ex Deuterono. cap. 21. in fine , & ex Ioſuè , cap. 8. & dum ius diuinum adeſt , conſuetudo nulla in contrarium valet , nec excuſat , cap. final. de conſuetudine; & Romana Eccleſia , quæ eſt cæterarum Eccleſiarum Mater, hoc ad vnguem obſeruat .

25 Horum autem Corpora, abſq; Principis venia , minimè ſunt accipienda , de cuius iuſſu , ſuſpenſa reperiuntur . nàm quandoque vt cæteris exemplum, & terrorem præſtent, ſolent in patibulo relinqui ; & Princeps facilis eſſe debet, ad talem præſtandam licentiam . *L.1. & 2. ff. ad cadauer. punic.* ſic namq; petitum fuit Corpus Ieſu D. N. à Pilato , & poſteà de Cruce depoſitum , & ſepulturæ traditum. *Ioan. cap. 24. Ità Hoſtienſ. in ſumm. de ſepultur.* §. 4. *l.* 2. *de cadauer. punit: Gloſſa . in d. cap quæſitum , Iulius Clarius , lib.* 5. §. *final. q.* 100. *ſua praxi criminal. Gomez , cap.* 14. *de delict. Farinaccius , in ſua praxi criminal. & alij dicendi .*

CONCLVSIO XI.

26 Suſpenſi cadauer, cum Principis licentia , licitè dari poteſt Medicis pro Anotomia ; *ex l. Republic. ff. de iniur. & ipſius , etiam , ſuſpenſi .*

Doctorum Allegationes .

27 *Autumant aſſertionem hanc noſtram Syluest. verb. ſepultura , num. 9. Ludouic. in l. 1. ff. ſolut. matrimo. Anton. Gomez , tract. de delict. cap 14. Menochius , lib. 2. de arbitr. Iudic. centur. 3 caſ. 285. Ripa , tract. de peſte , num. 143. Bertachinus , verb. cadauer. Clarius , q. 100. & ſuus commentator , praxis criminal. Lauorius , cap. 7. num. 30. tit. 2. vbi ſuprà , Bartolus. in l. final. ff. de cadauer. punit. noluit hanc quæſtionem reſoluere , Anania , in cap. fures, extrà de furtis , num. 3. ait, quòd dubitari videt , an Medici in foro conſcientia retinere valeant aliquid de pinguedine hominis dati ad anotomiam , vt alijs mederi poſſint .*

CONCLVSIO XII.

Parochus quamuis prohibere valeat, nè punitorum Cadauera alibi , quàm in ſua parochia ſepeliantur , habens ſuam rationem fundatam in iure vt ſic licèt , omnes Chriſti fideles in ſua parochia ſepeliantur , in ea decedentes ; Attamen , quià in Ciuitatibus , ac locis , in quibus ſepeliuntur , adſunt Eccleſiæ particulares ad hunc effectum conſtructæ; idcircò apparet, vt de conſuetudine præſcripta , & praxi amplius parochos minimè poſſe talia cadauera impedire , nè in deſtinatis Eccleſijs tumulentur. 28

CONCLVSIO XIII.

Interfectorum , aut aliàs violenta morte Necatorum Corpora non ſunt ad Eccleſiam portanda , niſi prius vulneribus inſpectis à Sæculari curia , vel Eccleſiaſtica , ſeù aliàs per vim illatæ mortis indicamenta probaſſe , ac niſi forraſſe ob prolixam miniſtrorum moroſitatem , ac tarditatem facti contingentia ſua ſerie . 29

CONCLVSIO XIV.

Cadauere humato , eius inſpectiones minimè fieri debent , niſi de curię Epiſcopalis venia; *ex cap. cum Eccleſia , de Immunit. Eccleſiaſt. cap. decet , § ceſſens , in 6.* ac Diœceſanus concedere poteſt licentiam Iudici Laico , corpus exhumandi occiſi ab Eccleſia eo fine capiendi informationem delicti in genere , abſque Irregularitatis metus incurſione. 30

 Nàm

31 Nàm cum huiuſmodi actus ſit remotiſſimus, ac ſuaptè natura non directus ad mortem, vel mutilationem; quià ad Irregularitatem incurrendam, quæ inducitur ex defectu perfectæ lenitatis, requiritur, vt actus, qui fit, ſit cauſa proxima directa ad mortem, vel mutilationem, non cauſa remota, vt communenter edocent Doctores in materia de Irregularitate, & ſicut Iudex Sęcularis tenetur Epiſcopi Iuriſdictionem adiuuare, & ſuum brachium ei præſtare, *cap. 1. de offici. ordinar.* pari modo, Diœceſanus tenetur brachium ſuum præſtare Iudici Sæculari, aliàs, poteſt de re iſta ad Metropolitanum appellare, & ad Nuntium.

Doctorum Allegationes.

32 *Tenent aſſertionem cum ſuis annexis; Nauarr. in ſumm. cap. 27. num. 211. Maiolus, de irregularit. Sotus, de iuſt. & iure, q. 1. art. 9. lib. 7. Genuenſis, cap. 42. num. 100. Lauorius, cap. 7. num. 31. tit. 2. vbi ſuprà, cum alijs, in tract. de Irregularitate.*

CONCLVSIO XV.

33 *Qui in vita nequeunt in Ciuitate morari, poſt mortem ad ſepulturam reduci non valent, ex l. ſi quis in inſula. ff. de cadauer. punit. quem textum, Bartol.* autumat, eſſe ſingularem, ac proindè valde eſt adnotandum in hac materia.

CONCLVSIO XVI.

34 Vſurarij publici, ac notorij, & manifeſti, carent ſepultura, niſi alienum reſtituantur, ſeù idoneam dederint cautionem, de reſtituendo. *cap. quia, de vſurijs, cap. quamquam, eod. tit. de vſur. in 6. ex clement. 1. de ſepultur. cap. qua, in omnibus, de ſepultur. in 6. & cap. 1. & 2. de ſepultur. in 6.*

Dicitur, autem, manifeſtus vſurarius, qui conuincitur ex ſuis ſcripturis, vel ad hoc tenet publicam menſam paratam. 35

Doctorum Allegationes.

Communiter amplectuntur Doctores in citatis Iuribus noſtram Theſem cum ſuis annexis, Gloſſa, in d. cap. quamquam, de vſur. in 6. verb. manifeſti, Nauarr. conſil. 4. & 5. de ſepultur. & cap. final. de ſepultur. Lauor. nu. 10. cap. 12. tit. 2. vbi ſuprà, verſ. 4. Couarruu. lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 9. verſ. 12. Galganetus, de iure publico, lib. 3. tit. 109. num. 37. Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. Sayrus, in claui regia, lib. 10. cap. 5. tract. 10. num. vlt. Ugolinus, de offici. Epiſco. cap. 17. num. 4. verſ. 5. p. 1. Barboſa, de parocho, num. 42. cap. 26. cum alijs dicendis. 36

CONCLVSIO XVII.

Vſurarij ſi dum deceſſerunt, ſigna dederint pœnitentiæ. valent in ſacro ſepeliri, ſed prius hæredes, ad quos bona peruenerunt, debent cenſuris compelli, vt pro illis ſatisfaciant. Et licèt vſurari mandauerint, reſtitui vſuras, in vltima voluntate; tamen adhùc carere debent ſepultura, donec plenariè fuerit ſatisfactum; etſi hæredes parati fuerint reſtituere, vel pro reſtitutione voluerint dare cautionem, etiam adhùc non ſunt in ſacro humandi, niſi ipſi Vſurarij reſtitui mandauerint, per dictum *cap. quamquam de vſuris, in 6.* nàm in peccato deceſſerunt, quòd eſt quippè, intelligendum, niſi aliàs de mortui contritione appareat, *ex cap. qui receſſunt, 26. q. 6. cap. à nobis, 1. de ſententia excommun.* & docent hanc concluſionem noſtram om- 37

nes relati ſuprà, *num. 36. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO XVIII.

38 Vſurarios manifeſtos publicè excommunicatos, & nominatim interdictos in Eccleſijs Regularium humatos de facto quocumque modo, Diœceſanum minimè gentium poſſe dishumare facere, & procùl proijci, quia proindè eſt, ac ſi non eſſet in ſua Diœceſi: ſed benè valet Epiſcopus remedium præſtare, vt ſcilicèt impediat ſepulturam, antequam corpus ad locum exemptum ducatur; quia cum in ſuo delinquatur territorio, obuiare valet, & ipſos in loco priuato ſepelire facere.

Doctorum Allegationes.

39 *Docent aſſertionem Panormitanus, in capit. ſacris, de ſepulturis in 6. Syluest. verb. ſepultura, num. 16. & Rodriquez, in qq. enucleatis, reſolut. 128. num. 24. & Barboſa, cap. 26. num. 42. de parocho, fundati, in clement. 1. de ſepultur. autumant, Diœceſanum poſſe dishumare facere, & procul proijci, quod non eſt improbabile.*

CONCLVSIO XIX.

40 Defunctorum corpora exenterata, ac diuiſa, & immanitèr diſcerpta, vt oſſa à carnibus ſeparata, in ſacro ſepeliri nequent; *vt Bonifat. VIII. per ſuam extrauagantem incipientem, deteſtanda, de ſepultur. in 6.* & qui ſic talia corpora exenterarunt, ipſo Iure manent excommunicati, & ſic decedentes in pœnitentes excómunicati, carent ſepultura.

41 Nec mirum eſſe debet, ſi defunctus abſque ſua culpa, pœna ſupulturæ priuetur, cum ſic ſit immaniter exenteratus; quia hoc fit ex ſequela delicti precedentis; ſicut etiam honor fit ei, ex ſignis, quæ in eo apparuerunt, viuente: *cap. à nobis, de ſentent. excommunic.*

CONCLVSIO XX.

Corpora illorum, qui ſepultura priuantur Eccleſiaſtica, ſunt ità longè ab Eccleſia ſepelienda, vt Clericorum canentium voces, indè minimè audiri valeant. 42

Doctorum Agationes.

Ità aſtruit hanc noſtram aſſertionem Abbas, in ſacris num. 3. de ſepulturis, Lauorius, num. 66. cap. 12. tit. cum alijs recitatis, ac recitandis. 43

CONTROVERSIA VIII.

AN in Torneamentis, ac Duello decedentes, ſepultura careant Eccleſiaſtica? vbi multa curioſa ſcitu digna ad rem reſoluuntur alia.

CONCLVSIO I.

Morientes omnes in torneamentis carent ſepultura, licèt pœnitentiæ ſigna dederint, ſicut etiam, congredientibus ad certandum cum Tauris, & alijs Ferijs in ſpectaculis, eſt ſepultura interdicta. *Ex cap. 1. & 2. de torneamentis, & ex conſtitutione Pij V. incipiente, de ſalute; & eſt 48. in ordine, prima die Nouembris, in lucem data, 1567. & ſeſſ. 24. cap. 19. de Reformat. Trid. Concil. atque ex Ritual Romano, Pauli V. tit. de exequijs.* 1

Do-

Doctorum Allegationes.

2 *Docent aſſertionem hanc noſtram Hoſtienſ. cap. 1. extrà de torneam. vbi aſſerit, quòd etiamſi, vbi vulnus lethale accepit, & poſteà ſuperuixerit, ac pæniteat, & receperit omnia ſacramenta, tamen perpetuò carebit ſepultura, in aliorum exemplum, ac terrorem, Turrecramata, in cap. nullus. 13. q. 2. num. 9. & ſeqq. Roſella, verb. ſepultura, num. 4. Piſanella, num. 11. ibid. Syluest. num. 9. verſ. 2. Lauorius, cap. 12. num. 16. tit. 2. Nicolaus de plut. tract. de cenſur. q. 4. cap. 13. tom. 3. fol. mihi, 4111. Nauarr. lib. 5. conſil. 5. de torneam. Rodriquez, tom. 3. qq. regular. q. 68. art. 2. verſ. 10. Vgolinus, de offici. Epiſco. cap. 17. num. 4. p. 1. Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. verſ. caret, Barboſa, de parocho, cap. 26. nu. 45. Gauantus, verb. ſepultura, num. 23. Gratianus, tom. 3. cap. 410. num. 1. in ſuis forenſ. diſceptat. & cæteri omnes.*

CONCLVSIO II.

3 Decedentes in duello, & ſignis contritionis, & confeſſione ſacramentali facta, & datis, adhuc carent ſepultura, in deteſtationem duelli. *ex Trid. Concil. cap. 19. ſeſſ. 25. de Reformat. verb. careat*, niſi ſpeciali modo Papa diſpenſet.

4 1 *Probatur authoritate. S. Congregat. quæ ſic declarauit, & obſeruat Sacra pœnitentiaria, quæ in facultatibus abſoluendi in caſibus duelli, de incurſis, ſeu commiſſis, vſque ad diem receptionis litterarum, declarat abſolutionem non ſuffragari, quò minus Eccleſiaſtica ſepultura careant, ſi ex duello decedant.*

5 2 *Ex verbis Rituali Romani Pauli V. tit. de exequijs, vbi ità dicitur Negatur Eccleſiaſtica ſepultura morientibus in duello, etiamſi ante obitum dederint ſigna pœnitentia, ergo.*

3 *Ex d. cap. de torneam. vbi hæc habentur: ſi quis eorum, ibi mortuus fuerit, quamuis ei poſcenti pœnitentiam, non negetur, Eccleſiaſtica tamen ſepultura careat.* ſed duellorum vſus deteſtabilior eſt Torneamentorum vſu; quià in hoc eſt ſolum vires oſtentandi in torneamẽtis, & in duello occidendi ad inuicem homines. ergo. 6

4 *Ex Bulla die 2. Septembris emanata*, 1592. *Clementis VIII.* qui vult vt perpetuò careant ſepultura, *iuxtà decretum dictum Trid. Concil. ſic in ea Bulla ait. Perpetuò priuatos eſſe volumus ſepultura Eccleſiaſtica, vel careat*, vbi in omnium ſententia Doctorum, illa verba, *priuatos eſſe volumus, &c.* importat pœnam latæ ſententiæ, *vt Tiraquellus, in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, nu. 16. Barboſa, de clauſulis, & dictio. verb. careat, Alexand. Peregrinus, q. 7. num. 4. de duello.* 7

Et ampliatur concluſio, etiamſi fuerint prouocati, & qui conſilium, & auxilium dederint duellandi, tàm in iure, quàm in facto, aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint néc non Spectatores excommunicantur, ac perpetuæ maledictionis vinculo tenentur, ac perpetuò ſepultura carent. 8

Doctorum Allegationes.

Tradunt communitèr Doctores noſtram hanc Theſem, & omnes relati num. 2. & inſuper Homobonus, de bonis, tom. 2. p. 7. reſponſ. caſ. conſci. citans alios, Sanchez, in ſuis diſp. ſelectis, diſp. 63. nu. 9. Barboſa, tom. 2. collectan. Doctor. tit. 13. fol. mihi, 500. & 501. Galeius, in Margarita caſuum conſci. verb. ſepultura, Martinus Carillo, p. 2. cap. 4. num. 55. Reginaldus, lib. 22. num. 76. verſ. accedit, in ſua praxi, Vgolinus, vbi ſuprà, Gratianus, cap. 120. in ſuis diſcept. Diana, 9

p. 4

Google

p. 4. *tract.* 4. *reſolut.* 192. *Theſaurus, cap.* 3. *de duello, p.* 2. *ſua praxis, Alexander Peregrinus, de duello, q.* 7. *num.* 4. *Lezana, verb. duellum, num.* 14. *tom.* 3. *cum alijs.*

CONCLVSIO III.

10 Duellum formatum committentes, vel prouocantes, ſeù cooperantes quicumque incidunt in Bullam Pij IIII. quę incipit, *Illa conſtitutio, quæ à prædeceſſoribus, &c. & eſt* 21. *& Gregorij XIII. incipit: ad tollendum.* 78. *& Clementis VIII. incipit: illius vices.* vbi quamuis de duello formato loquatur, attamen per alias Bullas anteriores, eſt extenſa cum ſuis pœnis ad duellum minus ſolemne, ſeù diſſidationem.

Doctorum Allegationes.

11 *Suffragantur huic Theſi Sanchez, lib.* 2. *ſumm. cap.* 79. *num* 27. *Cherubinus, ad Bullam dictam Pij IV Scholiaſtes Diaz in ſua praxi, cap.* 104. *num.* 32. *Barboſa, in cap.* 1. *de Clericis pugnantibus in duello, num.* 3. *Theſaurus, p.* 2. *ſua praxis, Eccleſiaſt. cap.* 2. *nu.* 1. *& alij allegandi.*

CONCLVSIO IV.

12 Qui in ipſo Duelli conflictu vulneratus, & idcircò, poſt vnam horam, vel in ipſo die, aut altero die moriatur, & accepto Sacramento confeſſionis, & ſignis datis pœnitentiæ, adhùc non poteſt in ſacro ſepeliri, ſed omninò caret ſepultura Eccleſiaſtica, ſi non adeſt Sedis Apoſtolicæ licentia, ſepeliendi in ſacro, ſpeciali.

13 Colligitur expreſsè *ex cap.* 19 *Trid. Concil ſeſſ.* 25. *verbis: etſi in ipſo conflictu*, quæ verba *ſic declarauit Sacra Congreg.* nàm aliàs, fruſtrà eſſet impoſita talis pœna; & ità tenet in praxi ſacra pœnitentiaria, & expreſsè habetur *in Bulla Clementis VIII.* & ratio eſt formalis; quià in eodem conflictu dicitur mori, qui ex vulnere recepto in duello, poſteà moritur: ſicut dicitur, Eccleſia ſanguine polluta, ſi quis in Eccleſia eſt vulneratus, licèt in Eccleſia ſanguinem non effudit, ſed extrà illam. ergo vera aſſertio.

2 Probatur, quia in caſu duelli non 14 eſt neceſſe, vt mortuus ſit in ipſo duello, vel extrà, illud poſt paucos dies ex vulnere tamen ſumpto mortali, in ipſo duello, vt ad euitandum illum, vt excommunicatum, & careat ſepultura perpetuò ſit nominatim declaratus; *iuxtà Martini V. extrauagantem*; quia eſt eadem ratio totalis, in tali caſu, ac de percuſore clerici notoriè. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Defenſores huius noſtræ Theſis ſunt Homobonus, de bonis, Peregrinus, num. 9. 15 *Theſaur. num.* 11. *in dictis locis, ſuprà, Dunalius, ad* 2. 2. *D. Thom. tract. de charitate. q* 17. *art.* 1. *Bonacina, de cenſur. extrà Bullam Cœnæ, diſp.* 2. *q.* 3. *pun.* 48. *num.* 22. *& praxis pœnitentiariæ Romanæ, & eſt ad mentem Trid. Concil. & dictarum Bullarum.*

Non reticeam tamen, contrarium aſſerere Sanchez, in ſelectis ſuis diſp. 36. *nu.* 16 9. *Hurtandum, de Mendoza, in* 2. 2. *D. Thom. diſp.* 170. *ſect. p.* §. 21. *&* 22. *num.* 128. *Diana, p.* 2 *tract* 16. *reſolut.* 54. *& p.* 4 *tract.* 4. *reſolut.* 192. *& p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 99. *ad finem, & reſolut.* 141 *& horum ratio eſt; quia pœnæ ſunt reſtringendæ & non ampliandæ, quæ ratio ſanè impræſentiarum non militat; quia legiſlatores relati ſic cenſuerunt, & voluerè ad exemplum, & Terrorem aliorum. & ſequitur etiam Porſellus, p.* 3. *reſponſ. moral. caſ.* 10. *num.* 2. *vnde ſtandum eſt*

iuxta

Digitized by Google

iuxtà Romanam praxim, Sacra pœnitentiaria, vt diximus.

CONCLVSIO V.

17 Cum defunctis his duelliſtis, ſiue in ipſo duello, ſiue extrà illud, ex vulnere tali accepto in ipſo duello, vt ſepeliantur in Eccleſiaſtica ſepultura ſolum Sedes Apoſtolica valet diſpenſare, & nullatenùs Diœceſanus.

18 *Quia Clemens* VIII. *in ſua Bulla*, ponit hanc dictionem, *perpetuò careat ſepultura Eccleſiaſtica*: quæ denotat ſolummodo Papam poſſe in hoc diſpenſare, & tenent Authores citati *num.* 15. *cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO VI.

19 Regula eſt vniuerſalis, quòd omnes in torneamentis decedentes ſingulari certamine,& agone Taurorum, & aliarum ferarum; & in duelli conflictu, ſeu ex vulnere in illo accepto, ac poſtà, de eo moriatur extrà ipſum duellum, & qui fuerint nominatim excommunicati ac Raptores, violatores manifeſti Eccleſiarum quàmuis ſigna præſtiterint pœnitentiæ; attamen perpetuò carent ſepultura Eccleſiaſtica.

20 Sunt pœnæ, namque à Iure impoſitæ quia ſic morientes cum excommunicatione, & non fuerint declarati abſoluti iuxtà formam *cap. à nobis. 2. de ſentent. excommunic*: nequeunt in ſacro ſepeliri. Et clarè habetur in tali textu, quòd etiam ſi excommunicatus pœnitentiæ ſigna præmiſerint in mortis articulo; tamen ſi morte præuentus, abſolutionis beneficium obtinere nequiuerit, licèt ſit apud Deum fortaſſe abſolutus, minimè verò apud Eccleſiam, pro abſoluto habetur. quarè datur caſus, in quo conceditur ſacramentum abſque ſepultura, & hoc euenit, vt magis conſuletur viuis, quàm mortuis,& alij terreantur, & ab his abſtineant, cum viderint illos in campis ſepeliri.

Concluſio hæc noſtra intelligenda eſt de illis, qui veuiunt cauſa ſe in torneamantis exercendi, non autem de Aſtantibus, curioſitatis gratia, quòd procedit in illis, in quibus hominum mortes, & animarum pericula ſæpè proueniunt. 21

Secùs etiam eſt aſſerendum, in currentibus ad *brauium*, quo caſu, rarò hominum mors interuenit.

Doctorum Allegationes.

Tenent hanc noſtram aſſertionem, cum ſuis annexis, Gloſſa, in cap. 1. *de torneamentis, Antonuccius, in Catecheſi Neapolitana, fol. mihi,* 26. *Abbas, in cap.* 1. *de ſepultur. Nauarr. conſil.* 1. *de torneament. Sanchez, diſp:* 36. *in ſelect. dub.* 7. *Poſſeuinus, de Curato, cap.* 14. *num.* 4. *&* 5. *Mancinus, dub.* 31. *fol. mihi,* 104. *de ſepult. Lauorius, num.* 16. 17. *&* 18. *cap.* 12. *tit.* 2. *vbi ſupra. Roſella, verb. ſepultura,* 4. *num. Piſanella, num.* 11. *Syluest. num.* 9. *Hoſtienſ. cap.* 1. *de torneam. & alij.* 22

CONCLVSIO VII.

Eſt admodum probabile, vt pro Duelliſta mortuo tàm in duello, quam extra illud, ex vulnere accepto in duello, licèt perpetuò careat ſepultura, Miſſa celebrari poſſit. 23

Cuius eſt ratio, quià dum eſt confeſſus ſua peccata, aut ſigna pœnitentiæ dederit, benè ſuſpicari de illo poteſt, ideſt, mortuum non eſſe in claro peccato mortali. ergo. 24

Doctorum Allegationes.

Amplectuntur hanc Theſim Paludanus, in 4. *diſt.* 20. *q.* 1. *Nauar. in ſumm. caſ.* 25

Digitized by Google

caſ. 2. num. 36. & cap. 19. de orat: concluſ: 6. vbi ſic ait, excommunicato denunciato. Miſſa applicari poteſt ſi ſigna contritionis oſtenderit, aut ſi mortuus eſt in ijs, ob qua credo eſſe extrà peccatum mortale mortuum. Henriquez, lib. 9. cap. 15. num. 3. Reginaldus, tom. 2. lib. 32. tract. 1. ſect. 2. num. 26. Portellus p. 3. reſponſ. moral: caſ 10. num 2. Diana, p. 4. tract. 4. reſolut. 129 & alij recitandi.

CONCLVSIO VIII.

26 In hac materia de ſepultura tradenda Catholico, & de illo dubitatur, an ſit ſepeliendus in ſacro, ſeù ſigna doloris dederit, vel fuerit in claro peccato mortus, ſeù ſi fuerit Catholicus, vel Infidelis, ſeù excommunicatus denunciatus, & huiuſmodi; ſemper eſt in meliorem partem interpratandum; niſi aliàs adſit in contrarium aliqua probabilitas denegandi ſapulturam: *cap. ſatis, extrà de ſepultur. & cap. non aſtimemus. 23. q. 2. & cap. Eccleſiam, diſt. 1. de conſecrat.*

27 Nàm quibus peccata non ſunt dimiſſa, à ſacris locis, poſt mortem adiuuari nequeunt; quià, *quos peccata grauiora deprimunt ſi ſe ſacris locis ſepeliri faciant, vt de ſua praſumptione iudicentur, cum ſacra loca eos non liberent, ſed etiam de ſua culpa temeritati accuſent inquit D. Gregorius Papa. tom. 1. lib. 4. cap. 13.*

28 Concluſio autem ſic probatur; Nàm in dubijs eſt Reo fauendum, *per regul. 68. de regul. Iuris, in 6. fauoribiliores*, & hoc etiamſi pars contraria intenta, vt ſepeliatur, appellet; cum in tali caſu appellationi locus dari non liceat, nec debeat; quià Cadauer dilationem non admittit, ob ſui facilem corruptionem, nec eſt appellatio admittenda, quoties res tempore perit.

Doctorum Allegationes.

Ità autumant noſtram Theſem D. Antoninus, 3 p. tit. 10. cap. 5. §. 9. Molfeſius, tom 2. ſumm. tract 13. cap. 8. num: 31. Bonacina, de contract. diſp: 3. q. 21. punc. 2. num. 6. Mancinus, fol. mihi, 516. de ſepultur. Lauorius, cap. 11. tit. 2. num. 155. & cap. 12. num. 21. & alij nominandi. Et D. Gregori: cap. 54. de his, qui impœnitentes ſunt mortui, & in Eccleſia tumulati; ſunt per dæmones expulſi, ſic inquit. Quid igitur Sacra loca ſepultis proſint, quandò hi, qui indigni ſunt ab eiſdem Sacris locis diuinitus proijciuntur? 29

CONTROVERSIA IX.

AN excommunicati, Hæretici; illorum Receptatores, Defenſores, Fautores, ac eis credentes, careant ſepultura? vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur ad rem.

CONCLVSIO I.

Hæretici, eorum Receptatores, defenſores, Fautores, eis credentes, & qui poſt mortem apparent de hæreſi, ſepultura carent, *& ex Bulla Nicolai* 1
III. *incipit. Nouerint, 1279. emanata.* 2

Conſtat etiam aſſertio ex Rituali Romano, tit. de exequijs, §. quibus. vbi ſic habetur. Negatur igitur Eccleſiaſtica ſepultura Paganis, Iudæis, & omnibus Infidelibus; Hæreticis, & eorum fautoribus, Apoſtatis a Chriſtiana fide, Sciſmaticis, & publicis excommunicatis, maiori excommunicatione, Interdictis nominatis, & ijs, qui ſunt in loco interdicto, eo durante. ibi. 2

Et conſtat vtrumque ex cap. ſanè 24. q. 2. extra de hæreticis, & cap. quicumque de hære- 3

Digitized by Google

hæretic. in 6. vbi variæ pœnæ ponuntur contra dantes eis ſepulturam Eccleſiaſticam: & ipſa Eccleſia manet polluta, quouſque illorum corpora non expellantur ab Eccleſia, & reconcilietur; *cap. Eccleſiam, de conſecrat. diſt. 1.*

CONCLVSIO II.

4 Excommunicati omnes generalitèr, & excommunicati tollerati, ſi publicè innotuerit fuiſſe excommunicatos etiam excommunicatione minori, notoriè ſi fuerint excommunicati. *24. q. 2. cap. ſanè, & extra de priuilegijs Epiſco. in 6.* etiam iniuſtè excommunicati notoriè tamen omnes ſepultura priuantur Eccleſiaſtica.

CONCLVSIO III.

5 Excommunicati publicè, ac nominatim, in excommunicatione decedentes, & illi, qui in excommunicatione minori impœnitentes moriuntur, carent ſepultura: *ex cap. 1. clement. 1. de ſepultur. cap. ſacris, eod. tit. cap is, qui, de ſent. excommunic. in 6. cap. ſanè, 24. q. 2.*

Doctorum Allegationes.

6 *Docent has noſtras Theſes, Gloſſa, in cap. litteras, de reſt: ſpoliat. D. Antonin: 3. p. tit. 10. cap. 5. §. 8. Nauarr. conſil. 23. de pœnit. & in manu. cap. 25. num. 152. Barboſa, in collectan. DD. in cap. ſacris, num. 3. in cap. excommunicamus, 13. nu. 39. de hæret. & in cap. à nobis, 2. ſent. excommunic. & in cap. ad hæc. 5. de priuileg. & de parocho. cap. 26. num. 4. Laorius, tit. 2. cap. 12. num. 2. 4. & 9. Maiolus, de Irregularit: cap. 13. num. 18. Syluest. verb. excommu. q. §. 66. Caiet. verb. excommunicatio, cap. 46. Galganetus, lib. 3. tit. 109. num. 35. Henriquez, lib. 13. ſumm: cap. 11. §. 3. & cap. 43. §. 3. Zuaan, lib. 6. num. 8. & ſeqq. tit. 18. lib. 4. Poſſeuinus, de Curato, cap. 14. num. 4. Vgolinus. de cenſur. cap. 9. §. 5. & 6. & p. 1. de offic. Epiſco. cap. 17. num. 4. verſ. 4. Auila p. 2. de cenſur. diſp. 9. dub. 1. & 6. Theophil. Raynaldus, de monitorijs. p. 2. cap. 3. num. 7. Blondus. de cenſur. diſp. 4. art 14. aſſert. 3. Mancinus, dub. 34. fol. mihi. 499. Ioan. de Friburgo. in ſumm. confeſſ. lib. 1. tit. 16. de ſepultur. q. 3. item, Syluest. verb. ſepultura, num. 9. verſ. 1. & 10. Hoſtienſ. in ſumm. cap. de ſepultur: & cap. ſanè. 24. q. 2. Gloſſa. in l. etſi contigeris, Lancelottus, de ſepultur. verb. excommunicatorum, Innocentius, in cap. ſacris, Gloſſa, in clement. 1. verb. excommunicatus, & cæteri omnes nominandi, in tract. de cenſuris.*

Eccleſia non intendit aliquem fauorem præſtare excommunicato, etiam tollerato, publicè noto, quando indulſit, nè viteretur; nèc poteſt negari quin ſit bonum quoddam, nèc exiguum mortuorum, vt in loco ſacro condantur. 7

CONCLVSIO IV.

Præfati excommunicati, & homines violentèr interfecti, ſi ante mortem doloris ſigna ſuorum peccatorum dederint, ſunt in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepeliendi, ſi perſonæ fide dignæ teſtatæ fuerint de viſu. 8

Ità Sacra Epiſco. & Regular. Congreg. declarauit in accisione cuiuſdam Ioannis Bapt. Maſtrilli, qui dum excommunicatus manebat, ac occiſus eſſet; idcircò fuit extra ſacrum humatus: eius conſanguinei ſupplicarunt Sacram Congregation: quatenus ſtante, quòd dictus Maſtrillus, in mortis articulo, pœnitentia ſigna dederit, eius Cadauer in ſacro humari ordinauit, & cum eadem Sacra Congregatio ſuper pænitentiæ ſignis huiuſmodi per Epiſcop. informari 9

ſormari voluiſſet; idem Epiſcopus retulit prædictum Maſtrillum, in mortis articulo pronunciaſſe, dicendo; Madonna Santiſſima aiutatemi, *qua ſtante relatione Sacra eadem Congregatio, prædictum Cadauer Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi mandauit in vna Nolæ ſub die 19. Iulij. 1629. Congregatione.*

10 *Eadem Sacra Congregatio ſimilitèr declarauit die 16. Nouembris, 1635. ſuper quemdam presbyterum excommunicatum, qui ante mortem, doloris, ac pœnitentiæ ſigna præbuit: ac proindè ordinauit; vt eius cadauer ab excommunicatione abſolueretur, & in Eccleſia tumularetur, quæ certè duæ declarationes ſunt conformes Iuri cap. à nobis, de ſent. excommunic. & ſi conſtat, iniuſtè fuiſſe excommunicatum, poſt mortem abſolui poſſe ab excommunicatione; & in ſacro ſepeliri.*

Doctorum Allegationes.

11 *Tuentur hanc noſtram Theſem Abbas, & Falinus, in d. cap. à nobis, 2. de ſent. excommu. Ioan. à Lignano, tract. de cenſu. §. 26. q. 45. num. 21. Laurius, nu. 6. cap. 12. tit. 2. Barboſa, de parocho, cap. 26. num. 40. cum alijs nominandis.*

12 *Excommunicatus enim cupiens in ſacro ſepeliri videat in mortis articulo omninò, vt Eccleſiæ reconcilietur, iuxtà cap. ſacris, de ſepultur. & ſi copiam Sacerdotis non habeat, ad Deum corde rediens, ſigna vera contritionis oſtendat, & ſic ſepultura Eccleſiaſtica non carebit, dum vero corde pœniteat, & Teſtes de talibus ſignis doloris adſint.*

CONCLVSIO V.

13 De Iure ſolum Sacerdos *licitè*, ac *validè*, in mortis articulo excommunicatum denunciatum abſoluere poteſt, nulli eſt dubium: Attamen, deficiente illo, non eſt totalitér improbabile, etiam in mortis articulo Laicum illum abſoluere poſſe; eo fine, hic, & nunc, nè ſepultura careat, ac Miſſæ pro illius anima celebrentur, & oretur pro eo.

1 Probatur aſſertio ſic; Nàm in mortis articulo, vir baptizatus, etiam Laicus, licèt ſit hæreticus, & præciſus, valet ab excommunicatione abſoluere, vt multi Auctores ſtatim citandi, autumant; quia vir baptizatus eſt capax iuriſdictionis neceſſariè pro abſoluendo ab excommunicatione, in mortis articulo. ergo. 14

2 In omnium ſententia, Clericus primæ tonſuræ valet in mortis articulo abſoluere excommunicatum. ergo idem eſt dicendum de viro tantum baptizato; quia ſtando in iure diuino, vterque eſt capax talis Iuriſdictionis, ergo vera concluſio. 15

3 Nàm piè eſt credendum, Eccleſiam huiuſmodi Iuriſdictionem, in eo caſu neceſſitatis, Laico concedere, ſicut in ſimili caſu neceſſitatis concedit Sacerdotibus iuriſdictionem abſoluendi ab omnibus peccatis, quia ſunt capaces illius abſolutionis. ergo pari modo eſt dicendum, Laicum eſſe capacem abſoluendi à cenſuris. 16

4 Nàm Laicus in huiuſmodi neceſſitate moribundum abſoluens ab excommunicatione nequit illi nocere, ſed valdè prodeſſe poteſt mortuo, vt videlicèt in ſacro ſepeliatur, & in tali neceſſitate ſpirituali nè deſeratur moribundus excommunicatus, abſque Laici incommodo, deficiente Sacerdote, & ipſe Laicus eſt capax, cui Papa volens demandare, poteſt iuriſdictionem conferre, in omnium ſententia DD. ergo in tali neceſſitate, credendum eſt ei demandare, nè moribundus excommunicatus poſt mortem, tantis bonis Eccleſiaſticis priuetur, ergo vera aſſertio. 17

5 Ma-

Digitized by Google

18 Maximus namque eſt effectus Laici abſolutionis in moribundum excommunicatum; quià videlicèt hæredes, pro eo non tenebuntur Papam adire, nèc excommunicationem pro abſolutione petenda, & poterunt ſic à Laico abſolutum in ſacro ſepeliri,& pro illo Miſſas dicere. vndè non eſt proindè pius parochus damnandus,ſequens talem probabilem ſententiam; maximè, vbi de facili non adiri poteſt ad Iudicem excommunicantem, vt ab illo abſolutio impetretur, priuſquam defuncti corpus ſepulturæ tradatur.

19 Et in præſentia eſt aduertendum, vt quotiès abſolutio non eſt à Sacerdote facta à cenſuris, obtineatur poſteà noua abſolutio à Reſeruatore eius ſi commodè fieri poteſt; quia ſi Laici abſolutio bona, & valida non exiſteret, ſuffragia facta pro mortuo excommunicato non prodeſſent; & ideò hæredes poſt mortem impetrare valent ab illo, ad quem de iure ſpectat abſoluere ab illis cenſuris, quibus innodatus erat mortuus.

Doctorum Allegationes.

20 *Tuentur hanc noſtram Theſem Syluest. verb. Abſolutio. 8. & 9. Angelus, abſolutio. 1. Armilla, ibid. Gloſſa in cap. à nobis, de ſent. excommunic. Cagnolus, in l. Heratius. ff. de regul. iuris, Aſinius, in l. ſcriptus heres, §. ſed tunc num. 93. ff. de religio. & ſumpt. funer. Dilectus, de arte teſtandi, tit. 9. de ſepultur. §. quo remedio, excommunicatus non careat Eccleſias: ſepultura, Lauorius, nu. 6. cap. 12. tit. 2. Ledeſma, tom. 1. ſumm. de excommunicat. cap. 8. dub. 4. concluſ. 2. alter Ledeſma, p. 4. q. 26. art. 1. Ioan. de la Crux, dub. 4. concluſ. 2. in ſuo direct. conſci. Sancius, in ſelectis, diſp. 4. num. 2. Ioan. Valerus, de different. vtriuſque fori, verb. abſolutio, differentia. 13. num. 2. Auila, de cenſur. p. 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 3. Ragucius, in lucerna parochor. q. 124. de Abſolut. Layman, lib. 1. tract: 5. p. 2. cap. 6. num. 2. alios citans, Philippus de la Crux, tract: 1. § 1. de confeſſor: Marchinus, in ſuo tract: de bello diuino, p. 3. cap. 12. num: & ſeqq: vbi aſſerit, omnes teneri, hanc aſſertionem ſequi, Trullench, in Bullam Cruciata, lib. 1. §. de 7. cap. 2. dub: 5. num. 7. Sanchez, tom. 1. ſumm: lib. 2. cap. 13. num. 13. Diana, p. 3. tract. 4. reſolut: 133. & in addict. reſolut: 12 & p. 5. tract: 3. reſol: 77. & tract: 9. reſolut: 7. & cæteri, de communi ſententia.*

CONCLVSIO VI.

21 Excõmunicatus conſtitutus in mortis articulo, quamuis ſigna doloris, ac pœnitentiæ dederit, ſi ab excommunicatione minimè abſolutus fuerit, nequit in ſacro ſepeliri; ac proindè à legitimo Superiore, ſi tempus adeſt, petenda eſt abſolutio,quamuis per Diœceſanum ad ſepulturam Eccleſiaſticam admitti valeat, aliàs, in foro pœnitentiæ abſolutus maneat.

Doctorum Allegationes.

22 *Ità aſſerunt hanc Theſem noſtram Syluest: verb: ſepultura, num: 9. Nauarr: conſil: 5. num: 1. & 3. de ſepultur: Sayrus, lib: 2. de cenſur: cap. 3. num: 13. Ugolinus, de cenſur. tabula. 2. cap. 9. Bonacina, de cenſu: diſp: 2. q. 2. punc: 3. §. 3. num: 7. tom: 1. Rubeus, num. 12. verb: ſepultura, Gauantus, num. 16. ibib: in ſuo manu: Epiſco: vbi affert deciſionem S. Congreg: Epiſco: & Regular: factam die 17. Maij, 1583. Villalobos, tom. 1. ſumm: tract: 16. difficult: 20. num: 20. Moſcoſus, in ſumm: tract. 16. cap. 7. num. 5. Diana, p. 5. tract: 9. reſolut: 24.*

CON-

CONTROVERSIA X.

AN pœnę taxarę ſint pro illis, qui præfatas perſonas in loco ſacro ſepeliunt, à Iure Canonico prohibitum,& etiam, qui fidelium corpora in Eccleſia, vel Cœmeterio tumulata, exhumant, & expoliant?

CONCLVSIO I.

Qui ſcienter, Paganos, Infideles;
1 Iudæos, Turcas, excommunicatos nominatim, ac publicè Interdictos, Apoſtatas à fide Sciſmaticos, manifeſtos Vſurarios, duelliſtas, & pugnantes in torneamentis, ſepeliunt, vltrà mortale peccatum, quod perpetrant, eo ipſo excommunicati euadunt, & abſolui nequeunt, niſi priùs ad arbitrium Diœceſani, illis, quibus iniuria irrogata fuerit, ſatisfactionem exhibuerint competentèr; nullo ſuffragante indulto, circà prædicta exemptionis, vel quouis alio priuilegio, ſub quacumque forma conceſſo: in cæteris alijs caſibus, tantum peccatum mortale committunt.

CONCLVSIO II.

Hęreticos eis credentes,fautores eo-
2 rum,Receptatores, defenſores ſcienter ſepelientes in Eccleſia, vel Cœmeterio ſunt ipſo facto excomunicati; Et tot excommunicationes incurrunt, quot ſunt ſepultorum qualitates. *Clement.* 1. *de ſepultur*: *cap. quicumque de haret. in* 6.

3 Qui abſolui nequeunt, niſi condignam ſatisfactionem dederint, ac propris manibus publicè exumauerint, ea foras proiecerint huiuſmodi damnatorum corpora: quòd ſanè eſt ſeruandum quo ie cumque diſcerni poſſunt, alias, non; cum non expediat, cum excōmunicatorum oſſibus fidelium corpora diſhumentur. *cap. quoniam, de hareticis, in* 6. *& cap. ſacris de ſepultu ris.* Nàm ſicut iuſtis in Patria non obeſt nulla-ſepultura, vel vilæ; ità impijs in Inferno manentibus,celebris vel ſpecioſa ſepultura haud prodeſt; Immò grauitèr nocet quia in Inferno grauius puniuntur. *cap. cum grauia.* 13 *q.* 2.

Alios verò ſepelientes, à Iure prohibitos in ſepultura Eccleſiaſtica, incidunt in pænas à ſacris Iuribus inflictas, 4
in clement: 2. *de ſepultur: & mortalitèr peccant, cap. violatores.* 25. *q.* 1.

CONCLVSIO III.

Cooperantes, aſſociantes, terram aperientes,incurrunt excommunicationem tamquam in crimine participantes; quandò videlicèt, tumulatio ſequitur, excōmunicatorum,& vſurariorum. 5

Nàm aliud eſt ſepelire, ex clement: 1. *dicta, aliud exportare, & aliud in Cœmeterio humare, ex d. clement:* 1. *& cap. ad hac de pœnis, cap.* 11. *qui, de ſent. excommu: in* 6. *cap. ſacris, de ſepultur: & aliud tradere ſepultura, cap. quia in omnibus, de vſur: cap.* 2. *de haret & aliud ad ſepulturam admittere, cap. quamquam, de ſepultur: in* 6. *& aliud, ſepultura Clericos intereſſe, cap. ſuper eò, de raptor: aliud corpora, cum ſpalmis ad ſepulturam comitari cap.placuit.* 23. *q.* 5. *aliud quandò pracipiunt extrà Cœmeterium ſubterra, ri, cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachor: aliud, quandò permittitur cum ſilentio tumulari, cap. quod in te, de pœnit: & remiſſ: cum igitur loquatur de ſepelientibus, non videtur proindè, ad alios extendi.* 6

Doctorum Allegationes.

Sic, namque aſſerunt Doctores in his citatis Iur.bus, has omnes aſſectiones noſtras, 7

S

ſtras, Gloſſa, in clement. 1. *verb. ſepeliri, Syluest. verb. ſepultura, cum omnibus ſummiſtis, eod. verb. Nauarr: in ſumm: cap.* 27. *num.* 137. *Caietan: verb: excommu: cap.* 46. *Bonacina, de cenſur: diſp.* 2. *q.* 2. *punc.* 3 §. 3. *num.* 8. *cum cæteris allegatis ſuprà, & allegandis.*

CONCLVSIO IV.

8 Excommunicati denuntiati ſi in loco ſacro reperiantur tumulati, ſunt exhumandi, & proijciendi in locum non ſacrum, ſi eorum oſſa diſcerni valeant, aliàs, non; *cap. ſacris, de ſepultur.* ſi Infideles fuerint ſepulti, non ſolum ſunt exhumandi, ſed parietes ſunt etiam radendi, & de albandi. *cap. Eccleſiam*, 1. *de conſecrat. diſt.* 1. & eſt reconcilianda Eccleſia.

CONCLVSIO V.

9 Excommunicati euadunt illi, qui ſepelire faciunt excommunicatum nominatim, & cædulatum; cuiuſmodi ſunt hæredes, aut conſanguinei, ad quos hos ſpectat, Rectores, & Clerici Eccleſiæ, vbi cadauer ſepelitur, & qui manibus proprijs ſepeliunt. nàm huiuſmodi ſepelire dicuntur, quamuis manibus proprijs hoc non agant, vt probatur, *ex cap. ad hæc de priuilegijs*; licèt mandantes regularitèr non compræhendantur in cenſura lata contrafacientes; tamen impræſentiarum, compræhenduntur, quandò aliàs, eſſet fruſtatoria, vel quaſi talis, vt probatur, *ex cap. ſi ciuitas, de ſent. excomm.*

Doctorum Allegationes.

10 *Tradunt concluſ: hanc noſtram, Suarez, tom* 5. *de cenſ diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 10. *Coninchus, de ſacramentis, diſp.* 4. *dub.* 8. *num.* 68. *Filliuccius, tom.* 1. *tract.* 12. *cap.* 5. *num.* 111. *Mercerus, de ſacram. in* 3. *p. D. Thom: q.* 21. *dub.* 7. *Megala, p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *q* 1. *num.* 15. *Diana, p.* 5. *tract.* 9. *reſolut:* 98 *Faber, de cenſur: in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 4. *æſtimat, tutiorem eſſe illam ſententiam. quæ extendit hanc cenſuram ad comitantes cantantes, Crucem deferentes, ſepulturam fodientes, portatores excommunicati mortui, & ſimiles; cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO VI.

Hæreticos notorios non dum denunciatos, qui in ſacro ſepeliunt in excommunicationem haud incidunt, *ex clement.* 1. *de ſepultur.* nèc locus ſacer, excommunicati ſepultura, aut hæretici non dum denunciati, violatur. 11

Doctorum Allegationes.

Tenent aſſertionem Nauarr. in ſumm: cap. 27. *num.* 137. *Henriquez, lib.* 3. *cap.* 11. §. 3. *Ægidius, tom.* 1. *diſp.* 14. *dub.* 10. *Auila, p.* 2. *de cenſur: diſp.* 10. *dub.* 6. *Layman, lib.* 1. *tract.* 1. *p.* 2. *cap.* 4. *num:* 8. *Diana, vbi ſuprà, cum alijs dicendis. Nàm eo ipſo, quòd tales non ſunt vitandi, ſed tolerati ſunt, nulla excommunicatio à fidelibus incurritur, ex eorum excommunicatione, &c.* 12

Qui autem poſt mortem de hæreſi conuincuntur, ſunt ſepultura priuati, atque diſhumandi ſunt, ſi decerni poſſunt eorum oſſa. Sic Nauarr. cap. 2. *de pœnit. & remiſſ. diſt.* 7. *Perez, ad l.* 4 *tit.* 4. *lib.* 8. *ordin. fol. mihi,* 94. *Barboſa in DD. collectan. lib.* 3. *decretal. tit.* 28. *de ſepultur. cap. ex parte, num.* 6. *cum alijs nominandis.* 13

CONCLVSIO VII.

Violantes Sanctorum ſepulchra, eo ipſo manent excommunicati, indè reliquias 14

liquias alienando , non ſolum de locis Vrbis Romæ , ſed etiam in alijs locis extrà Vrbem , Reliquias vtique auferendo ſine fractione , vel cum fractione . Corpora enim Sanctorum perpetuò ſepulturæ tradita erui non poſſunt, & transferri ſine Papæ licentia, ſeù Ordinarij , aut Synodi , aut Canonicorum Capituli , excepta neceſſitate incendij , vel reparationis , ſeù Altaris mutatione , *cap. corpora , de conſecrat. diſt.* 1.

15 Item , incurrunt in excommunicationem, ſepulturæ transferendæ cauſa , Cadauer exenterans,aut comminuens . Infamiam iuris , ipſo facto incurrunt , & Irregulares fiunt quicumque de ſepulchro violato , fuerint damnati. *cap. Infames. 6. q.* 1. & hodie, de iure canonico , & ciuili , ſi ſepultura ſit in loco ſacro , cenſetur crimen publicum , quia eſt crimen ſacrilegij ; & idcircò damnatus ſit infamis, & Irregularis , & pœna prædicta procedit , & dicitur Violator ſepulchri , ſiuè illud frangat ; ſiuè deformet, ſiuè in eo mortuos ſpoliet .

Doctorum Allegationes.

16 *Docent hanc noſtram Theſem cum ſuis annexis , Turrecremata , cap , d.* Infames , *6. q. 1. Sayrus , lib. 7. cap. 11. nu. 8. Vgolinus , de irregularit. cap. 60. §. 4. num. 6. l. 1. ff. de ſepulchr. violat. l. infamem: ff. de publ. Iudic. & l. Iulia peculatus , per gloſſam , in 8. Lex Iulia, inſtit. de publicl. Iudic. Layman , lib. 4. tract. de ſacrileg. cap. 7. num. 8. lib. 4. tract. 7. de feſtor. obſeruat. cap. 5. nu. 17. Menochius, lib. 2. de arb. cap. 389. num. 12. Theſaur. p. 2. ſua praxis, cap. 1. ſepulchri violatio , Sanchez , tom. 1. ſumm. lib. 2. cap. 43. nu. 25. Genuenſis , cap. 56. num. 1. & 2. Sylueſt. verb. ſepultura , q. 13. & cæteri allegandi .*

CONCLVSIO VIII.

17 Spoliantes , & exhumantes fidelium corpora , non ſolum infamiam incurrunt , & Irregularitatem , ſed ipſo facto excommunicati euadunt , & de iure ciuili in pœnam mortis incurrunt ; ſi hæc faciant , ſiuè iuſta cum cauſa , ſiuè non , abſque Iudicis Eccleſiaſtici licentia , veſtes , & anulum auferentes , & ſi exenterant , concidentes , vt ad alium locum transferant oſſa , & ſimilia , ac eſt Papæ reſeruata talis cenſura .

18 Nàm corpus defuncti fidelis in Eccleſia habetur , & ſepultura , vt in ſua requie , vſque ad diem Iudicij ; & illa violatur, & domus , ac defuncti tabernaculum , ac idcircò pœnam , & ſacrilegij pœnam habent ; cum huiuſmodi violatio ; & vis in loco ſacro fit , vt dicitur *in l. prætor ait , ff. de ſepulchro violato , §. aduerſus eos .*

Doctorum Allegationes.

19 *Ità autumant noſtram Theſem , Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 36. § 7. Suarez , tom. 5 de cenſur. diſp. 22. ſect. 5. Theſaur. p. 2. cap. 2. vbi ſupra , Lezana , tom. 4. verb. ſepultura quò ad Regulares . num. 21. Baſſeus , in ſumm. verb. ſepultur. num. 1. & cæteri ſupra relati , & nominandi .*

CONCLVSIO IX.

20 Sepelientes corpus fidelis occultè , extra Eccleſiam , ob aliquem finem ; de iure ciuili , adeſt mortis pœna , de iure canonico , ſunt ipſo facto excommunicati .

21 Cuius eſt ratio ; quia hoc fit ſemper ad aliquod magnum delictum occultandum , ſeù peſtem occultandam , vt ſæpiſſimè in tali tempore euenit , nè illius bona igne crementur .

Digitized by Google

Doctorum Allega tiones.

22 *Ità affirmant noſtram hanc Theſem Iulius Clarius, lib. 5. q. 68. §. vlti. num. 41. in ſua praxi criminali, Menochius, lib. 2. de arbitr. caſ. 264. cum alijs citatis, & citandis.*

CONCLVSIO X.

23 Sententia ſi feratur nè cadauer ſepulturæ tradatur, appellari non poteſt; quia hominis ſepultura non recepit dilationem temporis. *L. ne corpora, ff. de Religio. & ſumpt. funer.* ac ideò qui ſepultura priuata Eccleſiaſtica, nequit ius ſuum in alterum transferre, vt ſi ſit, e. g. hæreticus.

Doctorum Agationes.

24 *Tradunt hanc noſtram concluſionem Bellencinus, de ſubſidio charitatiuo, q. 15. num 5. Gloſſa, & Ioan. Andr. in cap. ex parte. 1. de ſepultur. vbi Ancharan. nu. 4. Lauorius, cap. 9. num. 75. & num. 105. tit. 2. Lambertin. lib. 1. q. 2. p. 2. art. 3. de Iure patron. cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO XI.

25 Animabus, quæ pœnis Purgatorij expiandæ, deſtinantur, ſanè prodeſt illarum corpora, ſi in Eccleſia tumulentur, cum illarum proximi, & Amici, & conſanguinei, quotiès ad eadem ſacra loca vadunt, & ſepulturam reſpiciunt, recordantur, & pro illis præces Deo mittunt, & idcircò ſepultura dicitur monumentum, quia fidelium mentem monet.

CONTROVERSIA XI.

An ſepultura Eccleſiaſtica Interdicti tempore ſit prohibita, & quibus perſonis? vbi plura ſcitu digna curioſa reſoluuntur ad rem.

CONCLVSIO I.

Sepultura Eccleſiaſtica interdicitur Chriſti fidelibus, quandò nominatim Interdictum mandatur, & quandò eſt interdictum generale, omnes homines vtriuſque ſexus compræhendit, *ex clement. 1. de ſepultur.* 1

Doctorum Allegationes.

Ità autumant hanc Theſem noſtram Innocent. cap. final. de exceſſ. Prælator. Barboſa, in collect. DD. ad 3. cap. num. 40. de priuilegijs, & ad cap. quòd in te, num. 10. de pœnit. & cap. 26. de parocho, num. 41. multos alios allegans, Vgolinus, de cenſur. tab. 5. cap. 13. §. 4 & cap. 15. §. 4. Zabarella, in clement. 1. de ſepultur. Sylueſt. verb. Interdictum. 6. §. 2. & verb. ſepultura, num. 9. verſ. 9. & cæteri omnes. 2

CONCLVSIO II.

Interdicti tempore generalis in ſacro aliquem interdictum ſepeliens, eo ipſo remanet excommunicatus, & eſt Papæ reſeruata. Et ſi Prælatus mandet, vt in Eccleſia ſepeliatur, non eſt ei obediendum. *cap. ſi Dominus. 9. 3. cauſ. 9. & cap. 2. de maiorit. & obedi.* niſi Prælatus, aliàs, interdixerit. 3

CONCLVSIO III.

Qui eſt nominatim interdictus, & ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus caret ſepultura 4

pultura Eccleſiaſtica. *cap. is cui 20. §. talis, de ſent. excommun. in 6.* ſecùs eſt dicendum, ſi tantum à diuinis eſt interdictus.

CONCLVSIO IV.

5 Interdicti tempore generalis nominatim, ſepelientes in campis non incidunt in pœnam *Clementi.* 1. licèt loca eſſent penès Eccleſiam, dummodo non ſint benedicta, & ad vſum ſepulturæ deputata.

Doctorum Allegationes.

6 *Sequuntur has omnes Theſes noſtras dicti Doctores nuper dicti, & inſuper. Vitalin. in Clement. 6. de ſepultur. num. 63. Lanorius, cap. 13. num 1. & 2. tit. 2. Galganetus, de Iure publici. lib. 3. tit. 109. num. 36. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO V.

7 Interdicto generali perſonali, perſona ſic interdicta, interdicto perſonali ſpeciali, nullus ſepeliri poteſt, ſepultura Eccleſiaſtica. *ex cap. ſi Ciuitas, de ſent. excommun. in 6.* vbi dicitur; Interdictum perſonale generale ligare ſingulas perſonas.

Doctorum Allegationes.

8 *Ità aiunt concluſionem hanc noſtram Faber de cenſur: in 4. diſt. 25. q. 3. diſp. 5. cap. 2. num. 56. Turrianus, lib. 6. de cenſur: diſp. 11. dub. 11. Prapoſitus in 3. p. D. Thom. q. 4. de interdicto, dub. 4. nu. 11. Megala, p. 3. lib. 6. cap. 2. num. 6. Diana, p. 5. tract. 10. de interdicto, reſolut. 67. cum alijs.*

CONCLVSIO VI.

9 Clerici interdicti tempore nequeunt ſepeliri in Eccleſia ſpecialitèr interdicta. quia priuilegium Clericis indultum pro interdicti tempore generalis, nequit extendi, de iure, ad Eccleſiam ſpecialitèr interdictam, *iuxtà regulam l. ius ſingulare. ff. de leg. & ex cap. quod ante:* vbi tantum loquitur de Interdicto generali Terræ, & quam iis concederetur in ſpeciali omnium Eccleſiarum, eandem rationem dari, non ideò in materia, quæ à communi iure exorbitat, debet conſequentia admitti, ſeù extenſio; *iuxtà regulam iuris, de regul. iuris in 6.*

CONCLVSIO VII.

Clerici etiam primæ Tonſuræ, qui Interdictum ſeruarunt, non priuantur ſepultura, ſed ſepeliendi ſunt cum ſilentio, abſque campanis. Non interdictus verò ſepulturis loco interdicto, eo relaxato, ibidem remanebit. 10

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt has Theſes noſtras, Gloſſa in Clement: 1. de ſepultur: verb: aiunt, Butrius, in cap. final. de exceſſ. Prælat: Innocent: ac Ioan: Andrea ad cap. quòd in te, de pœnit: & remiſſ: Barboſa, tract. de claui: poteſt: vbi de cenſur: Alterius, tom: 2. de interdict: diſp: 6. cap. 4. Lanorius, num: 5. & 10. vbi ſuprà, item Gloſſa, in cap. nullus, 13. q. 2. & ibi Turrecremata, Conradus Brunus de ceremonijs, lib: 2. cap. 2. verſ: illud tamen, Petrus Gregorius. ſintag: iurium, lib. 2. cap: 13. num: 2. Nauarr: in ſumm: cap. 27. num: 181. Couarrunias, in cap. Alma Mater, num: 7. verſ: Clerici, p. 2. Vgolinus, cap. 9. de cenſur: tabu: 15. Henriquez lib: 13. cap: 44. §. 4. lit. x. Rodriquez, tom: 2. qq. regular: q. 110. art: 1. Auila, diſp: 4. de cenſur: ſect: 3. concluſ: 3. Sayrus, cap. 8. num: 6. lib. 5. de cenſur: Suarez, tom. 5. 11

de cenſur: diſp: 35. ſect: 1. nu: 4. cum alijs nominandis.

CONCLVSIO VIII.

12 Sepulturæ Eccleſiaſticę vſus per omne interdictum, ſiuè locale, ſiuè perſonale, prohibetur etiam infantibus vſu rationis carentibus.

Doctorum Allegationes.

13 *Subſcribunt huic noſtra concluſioni Couarruuias, p. 2. in d. cap. Alma mater, §. 1. num: 3. verſ: hoc autem, Vgolinus, tab: 5. cap. 9. de cenſur: Henriquez, lib. cap. 44. §. 4. Auila de cenſur. diſp. 4. ſect. 3. Suarez, tom: 5. de cenſur: diſp. 35. ſect. 1. Rodriquez, vbi ſuprà, Miranda, tom. 2. q. 37. art. 8. concluſ: 4. Sayrus, lib. 5. cap. 8. num. 41. & cap. 4. nu. 22. de cenſur. Barboſa, in collect: DD. lib. decretal: cap quòd in te, 11. §. licèt autem, num. 10. Ægidius de cenſur: tom. 2. diſp. 17. num. 11. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO IX.

14 Interdictus ſi eſt locus ob delictum totius populi, nullus de illo populo eſt in ſacro ſepeliendus: ſecùs verò, ſi in damni pœnam eſſet, licèt interdictum reſpiciat perſonas, non tamen inculpabiles compræhendit, quas in terdictum concomitatur quoſcumq; incurrerit, ſic vt lepra lepr oſum. vnde inculpabiles ſepeliri poſſunt extrà parochiam populi interdicti.

CONCLVSIO X.

15 Interdictus ſi eſt locus ob Eccleſiam pollutam, eſt priùs reconcilianda, vel alibi eſt Cad uer tumulandum: & Eccleſia interdicta, etiam Cœmeterium contiguum intelligitur interdictum, ſed non è contra: quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, *cap. acceſſorium, de regul. iuris, in 6.*

CONCLVSIO XI.

Eccleſia, ſeù Cœmeterium quandò eſt interdictum, vel ſi eſt ſepultura interdicta, electa in ſuorum maiorum ſepultura tumulabitur; ſi non adeſt, in parochia eſt tumulandus; ſi parochia eſt interdicta; in Eccleſia maiori; ſi verò omnes ſunt Eccleſiæ interdictę, in Eccleſia viciniori Regularium, dum tamen iſte non ſit de iure ſepultura priuatus, ac carere mereatur. 16

Doctorum Allegationes.

Suſtinent has Theſes noſtras, Petrus de Vbald: de cano: portio, cap. 12. Medices q. 7. num. 33. de ſepultur: Lauorius, cap. 13. num. 15. tit. 2. tom. 1. variar: lucubrat: cum cæteris ſuprà citatis, ac citandis. 17

CONCLVSIO XII.

Regulares omnes, ſiuè in Eccleſia, ſiuè in Cœmeterio, interdicti tempore ſepeliri queunt ſine tamen ſolemnitate, & campanarum pulſatione, inter miſſa rum ſolemnia, *cap quòd in te, de pœnit. & remiſſ.* 18

Doctorum Allegationes.

Tenent communitèr omnes Doctores, Nauarr: in ſumm: cap. 27. num. 176. Syl. ueſt: verb. interdictum, 5. q. 8. Sotus, in 4. diſt: 22. q. 3. art. 1. Henriquez, lib. 13 cap. 44. Suarez tom. 5. de cenſur: diſp. 31. ſect: 2 & 3. Reginaldus, lib. 32. tract: 3. num: 37. Sayrus, lib. 3. de cenſur: cap. 7. num. 6. Bonacina, de cenſur: diſp 5. punc: 5. num. vlt: Tamburinus. tom. 2. de iure Abbat: diſp: 46. q. 7 num. 2. 19

Et quòd de Interdicto dicimus, 20

aſſe.

Digitized by Google

aſſerimus de Ceſſatione à diuinis quòad ſepulturam preſtandam, túm Regularibus, tùm Clericis, etiam primæ tonſuræ cum eiſdem his, & ſuprà citatis Doctoribus.

CONCLVSIO XIII.

21 Confratres, & Germani ſecundum carnem Fratres, ordinis Patrũ Prędicatorum, ex ſpeciali indulto facto tali ordini à Ioan. 22. Papa, dicto 23. ſepeliri poſſunt, interdicti tempore, in Eccleſia vel Cœmeterio huius ordinis, niſi aliàs, fuerint excommunicati publici, vel nominatim tales denunciati, & non ſint interdicti cauſa.

Doctorum Allegationes.

22 *Autumant noſtram Theſem Rodriquez, tom: 3. qq. regular: q. 58. art. 6. Caſſarubius, in compend: priuilegio: Mendicant: verb: interdictum, 3. num: 3. Lezana, to: 2. cap. is. num: 61. & cæteri Collectores priuilegiorum.*

CONCLVSIO XIV.

23 Interdictus ab Eccleſiæ ingreſſu, ſi interim moriatur cum ſignis pœnitentiæ, abſque abſolutione huius interdicti à perſonis fide dignis viſis, in ſacro ſepeliri poteſt. quia eo ipſo, quòd mortuus eſt cum pœnitentia, à Iure manet abſolutus: nàm tale interdictum, quantum ad hunc effectum poſitum erat, *niſi pœnituerit:* ſed impleta tali condictione, interdictum eſt ablatum.

Doctorum Allegationes.

24 *Affirmant noſtram hanc Theſem Couarruuias, ſequutus, & relatus ab Auila, p. 5. diſp: 4. ſect. 3. dub. 1. concluſ: 1. de cenſur: Corneio, in 3. p. D. Thoma, tract: 5. de interdicto, diſp. 2. §. 4. q. 2. Bonacina, de cenſur: diſp: 5. punc: 5. num: 11. Diana, p. 5. tract: 10. reſolu: 75. cum aliis nominandis.*

CONTROVERSIA XII.

AN Sepulturæ Eccleſiaſticæ prohibitio, Interdicti tempore locum habeat, tempore Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, Pentecoſtes, Natalis Domini, Corporis Chriſti, & Aſſumptionis B. M. V. in quibus ſolemnitatibus celebrari conceditur *à Iure cap. Alma Mater, de ſent: excommunicationis.*

CONCLVSIO I.

In cap. alma Mater, verſ: in feſtiuitatibus, de ſent. excommunic: facultas pręſtatur, in his recitatis quinque feſtiuitatibus magnis, Interdicti tempore, vt pulſentur campanæ, & ianuis apertis, alta voce, diuina celebrentur, & perſonæ interdictæ ad illa admittantur; exceptis tamen excommunicatis nominatim. 1

CONCLVSIO II.

In præfatis quinque ſolemnitatibus, ſecundum veriorem, probabiliorem, ac in praxi tutiorem ſententiam eſſe dicimus, vti poſſe hoc Iuris priuilegio, prętandi Eccleſiaſticam ſepulturam decunctis decedentibus in his dictis ſolemnitatibus. 2

1 Probatur, quia ſepultura Eccleſiaſtica propter duo negatur. Primò, 3
namque ratione diuini officij annexi Eccleſiæ. Secundò, ratione dependentiæ ad ordinem, propter Eccleſiæ conſecrationem. vndè nec in loco ſacro ſine diuino officio, nèc extrà locum ſacrum cum officio diuino fieri poteſt.

ergo quandò vtrumque illorum ex priuilegio licet, conſequenter ſepultura licebit. Probatur conſequentia; quia cui communicamus viuo, defuncto etiam communicare poſſumus. ergo vera aſſertio.

4 2 Defunctus namque in dictis magnis ſolemnitatibus ſepeliri publicè poteſt, & ſolemnitér, niſi aliud non obſtet; ideſt, ſi non fuerit nominatim interdictus, & cauſa interdicti. quòd idcircò ſepultura Interdicti tempore eſt vetita, quià diuinum officium accedit, cum non debeat funus ad Eccleſiam deferri *cum diuino officio*, 13. q. 2. *quia diuina*; ſed diuinum officium in præfatis ſolemnitatibus ſolemniter celebrari permittitur. ergo pari modo ſolemnitèr permittitur, quòd eſt minus, defunctus ſepeliri.

5 3 Priuilegia etenim ſunt amplianda, & præſertim in caſu noſtro de ſepulturis, cum agatur in defunctorum bonorum fidelium vtilitatem, & commodum animarum, in Eccleſia eorum corpora ſepelienda, &c. & odia, in quam, reſtringenda, *cap. odia, de regul. iuris*, *in 6.* ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

6 *Defenſores ſunt huius noſtra Theſis Syl-ueſt: verb: interdictum*, 5. q. 2. §. 4. *Tabiena, ibid.* §. 11. *Angelus num:* 65. *interdictum*, 6. *Nauarr: in ſumm: cap.* 27. *nu.* 181. *Sotus, in* 4. *diſt:* 22. *q.* 3. *art.* 1. *poſt:* 4. *concluſ: Henriquez lib:* 13. *cap.* 44. *nu.* 5. *lit. A. in commentario, Calderinus, p.* 2. *de interdicto, num:* 14. *Couarruuias, in d. cap. Alma Mater, p.* 2. § 5. *num:* 6. *verſ:* 8. *Sayrus, lib.* 1. *de cenſur: cap.* 8. *num:* 10. *Sà, verb: interdictum, num:* 8. *Auila p* 5 *diſp:* 4 *ſect:* 3. *dub.* 4. *concluſ:* 1. *de cenſur: Moſcoſus, tract:* 16. *cap.* 8. *ſumm: Ioan: de la Crux. in ſuo director: p.* 2. *de ceſſat: à diuin: dub:* 1. *concluſ:* 3. *Medgala, p.* 3. *lib.* 6. *cap.* 2. *q.* 1. *num:* 44. *Tannerus, tom:* 4. *diſp.* 6. *q.* 10. *dub.* 8. *num.* 160. *Diana, p.* 5. *tract:* 10. *reſolut:* 68. *Viualdus, in ſuo candelabro aur: correpto, & Maiolus de irregularit: Lanorius, cap.* 13. *num:* 12. *tit.* 7. *cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO III.

Eſt quoque probabile admodum, & in praxi conſulendum, & obſeruandum, in præfatis ſolemnitatibus per particulare priuilegium ſepulturam Eccleſiaſticam defunctis præſtare, interdicti tempore. 7

Probatur; quia *ex cap. Epiſcoporum, de priuilegijs in 6. & ex cap. ſi ſententia de ſent, excommunic. in 6.* priuatio ſepulturæ eſt effectus interdicti diſtinctus à priuatione diuinorum officiorum; nec cenſetur ei neceſſariò connexus, ac ideò, ſepultura non dumtaxat ratione diuini officij prohibetur, ſed etiam ratione ſui. quia eſt vnius conceſſione, non benè infertur alterius conceſſio. 8

Doctorum Allegationes.

*Tenens concluſionem noſtram, Suarez, de cenſur: tom: diſp:*38. *ſect:*1. *num:* 13. *Coninchus, de ſacram: diſp.* 17. *dub:* 2. *num:* 55. *Prapoſitus, de interdicto, ad* 3. *p. D. Thom: dub:* 3. *num:* 12. *Hurtadus, de interdicto, difficult:* 9. *num:* 30. *Corneio, tract:* 5. *in* 3. *p. D. Thom: de interdict: diſp:* 3. §. 4. *q.* 1. *Gordonus, tom:* 2. *lib.* 7. *q.* 16. *cap.* 4. *num:* 44. *Fillinccius, tom:* 1. *tract.* 17. *cap.* 3 *nu.* 96. *Villalob. to.* 1. *ſum. tract.* 19. *difficult:* 8. *num.* 4. *Alterius, tom.* 2. *de cenſur: diſp:* 6. *cap.* 3. *Mercerus, in* 3. *p. D. Thom: q.* 24. *dub.* 4. *de interdict: Lauorius, num:* 13. *vbi ſuprà, Gloſſa, in clement:* 1. *verb. Ita vere, de ſepult: Cardinal: & Imola, in d. cap. Alma Mater, de ſent: excommu: in* 6. *Ugolin.* 9

lin: cap. 9. de cenſur: §. 1 *tabula* 5. *Stephanus Coſta*, *in cap. Alma Mater*, *nu.* 13 *& ibi Couarr. vbi ſupra cum alijs nominandis*.

CONCLVSIO IV.

Sepulturæ priuilegium, Interdicti
10 tempore ſepeliendi defunctos in dictis
ſolemnitatibus, locum habet à primis
veſperis, quouſque tria Feſta Paſchalia
per tres dies perfectos completos, diuina officia ſolemnitèr celebrantur.

Cuius eſt ratio, quià omnes dies il-
11 li Paſchales ſub nomine Paſchatum ſanè intelliguntur. ergo dum illi tres dies ſolemnitèr celebrantur, ſepeliri valent mortui. nàm diuina officia recitantur ob populi deuotionem. ergo.

Doctorum Allegationes.

12 *Sic aiunt noſtram Theſem*, *Magiſter Sotus*, *in* 4. *diſt:* 22. *q.* 3. *art.* 1. *Faber*, *de cenſ: in* 4. *diſt:* 21. *q.* 1. *diſp:* 5. *nu.* 43. *Auila*, *p.* 5. *diſp:* 4. *ſect:* 2. *dub:* 4. *Hurtadus*, *tract: de interdicto*, *difficult:* 7. *num:* 24. *Ioan: de la Crux*, *p.* 2. *ſui director: conſcient: de interdic: dub.* 1. *concluſ:* 3. *Ioan: Prapoſitus de interdic. dub.* 5. *nu.* 34. *Mercerius*, *q.* 24. *in* 3. *p. D. Thomæ de interdic: dub:* 3. *Meſcoſus*, *tract:* 16. *cap:* 8. *ſumm: Diana*, *p.* 5. *tract:* 10. *reſolut:* 61. *cum alijs dicendis*, *& dictis*.

Eſt ſciendum eſt modò, *quòd ſolemnitas*
13 *Reſurrectionis*, *D. N. ſumi ſaltem poteſt in caſu noſtro*, *à Gloria in Excelſis Deo*, *ſacri diei Sabbati*; *quia Eccleſia cenſetur tunc inchoare tantam ſolemnitatem*, *omnium ſolemnitatum ſupremam*; *verùm eſt tamen*, *quòd illarum octaua non comprehenduntur pro præſtanda ſepultura defunctis*, *ſed quia Martinus V. & Eugenius IV. his ſolemnitatibus addidere Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti cum octaua incluſiuè*; *idcircò ſepultura morientibus dari poterit*, *in tali octaua tota*, *interdicti tempore*.

CONTROVERSIA XIII.

AN Moribundo liceat in Eccleſia pro ſepultura honorabiliorem locum emere, abſque ſimoniæ labe; vt proindè abſolui poſſit, & in Eccleſia ſepeliri? vbi multa curioſa ad rem ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Quamuis enim de iure ciuili, per
mortui collationem, locus efficiatur 1
religioſus. *L. in tantum*, *in fine*, §. *de ſer. diuiſ.* attamen de iure canonico, locus non efficitur ſacer, niſi Diœceſani auctoritate, ad fidelium ſepulturam deputatus fuerit, & cum aliàs, locus non ſit ſacer, eſt adhuc in hominum comercio, ac vendi poteſt dubio procùl; *per cap. poſtquam*, *& cap. percipiendum.* 13. *q.* 2.

Doctorum Allegationes.

Eſt communiſſima noſtra hac aſſertio 2
inter cunctos Doctores, *quam docent Sylueſt: verb: ſepultura*, *q.* 1. *Ioannes de la Crux*, *in ſuo director: conſci: præcept:* 7. *q.* 5. *dub:* 9. *Tabiena*, *Armilla*, *Roſella*, *& alij ſummiſta*, *verb: ſepultura*, *Abbas*, *in cap: Abolenda*, *de ſepultur: & ibi omnes Canoniſtæ*, *Fœlinus*, *in cap. quantò*, *de iudic: Pariſius*, *conſil:* 34 *nu:* 14. *lib:* 4. *Sanchez*, *tom* 3 *de matrimo: lib:* 9. *diſp:* 15. *num:* 43. *& tom:* 1. *conſil: lib:* 2. *cap.* 3 *dub:* 14. *num:* 1. *Barboſa*, *in DD collectan. cap: in Eccleſiaſtico*, *nu.* 1. *Theſaurus*, *p.*2. *ſuæ praxis. cap. de ſepultur. Lezana*, *tom:* 4. *verb: ſepultura*, *quò-*

ad

Digitized by Google

ad Regulares, num: 14. *Bonacina, de ſimonia. q*. 4. § 6. *num*: 1. *Rodriquez, to*: 3. *qq. regul*: *q*. 18. *art*: 3. *Genuenſis, cap*. 33. *ſuæ praxis, Lauor. cap*. 10. *nu*: 25. & 26. *tit*: 2. *tom*: 1. *variar: lucubrat: Gratianus, in ſuis diſceptatio: forenſ: tom*: 1. *cap*: 210. *num*: 25. *Caſtro, conſil*: 369. *aliàs*, 563. *lib*: 3. *Rota in vna Tiraſorenſi ſepulturæ, coram Lancellotto*, 17. *Maij*, 1572. *& cæteri omnes nominandi*.

CONCLVSIO II.

3 Sepulturæ locus ſi ratione conſecrationis vendatur, ſeù plùs vendatur procúl dubio, eſt ſimonia iure naturali, ac diuino: ſi verò tantum ratione Terræ, non eſt ſanè ſimonia, nec iure naturali, nec diuino.

4 Prima pars probatur; quia eſt rei ſpiritualis venditio, pro re temporali. ergo 2. pars probatur; Nàm vendere rem ſacram, putà, calicem, ratione materiæ, ſimonia haud eſt de iure naturali, & diuino: quià in tali caſu, par ratio currit, tàm videlicèt de calicis materia, quàm de loci terræ materia, pro ſepultura, & eſt *D. Thomæ Doctrina, & ad illius mentem, in locis infrà ſtatim citandis*.

Doctorum Allegationes.

5 *Eſt aſſertio hæc noſtra non ſolum D. Thomæ, vt dictum eſt, ſed etiam omnium Doctorum allegatorum num*: 2. *& inſuper eam ſequitur* Layman, *lib*. 4. *tract*: 10. *cap. vlt*. §. 4. *num*: 36. *cum alijs citandis*.

CONCLVSIO III.

6 Sepulturæ locus ſi vendatur, quamuis de iure diuino, ac naturali minimè gentium, ſimonia ſit; attamen, de iure canonico ſimonia exiſtit quoties à Diœceſano fuerit pro Eccleſiaſtica ſepultura deputatus. *ex cap. abolenda, de ſepultur. & cap. non ſatis. & cap. audiuimus, de ſimonia, cap. cum in Eccleſia, ibid*.

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt hanc Theſem noſtram, D. Antoninus, p. 2. *tract*: 1. §. 22. *Syluest: verb: ſimonia, q*. 11. *Raphael de la Torra, ad* 22. *D. Thoma, tom*: 2. *q*. 100. *art*: 4. *diſp*: 7. *Gloſſa, in d. cap. abolenda, & ibi Abbas num*: 6. *Romanus, conſil*: 213. *Gulielmus Redan*: 3. *de ſimonia, cap*: 6. *num*: 15. *Genuenſ: cap*. 41. *num*. 18. *in prima edit: Rubeus, verb. ſepultura, Suarez, tom*: 1. *de Religio: lib*. 4. *de ſimonia, cap*. 14. *num*: 22. *Reginaldus, tom*: 2. *lib*. 23. *cap*: 16. *num*: 226. *Filliuccius, tom*: 3. *tract*: 45. *cap*. 3. *num*: 26. *Malderus, in* 2. 2. *D. Thom: tract*: 9. *cap*: 3. *dub*: 9. *Valboa Iuriſta, tom*: 2. *cap*. 9. *de Iudic*: 69. *alios allegans, Barboſa, in cap. abolenda, de ſepultur: num*. 2. *DD. collectam plures alios citans, Concilium Varenſe relatum à Gratiano, in cap. præcipiendum*, 13. *p*. 2. *Synodus Tiburienſis, cap. is, qui* 1. *q*. 1. *& cano*: 16. *cap. de ſimonia, Concil: Meldenſe cano*: 63. *&* 72. *D: Gregor: Papa, lib*. 7. *epiſt*: 15. *relat: in cap. quaſta*. 13. *q*. 2. *& cæteri omnes nominandi, de communi ſententia*. 7

Ratio autem eſt adæquata; quià illa Terra conceſſa eſt putredini, & non conuenit de alieno luctu facere compendium; vndè qui ius habet ſepeliendi, illud ſine ſimonia vendere nequit, *ex multis capitulis conſtat noſtra aſſertio, de ſimonia*. 8

CONCLVSIO IV.

Pro ſepulturę loco conſuetudo ſi ad ſit, vt aliquid detur, & nullum exiſtat ſcandalum, & ſit talis conſuetudo introdu- 9

Digitized by Google

troducta cum legitima ratione compelli Laici poſſunt ad eam manutenendam, & ad obſeruandam, duplici iure, nempè, ſi hoc recipiatur, non quidem, vt ſepulturæ prætium, ſed pro Eccleſiæ fabrica; cum ſit congruum, defunctos contribuere, qui Eccleſiam inhabitant ad eius reparationem. 2. ſi hoc ſumatur, pro miniſtrorum ſuſtentatione; ſicut datur eleæmoſyna pro celebrandis miſſis.

Doctorum Allegationes.

10 *Plures Doctores recitati in ſuperioribus tradunt hanc noſtram Theſem, Sanchez, & Lezana, tom: 2. in d. l. citatis, Portellus, de dub: regul: verb: ſepultura, nu. 10. Rodriquez, & Barboſa, vbi ſuprà, & de iure Eccleſiaſtico, lib: 2. cap. 10. num: 22. Villalobos, tom: 2. ſumm: tract 31. difficult: 2. Suarez, tom. 5. de cenſur: diſp: 22. ſect. 4. num. 25. Hieronym: Rodriquez, reſolut: 128. num: 2. in qq. enucleatis, cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO V.

11 Simoniam prædictam minimè ſanè committit filius familias ſoluens parocho pecuniam recuſanti ſuum ſepelire Patrem, licèt ſimoniam ipſe Parochus committat, talem recipiens pecuniam, qua tamen ſpontè data, pro eleæmoſyna, aut liberalitatis gratia, eam accipere valet, *ex cap. quæſta, 13. q. 2. & cap. præcipiendum, cap. dilectus, de ſimonia.* Et ſi ſepultura vendatur, libera erit Eccleſiæ, licèt ipſe Rector, aut Parochus eam emerit.

Doctorum Allegationes.

12 *Amplectuntur Theſem hanc noſtram, Lambertinus, lib. 3. q. 8. art. 2. de iure patronatus, Medices, q. 16. num. 42. de ſepultur: Lauorius, num. 6. cap. 10. tit. 2. vbi ſuprà, cum alijs relatis, & referendis.*

CONCLVSIO VI.

Clerici minimè obligati ad ſepelienda defunctorum cadauera, laboris ratione aliquid accipere valent, non quidem, vt prætium ſed vt ſubſtentationem; *cap. charitatem, 12. q. 2. & cap. cum ex officio.* 13

CONCLVSIO VII.

Sepultura quandò eſt pro Confratribus alicuius Eccleſiæ Confraternitatis Laicorum determinata, ac fit pactum, ſeu taxa, vt ſcilicèt, ſi extraneus ſepeliri velit ibi certum quid ſoluat; ſimonia, omninò indubitanter committitur, *ex cap. audiuimus, & cap. ſicut de ſimonia.* 14 15

De qua re, videatur Angelicus Doctor, D. Thomas, 2. 2. q. 68. art. 3. ad 3. & q. 100. art. 4. ad 3.

CONCLVSIO VIII.

Præfatus moribundus valet prò vtroque foro licitè ac validè, abſque ſimoniæ labe, locum honorabiliorem emere ac digniorem in Eccleſia prò ſepultura, & ibi ſepeliri. 16

1 Probatur; quia in tali caſu non eſt vendere ſepulturam, ſed locum digniorem, & honorabiliorem in Eccleſia; ſed hoc non concernit ſpiritualitatem, & tamquam non neceſſarium ad ſepulturam, permitti debet, ac licitè poteſt, & illius venditio, quatenùs non eſt ſimonia, poterit tuta conſcientia pro vtroque foro talem locum digniorem emere; quià talis locus dignior, & honorabilior eſt prætio æſtimabilis, ergo vera concluſio. 17

2 Nàm illa, quæ ſunt ſunt ſpirituali 18

à par-

à parte ante annexa, vendi queunt, cum remota illa annexione, nihil ſpiritualitatis remaneat: quòd ſecùs eſt in annexis, & connexis à parte poſt; quæ nullo modo, à ſpiritualibus ſeparari poſſunt. ſed in caſu noſtro, locum emere in Eccleſia digniorem, & honorabiliorem pro ſepultura, nullam annexionem, & connexionem habet cum ſpiritualibus, niſi remotè ſatis. ergo vera concluſio.

19 3 Nàm huiuſmodi locus dignior, & honorabilior non eſt ad ſepulturam, neceſſarius, ac idcircò non venditur ſepultura, nèc ſacrum, & Eccleſia habet Cœmeterium, vbi gratis fideles ſepeliuntur. ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

20 Eſt communiſſima noſtra hæc Theſis inter omnes Doctores, quam docent D. Thom: 2. 2. q. art 4. ad 3. & in 4. diſt: 25. q. 3. art: 2. queſtiunc: 3. ad 2. Turrecremata, p. 2. in cap. dictum eſt, 1. q. 1. Magiſter Sotus, lib: 9. de iuſt: & iure, q. 7. ante finem, Ioan: de la Crux, p. 1. ſui direct: præcept: 7. q. 4. dub: 9. concluſ: 2. Syluest: verb: ſimonia, num: 10. q. 12. Tabiena, num: 38. ibid: Armilla, num: 34. Arragonus, ad 2. 2. D. Thom: q. 100. art: 4. Rodriquez, tom: 3. qq regular: q. 58. art: 2. & in ſumm: addit: verb: ſepultura, conclu: 54. Spinus, de teſtam: gloſſa, 2. num: 4. Rota, in vna Calaguritana ſepultura, 3. Iulij, 1617. coram Manzanedo, & alia relata num: 2. Gratianus, tom: 2. diſceptat: forenſ: cap. 210. nu: 11. & 12. Lauor: cap. 10. num: 15. tit. 2. Garzias, de benefic: tom: 1. p. 5. cap. 9. num: 117. in addict: plures allegans Doctores, Philiarchus, tom: 2. de offic: ſacerdot: p. 2. lib. 6. cap 9. Sà, verb: ſimonia, num: 2. Naldus, verb: ſepultura, num: 8. Barboſa, tom: 2. collectan: DD. tit. 28. cap. 13. num: 2. & de parocho, cap. 26. num. 16 Ragucius. de Eccleſiaſt: diſciplina, q 68. num: 3. Genuenſis, cap. 32 nu. 19. Diana, p. 1. tract: 15. reſolut: 17 & p. 5. tract: 3 reſolut: 102. Lezana, vbi ſuprà, num: 2. relatus, & Sanchez, num: 3. Belletus, p. 1. diſquiſit: cleric: §. de cleric: debitores, num: 27. Bonacina, de ſimonia, diſp. 1. q. 4. punc: 6. num: 4. Mancinus, dub: 14. fol. mihi, 492. de ſepulturis, Suarez, tom. 1 de Religio: lib. 4. cap. 14. num: 6. Peyrinus, tom: 2. de priuilegijs Minimor: fol: mihi. 198. col. 2. num: 21. Gloſſa, in d. cap. abolendæ, de ſepultur: verb: exigere, & ibi Panormitanus, Azzorius, p. 3. lib. 12. cap. 17. q. 2. Victoria, relact: 2. de ſimonia, num: 10. Gregor: l. 1. vendere, verb: tit. 13. p. 1. Dydacus à Roſario, in ſumm: Caietani, addict: verb: ſimonia, Molina, de primogenit: lib: 1. cap. 24. num: 40. Menochius, de arbitr: caſ: 279. Toletus, lib. 5. ſumm: cap. 89. Zechius, de republic: Eccleſiaſt: lib. 1. cap: 28 de parocho, nu: 19. item, Rodriquez, in ſumm: p. 2. cap. 58. num. 2. Zerola, p. 1. verb. ſepultura, §. 2. Cabedus, de patrim: regia Corona, cap. 22. Petrus de Ledeſma. p. 2. ſumm: tract. 12. concluſ: 34. Humadus, ad Grego. l. 55. gloſſa, 1 tit: 6. p. 1. Salazar, de vſu, & conſuetudine, cap. 10. num. 24. Perez, de Lara, de anniuerſ: & capellan: lib. 1. cap. 25. num: 17. Portellus, de dub: regular: verb. ſepultura, num. 8. & p. 2. caſ. 2. num. 2. reſponſ: moral: item Gratianus, Marchia deciſ: 26. Reginaldus, lib. 23. num: 208. & 226. Filliuccius, tom: 3. tract: 45. cap. 3. q. 11. num 26. Beisſel, in cap. audiuimus, de ſimo: q. 1. Layman, lib. 4. tract: 10. cap. vlt: §. 4 nu. 36. Villalobos, p. 2. ſumm: tract. 37. difficult: 12. num: 3. & 9. Hieronym: Rodriquez, reſolut: 128. num: 2. Melchior Phebo Legiſta Luſitanus, deciſ: 8. num: 8. & 9. vbi num 13 inquit, quod vſus ſepulturæ hæreditariæ eſt pretio æſtimabilis, ac vendi poteſt, pro defuncti debitis, & num: 14.

anni-

autumat, quòd de ſepultura venditione ga. bella haud ſoluitur ratione ſitus, ſeu loci dignioris: Angelus, verb: ſepultura, num: 4. & verb: ſimonia, §. 3. num. 14. item, Syluest: verb: ſepultura, q. 2. circà medium, Tuſchus, lib. 1. de viſitat. cap. 25. num. 10. Magiſter Raphael della Torre, ad 2. 2. D. Thomæ, tom. 2. q. 100. diſp. 7 art. 4. Praxis Epiſco. verb. ſepultura, §. 2 p. 1. cum cæteris alijs, & tantò magis eſt certiſſima noſtra aſſertio quandò fit ob Eccleſiæ neceſſitatem, ac vtilitatem.

Nam ſepulturam vendi poſſe in honorationi loco poſitam. tenet Rota deciſ: 561. nu: 1. apud Farinacium, p. 2. in poſthum: hæc ibi ſcribit. Quò verò ad iuſtitiam, licèt ſepultura vendi non poſſit abſque labe ſimoniæ, cum ſit res ſacra, cap. abolenda, de ſepultur: cap. non ſatis, de ſimonia: tamen pro ſepultura licitum eſt pretium percipere ratione ritus, vel dignioris loci in Eccleſia; cum hoc non videatur concernere ſpiritualitatem, ſed potius quandam præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari: nam pro ſepultura debita, & neceſſaria Chriſtianis in loco ſacro, adſunt loci particulares, vt ſunt Cœmeteria, pro quibus pecunia peti non poteſt, nèc talis ſepultura vendi, d. cap. abolenda; ſi tamen aliquis ibi nolit ſepeliri, ſed eligat aliquem locum honorabiliorem in Eccleſia, propter illum locum præeminentem, ille honor eſt, qui pretio æſtimatur, & ſic vendi poteſt, & hoc iam non dici vt vendi ſepultura quæ gratis præſtatur defunctis per eorum parochos in Cœmeterijs, &c.

CONCLVSIO IX.

21 Prò Cœmeterij, & loci communis ſepultura aliquid recipere vbi maioris honoris, & dignioris conſideratio minimè cadit. eſt omninò illicitum. *Ex deciſione facta a Sacra Romana Rota, in relata ſupra Calagurritana & alia, etiam Calagurritana de Arcizio, 12. Decembris, 1603. coram Ludouiſio, qui poſteà fuit Papa Gregorius XV.*

CONCLVSIO X.

Ad ſepulturam deſtinati Vaſes marmorei, Vrnæ, Lapideæ, ac ligneæ, licitè, abſque ſimonia labe vendi poſſunt; ſicut eſt etiam licitum aliquid ſoluere pro ſepultura, quandò in Eccleſia eſſet tumba deſtinata pro ſepultura ad defunctos humandos; ſimilitèr eſt licitum aliquid pro capellis recipere, & huiuſmodi. 22

Doctorum Allegationes.

Ità autumant has noſtras Theſes Abbas, in cap abolenda. de ſepult: Sylua, tract: de beneſic: p. 4. q. 6. art. 1. & ſic practicari aſtruit Gloſſa, in d. cap. abolenda de ſepult: Lauorius, cap. 10. num. 13. cum ſeqq. & alij citati, & citandi. 23

CONCLVSIO XI.

Sepulturæ antequam Corpus tradatur minimè gentium exigere aliquid licitum eſt in caſibus, in quibus licitè exigi poteſt; niſi aliàs, conſuetum ſit, dari, & peti ante ſepulturam; *cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*; quandò probabiliter autem timentur futuræ moleſtiæ, & contentiones, ad eas tollendas, poſſunt conſueta dari, & peti ante ſepulturæ adminiſtrationem. 24

Nèc dicere valet in contrarium modò, conſuetudinem non eſſe aliquid recipiendi pro ſepultura laudabilem, nec admittendam, *per Bald conſil. 20. & Rodanum, de ſimonia mentali. p. 3. cap. 4 num. 9 tom 15. p 1 fol. mihi, 77.* quaſi ſit inducta auaritiæ, & cupiditatis cauſa. 25

Reſpondetur; quòd nunc haud verſamur circà conſuetudinem prouenientem 26

tem ex coacta ſolutione; ſed circà conſuetudinem introductam ex pia, & laudabili fidelium deuotione, quæ eſt omninò ſeruanda, ob defunctorum vtilitatem, quò ad ſuffragia; quæ proindè eſt ſeruanda, & populus ad illius obſeruantiam cogi valet, ſi non iure actionis, ſaltem *ex Iudicis officio. ca. ex parte de cenſ:* §. *pro conſuetudinibus, Autent. de Sanct: Epiſco: Gloſſa, in cap. cum Eccleſia, de ſimonia, & cap. ad Apoſtolicam, eod. tit: Caſtro, conſil.* 363. *lib.* 1. *Riccius, deciſ:* 665. *cum alijs.*

CONCLVSIO XII.

27 Pro iure perpetuo ſepulturæ licitum eſt etiam prætium ſumere pro obligatione, videlicèt, & in tali loco nullus, præter emptorem, & illius ſucceſſores, ſepeliantur.

28 1 Probatur concluſio; quià huiuſmodi obligatio eſt quid temporale, & per accidens adiungitur ſpirituali. ergo vera concluſio.

2 Nàm ſi fundus vendatur, in quo
29 ſepultura eſt, non dicitur, venditum ius ſepulturæ; quià non tranſeunt ſepulturæ titulo particulari, ſed tamen, vniuerſali, vt hæreditario transferuntur; ſicut cum vniuerſitate bonorum. *L. ſi mercedem* §. *ſi eum, ff. de empt. act.* & ideò, cum ex iure hæreditario in vniuerſitate ſuccedatur; meritò ad hæredes tranſit ius funerandi. *L. vel quæ ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi Ioan. Aſinius.*

Doctorum Allegationes.

Ità autumant hanc noſtram Theſem Io.
30 *an: de la Crux, num.* 18. *vbi ſuprà, Sanchez, & Lezana, in allegatis, num.* 2. *Suarez, tom:* 1. *de Religione lib.* 1. *de ſimonia, cap.* 14. *& nu:* 18. *Barboſa, cap,* 26. *nu.* 18. *de parocho, cum alijs dicendis.*

CONCLVSIO XIII.

Locus non dum conſecratus, nec 31
Cœmeteriatus, ſeù à Diœceſano receptus licèt aliàs, ſepulturæ fuerit deſtinatus; vendi poteſt, ac emi pro ſepultura conſtruenda. *cap. aurum.* 12. *q.* 2. ſic etiam extrà Eccleſiam fabricatæ ſepulturæ vendi poſſunt; niſi fidelium Cadauera ibi fuerint tumlata, & ab Epiſcopo aliàs fuerint ad hoc deputatæ.

Doctorum Allegationes.

Ità aiunt hanc noſtram aſſertionem Gloſ- 32
ſa in cap. abolenda de ſepult: & ibi Abbas, Genuenſis, cap: 40. *num:* 25. *in ſua praxi, Gratianus, tom.* 1. *diſceptat: forenſ. cap.* 210. *num.* 6. *Caſtro, conſil.* 563. *lib.* 3. *Rota relata, num.* 2. *ſuprà, Lauorius, num.* 25. *& ſeqq. vbi ſuprà, & alij.*

CONCLVSIO XIV.

Quandò eſt locus à Diœceſano be- 33
nedictus, vel huic vſui applicatus, Epiſcopi authoritate, & Cœmeteriatus, tùnc ſolum ſepultura dicitur eſſe quid ſpirituale, vel ſaltem, ſpiritualitati annexum, & in tali caſu vendi non poteſt abſque ſimoniæ labe, *cap. ſicut antiquitus, cap. quiſquam,* 17. *q.* 4. *cap. audiuimus, & cap. Apoſtolicam, de ſimonia,* non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium.

Cuius eſt ratio adæquata; quià ea, 34
quæ ſunt ſpiritualitati annexa vendi non poſſunt, *cap. de iure, de iure patronatus.* ergo vera concluſio.

Doctorum Allegationes.

Docent concluſionem hanc noſtram D. 35
Thom. d. q. 100. *art.* 4. *ad* 3. 2. 2. *ſumm: Gloſſa, d. cap. abolenda, de ſepultur: & in cap. ſuper, de tranſactio:* §. *nullus, inſtitut.*

Digitized by Google

ſtitut: de rer. diuiſ: Lauorius, cap. 10. *nu.* 27. *tit.* 2. *vbi ſuprà cum alijs.*

CONCLVSIO XV.

36 Sepulturæ dominium, ac proprietatem Sęculares nullatenus habere valent ſed tantum ius habent quò ad ſimplicem, pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, vſum: Itàut nullus valeat alijs concedere eis inuitis in ea ſepeliri, licèt illis mortuis, & eorum familia valeat alijs concedere illius ſepulturæ vſum, quod idem dicimus, de Scamnis, & ſedilibus, quæ Laici ſibi vendicant in Eccleſia, quò ad loci proprietatem, & dominium vbi ſunt, ſed non ad quò dominium loci, & proprietatem.

37 Probatur pars prima, quia loca Religioſa eſſe nequeunt in aliquibus Sęcularis dominio, & proprietate. *L. qua de tota ff. de rei venditione*, *& l.* 3. *q.* 4. *art.* 9.

38 Secunda pars verò probatur; quià mortuis habentibus vſum illius ſepulturæ Eccleſiaſticæ, proprietarium vſus redit autem ad ipſam met Eccleſiam.

Doctorum Allegationes.

39 *Eſt communis noſtra Theſis inter omnes Doctores, quam tradunt Lambertinus, Sanchez, Lezana, cum alijs, in citatis locis ſuprà, Nauarr. conſil:* 1. *num.* 1. *lib.* 3. *de ſepultur: Abbas, num.* 1. *in d. cap. abolenda. de ſepultur: & ibi Hoſtienſ. Rubeus, num.* 4. *verb: ſepultura. Suarez, d. l. Lauor: num:* 29. *vbi ſuprà, & alij omnes, & eſt text. cap. fraternitatem, de ſepultur: cum ſint Sæculares incapaces huiuſmodi rerum ſpiritualium, Barboſa, cap* 26. *num.* 11. *de parocho.*

40 *Terra namque ſic Cœmeteriata dicitur in nullius dominio, cap. ratio nulla, de prabend. l. ſacra loca, l. in tantum, §. ſacrum, de rer: diuiſ. l.* 2. *Cod. de religio. & ſumpt. funer. cum ſiquidem ſepultura res ſint Religioſa non ſunt preindè in hominum commercio. L. locum, Cod. de Religio. & ſumpt: funer. & ideò néc legari valent. L. apud Iulianum, §. conſtat etiam ff. de legitimatio.*

CONCLVSIO XVI.

Sepulturam quis propriam habens ſuis ſumptibus emptam vel pro ſe, aut ſuis ſucceſſoribus ædificatam, non eſt ſimonia ſi vendatur quò ad proprietatem, iuxtà fundi laborem, & reſpectu habito ad ſolas expenſas factas in illa ædificanda. 41

Cuius eſt ratio; quià ibi non venditur benedictio, néc propter ius ſepulturæ, ſed tantum illud materiale fundum ad quod alia ſequuntur, quia loca ſimilia iure hæreditario à parentibus transferri ſolent ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis manet. 42

Doctorum Allegationes.

Allegantur pro hac aſſertione noſtra omnes nominati Doctores, Suarez, Lauorius, Barboſa, Lezana, Sanchez, Lambertinus, cum cæteris dictis, in ſuperioribus, ac dicendis, de communi ſententia. 43

CONCLVSIO XVII.

Si in aliqua Eccleſia, plura manerent Cœmeteria, ac parochus idcircò plùs vellet ſepeliendo in vno loco, quàm in alio Cœmeterij, indubitanter ſimoniam committeret, ſeu ſi taxaret pro quanta pecunia, quis in tali Cœmeterij loco, vel loco ipſius, quatenùs in priuatam vtilitatem videlicèt id faceret, ſimoniam committeret, ſecùs ſi parochus hoc in vtilitatem Eccleſię faceret, & ſuorum miniſtrorum ſubſtentationem. *cap. audiuimus, & cap: ſicut de ſimonia.* 44

CON-

CONCLVSIO XVIII.

45 Ius ponendi, vel habendi in tali loco Eccleſiæ ſedilia, ſeu ſcamna, vel alia ſimilia, ad ſedendum, vendi nequit, nec de re dominium directum transferri poteſt, itaût emptor dominus fiat.

46 Cuius eſt ratio adæquata; quoniam locus eſt ſacer, & alienari nequit. *L. inter ſtipulantem*, §. *ſacram*, *ff. de verb. obligat. & inquit Abbas*, nèc Diœceſani, nèc Regulares Superiores locales alienare poſſunt. *cap. abolenda*, *de ſepulturis*, *num*: 1.

CON LVSIO XIX.

47 Facultas eſt gratis præſtanda tùm à Diœceſano, tùm à Regulari Prælato locali, tùm etiam ab ipſo Parocho ponendi in tali loco Eccleſiæ ſedilia, vel ſcamna, aut ſimilia, ad ſedendum, itàut nullum ius, aliàs, eis transferatur, hoc petentibus, & ad ipſorum Prælatorum arbitrium adimi poſſit: cum nequeat in Eccleſia locus, tempore aliquo præſcribi.

CONCLVSIO XX.

48 Teſtator ſi velit, quòd Defuncti corpus alicuius, exteræ familię in ſuam ſepulturam inferri poſſit, debet non ei legare ſepulturam, ſed ius familiæ relinquat, mortuos inferendi. *L. monumenta*, ſi autem locus eſſet purus ipſe, & non dum factus Religioſus, per cadaueris illationem, legari poſſet etiam monumentum, *L ſi monumenta*.

Doctorum Allegationes.

49 *Tradunt has omnes noſtras Theſes ſuperiores allegati Scriptores communiter, Abbas, num.* 1. *cap. abolenda, de ſepultur: Nauarr. conſil.* 1. *lib.* 3. *de ſepultur. Alexander, in l. monumenta, Cod: quando res pigno. obligari poſſunt, Firmanus, tract. de Epiſco. lib* 4. *p.* 4. *q.* 23 *Lambertinus, lib.* 1. *de Iure patronat: p.* 2. *q.* 6. *Dilectus, de arte teſtandi, tit.* 9. *de ſepultur: cautione* 1. *Lauorius, cap.* 10. *num.* 32. *&* 33. *tit.* 2. *d. l. cum aliis referendis.*

CONCLVSIO XXI.

Pro ſepultura conſuetum dari, vel 50
donari Sacerdoti, vel Eccleſiæ, poſtulari valet ac Laici idcircò compelli valent ad ſeruandas laudabiles conſuetudines, circà eleæmoſynas præſtandas funeralibus, pro defunctorum vtilitate. *cap. non ſatis*, *de ſimonia*.

CONCLVSIO XXII.

Clerici non poſſunt ex conſuetudine 51
plus recipere pro ſepultura exterorum, quàm Ciuium; cum huiuſmodi conſuetudo ſit contrà charitatem; *cap.* 1. *de empt: & vendit.* vbi curare debent præsbyteri nè cariùs vendatur tranſeuntibus, quàm Ciuibus, quod namq; auaritiæ, & ſimoniæ, ſaperet.

Doctorum Allegationes.

Pro his noſtris aſſertionibus, allegantur 52
multi citati ſuprà Doctores, & docet Butrius, in cap. abolenda, de ſepultur. Felinus, in cap. ad audientiam, de reſcriptis, Genuenſis, q. 638. *fol. mihi,* 468. *& Diœceſani omninò curent auferre à ſuis Clericis, & Parochis prauas conſuetudines plenas auaritiæ, & ſimoniæ, vt etiam animaduertunt Eraſmus à Cochier, de Iuriſd. ct. ordinar. in exemptos, p.* 4 *q.* 11. *Abbas, in d. cap. abolenda, num.* 3. *& cap. ex frequentibus, num.* 4. *de inſtit. Angelus, verb. Archyepiſcopus, num:* 1. *cum Lauorio, num.* 34. *& ſeqq. ſuprà, & aliis.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA.

DE MORTVORVM EXEQVIIS,

Atque Suffragijs agendis die tertio, ſeptimo, nono trigeſimo, quadrageſimo, & Anniuerſario.

CONTROVERSIA PRIMA.

AN in Defunctorum funeralibus, in laudem eorumdem, Orationes funerales fieri [illegible] ant?

CONCLVSIO I.

1 Antiquorum fuit vſus, mos, & conſuetudo, vbi ad forum funus peruenerat, mortuus, vel ſtans, vel cubans, quòd rarius legitur, in *Roſtris*, ideſt, in templo collocabatur, cuncti ex ordine Sellis Elephantinis ſedebant; deindè, de illius laudibus defuncti; plerumque ibi aliquandò iuxtà ſepulchrū, vel coniunctiſſimus putà, Patre, pro Filio, Filius pro Patre, Maritus pro Vxore, vel Maior natu, ſeú vir doctiſſimus ex jis, qui præſentes erant, luculentiſſimam orationem in *Roſtris*, habebant, defuncti virtutes recenſendo, quas in vita præclarè geſſerat, quòdq; quiſque conſecutus ſit, ac geſſerit, prædicant: & ſic, de ipſius defuncti laudibus loquebatur; vt Amici, & totus populus ad lacrymarum copiam incitari ſolerent.

Doctorum Allegationes.

2 *Scribunt ità Appianus Alexandrinus; lib. 1. hyſt Dionyſius Alicarnaſſ. lib 9. hyſt. Quintus Curtius, lib. 3. cap. 7. hyſt. Tacitus, lib. 3. annalium, vbi, hac habet ad rem; deflebabantur Defuncti in foro, laudabantur pro Roſtris, & cæteri hyſtorici communiter, concluſionem autumant.*

3 Oratio huiuſmodi funeralis non dumtaxat in hominum, at etiam in Mulierum funere habebatur. Cuius eſt ratio; quoniam, Mulieribus permiſſum fuit, quòd in obſidione Capitolij, dum de auro inueniendo conſilia agitaret Senatus, Mulieres inter ſe, ſe, ſua ſpontè conſulentes, omnia ornamenta aurea, quibus circà corpus vtebantur, in oblationem contribuendi, ſic auro pondere octo talentorum, quę monetę noſtrę ſunt. 4568. & ornamentis ſuis operam, & auxilium Senatui dederunt, itaùt, à Gallis liberi extiterunt. *vt refert Plutarchus in Camillo.*

CONCLVSIO II.

4 Huiuſmodi laudandi genus, Græci *Epitaphium* vocant, quandò, vel vnum,

T vel

vel etiam plures comprehendit, *Monodiam*, quandò verò vnum tantum; *Epicedium*, quòd plerumque fit ex carmine.

Doctorum Allegationes.

5 *Tradit concluſionem Volaterranus, in Philol. cap. vlt. lib. 31. de cura ſepultur. & laud. defunct. & Cicero, 2. de legibus inquit, in orationibus funeralibus mentiri nefas eſſe.*

CONCLVSIO III.

6 Conſuetudo talis defunctos laudandi, eſt antiquiſſima, & exordium habuit apud Græcos, & inter illos, primus fuit *Cecrops Rex Athenienſium*, qui ritum hunc, in parentum honorem, ac conſanguineorum introduxit; ac cæpit iàm indè à *Pericle*, qui teſte *Tucidide*, priùs defunctos in bello peloponneſiaco, pro concione laudauit.

7 Cum in illorum dumtaxat honorem Athenienſes tranſtulerint, qui bello occidiſſent, vel ſecundum alios, à *Solone*, ſed apud Romanos, *Valerius Publicola* primus collegam ſuum *Iunium Brutum* mortuum pro *Roſtris*, accurata oratione laudauit.

8 Quæ adeò grata indè Romanis, ac iucunda fuit conſuetudo huiuſmodi, vt qui ſtrenuè pugnando obijſſet, ab optimatibus laudaretur, & in clarorum virorum funeribus inſtitutum eſt, vt ſolemnis eſſet laudatio: qui honor poſterioribus temporibus etiam Illuſtribus iuuenibus conceſſus fuit, & ſuper omnibus claris viris Romani volebant huiuſmodi orationes recitandæ eſſent; at Athenienſes, dumtaxat ſuper bello, mortuis.

Doctorum Allegationes.

Sic, namque aſtruunt Alicarnaſſeus, lib. 5. ſuarum hyſt: Aſinius, in l. ſi quis ſepulchrum, 12. §. ſumpt: funeris, ff. de Religione, & ſumpt. funer. num. 78. cum cæteris dictis, ac dicendis. 9

CONCLVSIO IV.

Qui Ritus, in Defunctorum exequijs orationem recitandi funebrem hanc vſque noſtram ætatem, in Dei Eccleſia videtur ſeruari, & adhuc perſeuerat. 10

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt concluſionem Nicephor: lib. 2. cap. 15. Theodoretus, lib. 4. & 9. cap. 13. & lib. 2. cap. 14. hyſtor. tripart. Cadrenus Epiſto. lib. 1. cap. 12. & lib. 2. cap. 11. Concilium Mediolanenſe 1. de funere, Polibius, lib. 7. D. Grego. Niſſenus, orat. in funere Mileti, D. Ambroſ. de morte, Euſebius Caſarienſ. in funere Conſtantini, D. Gregor: Nazianzenus, in funere, D. Baſilij, & alij communiter. 11

CONCLVSIO V.

Quæ ſi quidem Oratio, poſt Miſſam antè fieri ſolitam abſolutionem: habetur *in Cæremoniali lib. 1. cap. 21. & cap. 11. lib. 2.* apud verò Romanos etiam in æde, vt *Suetonius, de Octauiano Auguſto, in Templo, vt de Habreis Ioſepus ſcribit in antiquit: Habreorum, & in Epulo, ex Cicerone, lib. 2. de legibus, orationem habitam fuiſſe, legitur.* 12

CONCLVSIO VI.

Ex lege duodecim tabularum, de Defuncti laudibus dicere minimè licebat, niſi in publicis ſepulturis; nec ab alio 13

alio, niſi, qui publicé ad eandem conſtitutus eſſet, faciendam.

CONTROVERSIA I I.

QVos namque Ritus, ac Cœremonias, Eccleſia Romana Apoſtolica, in orthodoxorum fidelium Chriſti Domini funeribus, adhibeat? vbi plura curioſa ſcitu digna, reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Parochus ſiuè Regularis, ſiuè Sæcularis Sacerdos exiſtat, Cotta, ac ſtola nigra indutus, Clerico Crucem præferente, & alio aquam benedictam, vbi peruenerit ad locum, in quo Defunctus iacet, alta voce incipiat Antiphonam, *Exultabunt, & pſalmum Miſerere mei Deus*, intonant ij, ad quos attinet in proceſſione.

CONCLVSIO II.

2 Crux vna tantum in proceſſionibus in Defunctorum funeralibus ſemper eſſe debet, ac præcedere illius videlicèt, Eccleſiæ in qua defunctus tumulari debet; iuxtà in ſuperioribus dicta.

Doctorum Allegationes.

3 *Sic ſanciuit per ſuam Bullam exordientem, inter cunctas, de priuileg. in 6. Benedictus X I. Sixtus* IIII. *ſua Bulla, Regiminis Vniuerſalis Eccleſiæ, relata in Codice priuilegio. Ord. Patrum Prædicat. authenticè, fol.* 148. *Leo X. ſua Bulla, Sacro approbante concilio, ſeſſ* 15. *Lateranenſ relata in d. Codice priuilegiorum, fol.* 176. *Abbas, in cap. cum liberum, num.* 4. *de ſepultur. cum cæteris allegandis Doctoribus ad hunc locum.*

CONCLVSIO III.

Crux in funeralibus proceſſionibus, quatuor virtutes ſignificat, nempè, profunditatem, ideſt, fidem, in imo cordis, longitudinem, ſcilicèt, perſeuerantiam; altitudinem, ideſt, ſpem, in Cœlis, nobis repoſitam, latitudinem, videlicèt, charitatem. de quibus inquit, *D. Auguſt: Apoſtolum dixiſſe, intelligit, vt poſſitis comprahendere, cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profunditas.* 4

Doctorum Allegationes.

Tradunt hanc Theſem noſtram Rubertus Abbas, de diuin. offic. lib. 6. cap. 9. Vitalinus, in Clement. cap. Abuſionibus, de pœnit: & remiſſ. Rationale diuin. offic. lib. 2. cap. 45. *D. Chryſoſt: ſerm. de Cruce, Amal. Diacon. de offic. Eccleſia, lib.* 1. *cap.* 14. *& alij communiter.* 5

CONCLVSIO IV.

Clerici Eccleſiaſtici, & Regularis iuxtà vnius cuiuſque Patriæ, Regionis, & Diœceſis conſuetudinem in funere aſſociando pſalmos, per viam canunt, & in Eccleſia vbi cadauer ſepelitur, mortuorum officium dicitur, aut aliæ Deo præces effunduntur. 6

Doctorum Allegationes.

Aſtruunt aſſertionem D. Hieronym. in Epitaphio Paulæ, & in vita eiuſdem Paulæ viduæ, & Fabiolæ, in vita. S. Pauli primi Heremitæ, & ad Euſtachium, de obitu Paulæ, S. Clemens, lib 6. conſtitu. Apoſtolica.: cap. 10. *&* 29 *& lib.* 8. *cap.* 8. *D. Gregor. Niſſenus, epiſt. ad Olympian. D. Greg. Nazianzen. orat.*2. *&* 10. 7

in Iulian. & in laudem Caſaris, D. Chryſoſt: homil. 20. ad populum Antiochenum, & homil. 4. in cap. 2. ad Hebreos, & homil: 6. de pœnit. & homil: 92. in Matth. Gregorius Turonenſis, lib. 4. hyſt. Francorum; cap. 1. & lib. de vita Patrum, Sulpitius, in vita S. Martini, D. Cyprianus, ſerm. de morte, D. Auguſt. lib. 9. confeſſio. cap. 12. Iuſtinianus, nouella 59. D Baſilius, orat. in Iulianum, de funere Conſtanti. Imperat: vbi dicit. Inter efferendum luminaria, & cerei accenſi deferebatur, & pſalmi modulis lugubribus, & luctu permixti canebantur: Euſebius Caſarienſ. de funebri pompa Conſtanti: Imperator. lib: 4. de Hieronym ſimiliter. epiſt. ad Oceanum. de funere Fabia Romana, item, D. Chryſoſt. homil. 61. in cap. 2. ad Hebreos, vbi inquit: honorem mortuo non eſſe fletum, nec eiulatum, ſed hymnos, & pſalmos, & vitam optimam, idem Gregorius Turonenſis, tom. 2. annal. Eccleſiaſt. anno 337. & alij.

CONCLVSIO V.

8 Pſalmi, & hymni cantantur in defunctorum exequijs, vt Deo gratię agantur vt illum, qui è vita deceſſit, iam à laboribus liberauerit, quòd metu mortis exemptum apud ſe habeat, immarceſcibili ornaturus corona.

9 *Nam, vt aſtruit D. Chryſoſtomus, hymni, & pſalmodia ſunt lætantium, homil. 3. ad Habreos, & homil. 4. in cap. 2. ad Habreos: ſic habet. Cum enim fideles à deflendis mortuis dehortantur; quid ſibi volunt lampades iſtæ feſtiuæ? non ne ſicut Athletas eos perducimus? quid etiam, hymni? non nè vt Deum glorificemus, & gratias agamus, quod iam coronauit diſcedentem? quid pſalmi, illo tempore? Reuertere Anima mea. in requiem tuam; quia Dominus beneſecit tibi, & non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ille.*

CONCLVSIO VI.

Sanctimoniales, dum defuncti cor- 10
pus efferebatur, pſallere conſueuerunt in primitiua Eccleſia, & antiquitùs, & de ſonis, & cantibus pſallentium in funeralibus habetur *in cap. qui diuina, cap. vbicumque 13. q 2.*

Doctorum Allegationes.

Ità ſcribunt Victorinus Epiſco. Vticen- 11
ſis, lib. 1. Syneſius Ptolemoida Epiſco. epiſt. 18. ad Epiſcopos, Iuſtinianus, nouella 56. de debit. Imper. in exequijs defunctorum, cum alijs dicendis.

CONCLVSIO VII.

Præces verò quæ decantari ſolent, 12
ſunt in Romano Breuiario appoſitæ, & ab Eccleſia approbatæ, & Presbyteri Clerici, ac Religioſi, feretro, vbi Cadauer iacet, diuinas præces decantare, & dicere ſolent, coronam facientes, & circunſtantes.

Doctorum Allegationes.

Tradunt aſſertionem Albinus, lib. 1. de 13
diui. offic. cap. penult. Rodulphus, de can. Iung. de obſeruat: canonum, propoſit. 21. D. Athanaſ. de varijs. qq. 54. Petrus Damianus, Epiſt. 5. cap. 6. Rituale Roman: tit. de exequijs, Rationale diuinor. officiorũ lib. 7. cap. 35. & alij.

Quare in Romano Rituali, tit. de exe- 14
quijs hæc adnotantur. Conſtituto tempore quo Corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, conuocetur Clerus. &c. binique procedant, prælata Cruce, deuotèque pſalmos decantantes, vt infrà, Parocho præcedente feretro cum luminibus inde ſequuntur alij, funus comitantes, & pro Defuncto ritè Deum deprecantes ſub ſilentio. Parochus de domo procedens, ſtatim graui voce intonet anti-

Digitized by Google

antiphonam. Exultabunt Domino, *& Cantores inchoant pſalmum Miſerere mei, &c. Clero alternatim proſequente, ac ſi longitudo itineris poſtulabit, dicentur pſalmi Graduales, &c. & depoſito feretro in medio Eccleſia, cereis accenſis circà corpus, ſtatim, niſi quid impediat, dicatur officium mortuorum, cum tribus nocturnis. quòd ſi ea fuerit temporis anguſtia, vel alia vrgens neceſſitas, vt vſum nocturnum, cum laudibus, dici non poſſit, aliæ preces prædicta, vt ſuffragia numquam omittantur.*

15 *Enim verò, quò ad officium videtur originem habuiſſe, in veteri teſtamento; quando Ioſeph, & illius Fratres, Iacob, patrem ipſorum ſepelierunt. Geneſi cap. 50. vbi dicitur celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi: vt autumant D. Ambroſ. 12. q. 2. Hieronym. lib. 1. epiſt. 21. ad Paulam, de obitu Bleſilla, vel ab Apoſtolis eſſe inſtitutum, vt vult Durandus, rationali diuinor. officior. lib. 1. cap. 33. num. 3. Origenem auxiſſe, & magna ex parte ordinatum tale officium, autumat Iſidorus, lib. de Eccleſiaſtic. officio, & proindè commendat ipſum, D. Auguſt. de cenſ. ipſum fuiſſe ſecundum, in Eccleſiaſticis officijs, poſt Apoſtolos.*

CONCLVSIO VIII.

16 Officij defunctorum ordo, recitandi formam, quæ modò reperitur, fuit redactus ab Epiſcopo Amalario Treuerenſi, peritiſſimo circa huiuſmodi officium.

17 Qui, namque Romam miſſus à Ludouico Imperatore, Gregorij Papæ magni tempore, vt antiqua perquireret Antiphonaria, & vnum conficeretur, quo omnes eodem ordine prò defunctis orarent, vt ipſemet teſtatur *lib. de ordine Antiphonari. cap. 29. de ordine ſepulturæ, his verbis.*

18 *Poſt hoc veniens Romam, anno ab Incarnatione Domini, 831. in dictione nona, ſub Imperio Domini, & piiſſimi Imperatoris Ludouici, & Apoſtolatu glorioſiſſimi Apoſtolici Gregorij; Interrogaui de ordine Reſponſoriorum, &c. Inueni in Romano, & Methenſi antiphonarijs ordinem ſcriptum, quomodò fungi officio conueniat, circà funus hominum, & circà ſepulturam eorum, ex vtriuſque collegi ea, quæ mihi recta videbantur, & rationabili curſui congruere, atque ea redacta in vnum corpus poſui ſub vno textu in fine Antiphonarij noſtri, & eodem libro, eos poſt officium Sanctorum inſerui officium pro mortuis. Multi tranſeunt de præſenti ſæculo, qui non illicò Sanctis coniunguntur, pro quibus ſolito more officium agitur. qui nunc minor eſt in regno illo, maior eſt iſto Sancto, qui in præſenti ſæculo eſt. Ille ſatis.*

Ab alijs deindè Summis Pontificibus eſt auctum hoc officium, & reformatum reperitur à Paulo V. nouiſſimè in ſuo relato Rituali Romano.

CONCLVSIO IX.

19 Defunctorum Officium, ex Rubrica Breuiarij Romani per annum prima die cuiuslibet menſis non impedita feſto aliquo, vel officio nouem lectionum: Aduentu, vero, & quadrageſima, qualibet ſecunda feria cuiuslibet hebdomadæ, præterquam in hebdomoda maiori, ac per totum tempus Paſchale, vſque ad octauam Pentecoſtes celebrari ſolet pro defunctis.

20 In ordine autem Patrum Prædicatorum, penés Breuiarium huius inſtituti, officium huiuſmodi mortuorum, toto anno ſemel in ſeptimana in choro à Patribus omnibus perſoluitur, exceptis octauis Reſurrectionis Domini, & Pentecoſtes.

21 Quare verò tempore Paſchali minimè mortuorum officium recitatur, ea eſt de cauſa, quia eo tempore, miſterij Paſſionis, & Reſurrectionis Domini cō-

Digitized by Google

templationi vacemus. & quia etiam eſt tempus lętitiæ, & gaudij ob Reſurectonem Domini: verum non proindè S. Mater Eccleſia Animarum fidelium obliuiſcitur; nàm in fine cuiuslibet horæ dici, de illis memoriam retinet, dicendo, *Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace*, & in præcibus funeralibus dicit vtique. *Oremus pro fidelibus defunctis, &c.* & in Litanijs quoque dicitur. *Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam dones.*

22 Nèc proindè Animæ in Purgatorio exiſtentes, defraudantur, quia cum ſint nobis charitate coniunctæ participes fiunt reliquorum bonorum operum, inter quæ connumerari potèſt memoria Paſſionis, & Reſurrectionis Domini.

Doctorum Allegationes.

23 *Docent aſſertionem Michael Timotheus, de officio diuino, tract. 3. q. 88. Durandus, in ſuo rationali diuino. officiorum, lib. cap. 73. num. 7. cum alijs.*

CONCLVSIO X.

24 Defunctorum officium feria ſecunda præcipuè celebratur, & non in alijs diebus, quia die dominica, Animæ, quæ in Purgatorio reperiuntur, refugium ſentiunt, & mox feria ſecunda ad pœnas reuertuntur, ideò vt eis ſubueniatur, dicitur officium, vel miſſa tali die.

Doctorum Allegationes.

25 *Tradunt ſic Durandus in rationali diuin. officior. lib. 4. cap. 1. num. 29. Michael Timotheus, tract. 9. diuinor. officior. q. 19. cum alijs nominandis.*

26 *Vel etiam dici poteſt, vt Angelorum ſuffragijs, qui ſecunda feria creati fuere, vtique coadiuuentur. Et tandem, quia Deus prima die lucem creauit, ac diuiſit eam à tenebris. Geneſ. cap. 1. Alijs etiam diebus aſſignantur nocturni, vt Animæ defunctorum, ſingulis diebus auxilium particulare habeant. Officium defunctorum celebrari poteſt etiam die feſto quandò corpus eſt ſuper Terram, aliàs, transferretur in ſequentem diem.*

CONCLVSIO XI.

Defunctorum officium, quòd alio nomine, *Agenda* dicitur, ab ago, agis, nàm agere, inter cætera ſignificat celebrare, quandoque dicuntur *Exequiæ*, *ab exequor, exequor, exequeris*: quià *exequi*, idem eſt, *ac extrà alia ſequi*; ideò dicuntur *exequiæ*; quoniam celebrantur, dum mortui extrà viuos ad ſepeliendum feruntur. 27

CONCLVSIO XII.

In defunctorum officio celebrando, ritus diuerſus ab alijs officijs ſeruatur non dicitur, nèc *Domine labia mea aperies, &c.* nèc *Deus in adiutorium meum intende, &c.* nèc *Gloria Patris, &c.* nèc *Benedicamus Domino. &c.* ad ſignificandam triſtitiam, & luctum. 28

Doctorum Allegationes.

Aſſerunt Durandus in ſuo rationali diuino. officio. lib. 4. cap. 2. num. 7. & 17. & lib. 7. cap. 35. nu. 35. Strabo, lib. de rebus Eccleſiæ, cap. 25. Bellethus, in explanat. diuinor. officior. cap. 96. & 175. vbi ſic inquit. Officium mortuorum imitari triduanam Chriſti ſepulturam, & omnium illius veſtigia ſequi; ſicut ergo tribus illis diebus, ita & in hoc officio defunctorum omnia cantica lætitiæ ſubticemus; & cum mortuorum exequias celebramus, ad plangendum venimus, & lachrymandum, & non ad ſolemnizandum. Idem tradit Michael Timotheus, 29

motheus, tract. 9. q. 18. de diuino officio, & alij.

CONTROVERSIA III.

QVi namque Ritus in Miſſis defunctorum dicendus ſeruandus ſit? vbi alia multa curioſa ſcitu digna, reſoluuntur in propoſito.

CONCLVSIO I.

1 In Miſſis defunctorum, pſalmus omittitur *Iudica me Deus, &c.* quià defunctorum Animæ, iàm iudicatæ ſunt, & proindè ſequitur immediatè *Adiutorium noſtrum, &c.* nàm, auxilio noſtro egent: Introitus miſſæ incipit; *Requiem, &c.* quia cum in igne reperiantur purgatorij, ac Dei viſione expertes, æterna requies, & lux perpetua illis rogatur.

Doctorum Allegationes.

2 *Ità namq; in rubricis generalibus Miſſalis Romani habetur, de ijs, quæ omittuntur in Miſſa pro defunctis, Durantes, de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. cap. 43. num. 13. cum cæteris referendis.*

CONCLVSIO II.

3 In Introitu officij defunctorum, crucis ſignum manu fit, ad denotandum, quòd per crucis veritatem, ad vitam mortui excitantur.

4 *Vndè D. Chryſoſt. homil. de Cruce, & Latrone, ait ad rem noſtram. Crux reſurrectio mortuorum. in Cruce eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra, per eam ſaluati, & liberati ſumus: eſt lignum vita, & remedium mortis.*

CONCLVSIO III.

In Defunctorum Miſſa, non dicitur *Gloria in excelſis Deo, & Alleluia:* quia hæc ſuauitatem, & lætitiam mentibus noſtris inculcant; & ad imitationem agitur officiorum, quæ in morte Domini aguntur. 5

Doctorum Allegationes.

Scribunt ſic D. Iſidorus, de Eccleſiaſtico officio, cap. 18. lib. 1. Rabanus Maurus, de clericor. inſtitutione, lib. 2. cap. 44. Bellethus, cap. 94. vbi ſuprà, Origenes tom. 1. ſic enim ſcribit in præſentia, ad rem noſtram. Sacrificium pro peccato eſt, non oleum lætitiæ, ſine thus ſuauitatis imponitur. Mors eſt vindicta primi peccati, ideò ſine Gloria, & Alleluia, quaſi ſine oleo, & Thure. Ille. Durandus, de diuin. offic. cap. 4. Amal, cap. 179. & alij. 6

CONCLVSIO IV.

In Mortuorum miſſa, quando dicitur *Agnus Dei*, non recitantur verba, *Miſerere nobis*: quia Deus deprecatur pro Animabus in purgatorio exiſtentibus, vt requies illis ab eo donetur: Nec etiam datur *Oſculum pacis*, ad denotandum animas non agere paci temporali; quia non ſunt in perturbationibus huius Sæculi: vel quoniam, ſunt in pace, ſed in pœnis: vel tandem, quia neſcimus an defuncti illi, pro quibus celebratur, ſalui ſint, vel damnati, cum quibus Eccleſia non communicat. 7

Sic placet Durando, cum alijs, vbi ſuprà, cap. 55. num. 31. noſtra hæc aſſertio.

CONCLVSIO V.

In Defunctorum Miſſa, bis dicitur *Agnus Dei, cum Dona eis requiem*, & ter- 8

tertia vice, additur, *Sempiternam*; ad denotandum Saluatoris exequias; vel quia triplicem pro defunctis à Deo poſtulamus Requiem, vt videlicèt, eis, pœna tollatur, in qua eſt illis labor, & non requies, vt Animæ gloria æterna conferatur; quia tunc veracitèr, requieſcet in bono deſiderato, ideſt, in ipſo Deo, & vt illis corporis gloria præſtetur.

9 Nàm, prima Requies, cum non ſit requies ſempiterna; quia pœna ſublata, adhùc gloriam deſiderant; neque ſecunda requies; quia ante reſurrectionem corporum ineſt Animabus naturalis appetitus corpus reaſſumendi, quo appetitu aliquandò retardantur, nè totalitèr in Deum ferantur: ſed tertia requies eſt vera requies ſempiterna: quia anima præſentialitèr Deum videt, reaſſumpto corpore,& æternalitèr, & perfectiſſimè requieſcit, ideò tertia vice dicere congruit, *Sempiternam*.

CONCLVSIO VI.

10 In Defunctorum Miſſa non præſtatur *Benedictio*: quia in morte ceſſant omnes ſolemnitates; & quia non ſolum datur ad peccata venialia tollenda, ſed vtique ad populum excitandum, vt in Dei auxilio confidat; quod mortui facere nequeunt.

CONCLVSIO VII.

11 Miſſa Defunctorum terminatur cum, *Requieſcant in pace*, vt finis principio reſpondeat, in quo eis æterna requies poſtulatur; & quia illud officium ſingularitèr defunctis applicatur, ideò à principio, medio, & fine; *Requieſcant in pace* æterna, ac iucundiſſima optatur, & chorus reſpondet, *Amen*; ideſt, fiat quod petitur.

Doctorum Allegationes.

Tenent has Theſes Michael Timotheus p. 2. cap. 19. & p. 6. cap. 36. fol. 226. D. Andreas Piſcara, Caſtaldus, Clericus Regular. in ſua praxi Cæremoniarum, lib. 2. ſect. 6. cap. 5. edita nouiſſimè, cum alijs referendis ſcriptoribus. 12

CONCLVSIO VIII.

Thus, quod Defunctis, & ſepulturis eorum præbetur, illis prodeſt; & ſicùt Thus in ſacrificijs, ſic in funeralibus adhibetur, ac ideò eſt improbandum, & maximè repræhendendum illud prouerbium, malè introductum à vulgo, abſque iudicio, videlicèt; *Serue come l'Incenſo à Morti*. quaſi nihil deſeruiat, quod falſiſſimum eſt, & hęreticorum, ac malorum catholicorum eſt exioma. 13

Probatur concluſio ſic; quia cum ſit cæremonia ab Eccleſia approbata, & introducta, obſeruanda eſt, & ſecùs quis aſſerens, remanet excommunicatus. Et quod verum ſit audiantur *Trid: Concilij verba*, *ſeſſ*: 23. *cap*. 5. vbi hæc habentur. 14

Pia Mater Eccleſia Ritus quoſdam, vt videlicèt, quædam ſubmiſſa voce, alia verò elatione in Miſſa pronunciarentur, inſtituit; cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thimyamata, veſtes, aliaque id generis, multa ex Apoſtolica diſciplina, & traditione. hæc ibi, & canone 7. de ſacrificio Miſſa, ead. ſeſſ. dicitur Si quis dixerit, cæremonias. veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione, Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe, magis, quàm officia pietatis, Anathema ſit. Satis Concilium. Nàm omnes cæremoniæ, & cœtera ab Eccleſia inſtituta, multa in ſe myſteria continent, ac varia ſignificata habent, vt angelicè edo- 15

edocet. *D. Thomas. 3. p. q. 73. art. 5.*

CONCLVSIO IX.

16 Defuncti, & illorum ſepulturæ thurrificantur, vt ex illius perſona Deum adoremus, ac petimus noſtras præces, quas pro illo fundimus, ſicut incenſum in Dei conſpectu deferri: tùm ad fœtorem remouendum, tùm vt defunctus creatori ſuo acceptabile, bonorum operum, in odorem intelligatur; tùm ad oſtendendum, quòd defunctis proſit auxilium orationis: quæ per incenſum denotatur; tùm, demùm; quia thurrificatio eſt efficax ad dæmones fugandos.

Doctorum Allegationes.

17 *Docent Innocent. 3. lib. 2. Myſt. miſſæ, cap. 17. Durantes, lib. 1. cap. 19. num. 9. Durandus, lib. 4. in ſuo rationali diuin. offic. cap. 10. num. 5. & lib. 7. cap. 35. num. 38. Belletbus, in explanat. diuin. offic. cap. 161. Rubrica Miſſalis Romani, & in Rituali Romano, de exequijs, & officio Mortuorum, & de ſepeliendis paruulis, vtique habetur.*

CONCLVSIO X.

18 In Miſſa pro Viuis thurrificantur omnes, ad denotandum, quod orationes illorum ad cœleſtia diriguntur. In Miſſa verò ſolemni defunctorum minimè incenſatur Altare ad Introitum, ſed tantum ad oblata, prout ipſa oblata, & tunc non alij, ſed Sacerdos ſolus celebrans, qui Chriſtum repræſentat, thurrificatur, & etiam circà defuncti Corpus: alij autem non cenſantur, ad denotandum mortuos, nihil poſt hac valere ſuis orationibus promoueri; quòd ideò dixit *Dauid. pſal. 112. Non mortui laudabunt te Domine.*

Doctorum Allegationes.

De Incenſi virtute plura petantur apud Hieronymum Mengum, ſuo libro, flagellum Dæmonum, & in alio, fuſtis Dæmonum, & apud alios. 19

CONCLVSIO XI.

Defuncti aſperguntur aqua benedicta; & illorum ſepulturæ ex Rituali Romano, de exequijs, nè Dæmones fidelium orationes impediant, & defunctis illudant, ac vexentur. 20

Nàm, Aqua benedicta in ſpelunca ponitur, ideſt, in ſepultura, nè Dæmones, qui multum eam timent, ad corpus accedant. ſolent, namque deſeuire in corpora mortuorum, vt quòd nequiuerunt in vita, ſaltem poſt mortem agant. ſic habetur in Rationali diuinor. officior. lib. 7. cap. 35. num. 38.

Præterea, Aqua benedicta Defuncti aſperguntur, vt deſiderium noſtrum exprimamus, quo Animas defunctorum, cœleſti rore aſpergi optamus; vndè ardor illi purgatorij ignis mitigetur, & omninò extinguatur. 21

Doctorum Allegationes.

De aqua benedicta, & ſuis effectibus bonis ratiocinantur. D. Thomas, quodlib. 3. art. 21. D. Epiphanius, tom. 2. contrà hæreſes, hæreſi. 30. vbi miraculum aquæ benedictæ explicat, B. Theodoretus, lib. 6. hyſtor. tripartita, cap. 33. Concilium 4. Toletanum, ſub Honorio 1. canone 8. Strabo, de rebus Eccleſiaſt. cap. 29. & 30. D. Vincentius Ferrerius, p. 3. ſerm. 9. de Sanctis, Vuadenſ. tom. 3. de ſacram. tract. de aqua benedicta, tit. 44. cap. 68. Sylueſt. verb. aqua benedicta, Benzonius, de Iubileo, cap. 15 Baronius, tom. 2. anno 132. pag. 52. Durantes, de ritibus Eccleſiæ, lib. 1. cap. 21. num. 2. Azorius, lib. 22

lib. 9. cap. 15. Barboſa, in collect. DD. ad cap. aqua, num. 3. de conſecrat. Eccleſia, alios allegans.

CONCLVSIO XII.

23 Aquæ benedictæ inuentor, & primus Inſtitutor fuit, S. Matthæus Apoſtolus, deindè Papa Alexander V. vt habetur *cap. aqua, de conſecrat: Eccleſ. diſt: 3.*

Doctorum Allegationes.

24 *Ità ſcribit Marſilius Columna Bononienſis; Archyepiſco. Salernitanus, tract. de aqua benedicta, Bellethus, in explanat. diuin. offic. cap. 161. vbi ſic inquit. Alexander Papa V. à B. Petro conſtituit, vt ſale, & aqua benediceretur ad conſpergendum populum, & habitacula eorum, quòd & nos in omni Dominica iuxtà canones ſequimur mirologium Eccleſiaſtica obſeruantia, de aqua aſperſione, cap. 41. & 46. Rabanus Maurus, in inſtitutio. clericor. lib. 2. cap. 55. hæc habet. Nullum eſt aliud elementum, quòd in hoc mundo purget vniuerſa, quàm aqua, quandoque viuificet cuncta: ideoque cum baptizamur in Chriſto, per ipſum renaſcimur, vt purificemur, quòd in tempore Paſſionis, vnà cum ſanguine de Latere Chriſti profuſit, ad oſtendendum vtique omnis ſanctificationis, & munditiæ validum ſe indè habere ſacramentum.*

Quòd autem, Sal ſanctificatum aqua immiſcetur ex diuina authoritate proceſſit, quia illud per Eliſeum in fontem mitti iuſſit vt ſanaretur ſterilitas aquarum Ierichò. ergo natura ſalis, naturæ aquæ vicina, & coniunctiſſima eſt; eiuſdem elementi ambo ſunt, & idem officium, & ſanctificationem habent. nàm aqua à ſordibus mundat, ſal putredinem fugat, aqua nitorem præbet, ſal ſinceritatem adhibet, aqua potum ſapientia ſignificat, & ſal guſtum ſapientiæ indicat. ſatis Rabanus.

Idem Papa Alexander V. in cap. aquam, de conſecrat. diſt. 3. hæc dicit: Aquam ſale aſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur, & purificentur. quòd, & omnibus Sacerdotibus faciendum eſſe, mandamus. nàm ſi cinis vitulæ aſperſus, populum ſanctificabat, atque mundabat, multò magis aqua ſale aſperſa per Eliſeum ſterilitas aqua ſanata eſt, quandò magis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatum verſutijs, homines defendit? ille. 25

Quæ omnia in aquæ benedictione, in Romano Miſſali, ac Rituali, appoſita apparent, & effectus, & aquæ potentiæ deſcribuntur: de alijs etiam effectibus petantur *ab Ezechiele cap: 36. exodo, cap: 12. 20. 22. 23. & Humer. cap: 19.* igitur cadauera aſperguntur, & illorum ſepulturæ, non vt defunctorum peccata remittantur, ſed vt omnis vmbra pellatur, & immundorum ſpirituum præſentia. 26

CONCLVSIO XIII.

Cæremoniæ huiuſmodi efficiuntur Thuris, & aquæ ſuper defunctorum corpora ad vnionem oſtendendam, quam ipſi mortui nobiſcum habuere, dum in hoc ſæculo fuere. 27

Vnde narrat Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. 7. antiquit. Romanorum, olim viuos mortuos deoſculari in ſignum vnitatis, & pacis, quam cum ipſis viuentibus habuerunt, & huiuſmodi cæremoniæ proſunt, & ſimiliter mortuis, ac viuis, in quantum Deo Optimo Maximo per talia, reuerentia exhibetur. 28

CON-

CONCLVSIO XIV.

29 Cantu olim defunctos præferebāt ad ſepulturam, eo nempe fine, vt Deus benedictus laudaretur, quòd ab ærumnis, & laboribus huius vitæ defunctum liberauit, & in Cœlo quieſcat, ad cuius finem eſt homo creatus.

30 *Hinc Ariſt. in vltimo ſuæ vitæ à diſcipulis rogatus eſt vt aliquam eis ſententiam relinqueret, humiliatus R ſpondit. In hunc mundum intraui anxius, vixi conturbatus egredior inſcius, & ignarus.* quæ dixit, vt miſeriam huius vitæ demonſtraret, quæ veluti arbor cum adinſtar ſit, cuius radices, duo mures, vnus albus, qui dies eſt, alter niger, qui eſt nox, ſemper corrodunt.

31 Et oſſibus Magni Alexandri, in vaſe aureo poſitis, non nulli Phyloſophi dicebant. *Heri iſte faciebant de auro theſaurum, hodie aurum facit theſaurum de ſe ipſo. heri illum ſequebantur omnes viuentes, hodie ipſe ſequitur omnes morientes: heri iſte, quos volebat, poterat à morte liberare; hodie mortis vincula ipſe non potuit euitare. heri iſte pramebat Terram, hodie ipſe premitur à Terra. heri habebat multos Amicos, & Inimicos, hodie ſibi ſunt omnes æquales.*

32 *Vita namque noſtra eſt vapor ad modicum parens, Iob cap. 4. & D. Auguſt. dicere ſolebat: Tempus vitæ præſentis nil aliud eſſe, quàm curſum ad mortem. Et D. Hieronym. exclamabat, dicens: Vita mundi non vita, ſed mors. fœlix, qui tuas cognoſcit fallacias; Fœliciſſimus, qui de te bene priuatus eſt: melior eſt negotiatio eius auro puriſſimo: inuenit enim locum firmum, & ſtabilem, ſtabiliſque manens, dat cuncta moueri. Ille.*

CONTROVERSIA IIII.

IN Defunctorum obitu, qua de cauſa, Campanæ pulſantur? vbi plura ſcitu digna afferuntur, & reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Campanæ, quæ loco æris, & ollæ pertuſæ, hodie pulſantur mox, ac quis ex hac vita deceſſit, terreni ſunt comites, vt ante nec teſtantur mortuum, veneno, vel ferro perijſſe, & animum à dolore alleuiari denotant; ſed vt populus ad pias, pro defuncto, præces fundendas moueatur.

Doctorum Allegationes.

2 *Tradunt ſic Beda lib. 4. cap. 23. hyſtor. Luc. lib. 8. Theocritus Scholiaſtes, annot. cap. 12. cum alijs ſuprà relatis, & dicendis.*

CONCLVSIO II.

3 Ad Defunctorum funeralia populum conuocare tintinabulis, vel campanis olim vſus, & mos fuit; ſicùt tubis milites in exercitu conuocantur; ſic Eccleſiæ Miniſtri campanis conuocantur ad Deum laudandum, contrà diaboli inſidias, & vt populus Deum deprecetur pro defuncto, & ad aduertendum ſpectare. & dæmonum ludibria fugare.

4 Hinc Deus præcepit *Numer. cap.* 10. *fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem, quandò mouenda ſunt caſtra, & Iſaias cap.* 18. *& in cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ. ſtat aſſertio.*

Docto-

Doctorum Allegationes.

5 *Suſtinent Theſem hanc noſtram Albund. lib. 2. ad finem, Rationale diuinor. officior. lib. 3. cap. 31. num. 5. & lib. 1. cap. 4. num. 13. & lib. 7. cap. 31. num. 36. D. Chryſoſt lib. 15. cap. 9. de Sacerdotio, Belleibus, cap. 161. vbi ſuprà, Amalarius, lib. 3. de Eccleſiaſtico officio, cap. 1. Angelus Rocca, Tagaſtenſis, in ſuo tract. de campanis, Durantes, lib. 1, cap. 22. nu. 3. de officio, & alij.*

CONCLVSIO III.

6 Campanæ prima vice pulſari ſolent; quandò infirmus eſt in agonia, & Deo eſt ſpiritus redditurus, ad hoc vt audientes pro illo Deum orent iuxtà *Rituale Romanum, ſub Paulo V. reformatum, in ordine, animam commendandi in expiratione, vbi ſequentia habentur verba.*

7 *Cum verò tempus expirandi inſtiterit, tunc vbi viget pia conſuetudo pulſetur campana parochialis Eccleſiæ, aliquibus ictibus, ad ſignificandum fidelibus, in vrbe, vel loco, aut in ſuburbo exiſtentibus, inſtantem mortem expirantis ægroti, vt pro eo Deum orare poſſint. hæc ibi, quòd Guillelmus Durandus in ſuo rationali diuino. officior. lib. 1. cap. 4. num. 19. explicat.*

CONCLVSIO IV.

8 Secunda vices verò cum ſpiritum Deo reddidit, & in eodem Rituali Romano dicitur, ſic Interim detur campanę ſignum tranſitus defuncti, pro loci conſuetudine, vt audientes, prò eius anima Deum precentur.

CONCLVSIO V.

9 Tertia eſt, quandò ad ſepulturam comitatur, vt ibid: ſic habetur. Conſtitutio tempore, quo corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, conuocetur Clerus, & alij, qui funeri intereſſe debent, & in Parochialem, vel aliam Eccleſiam iuxta loci conſuetudinem, ordine conueniant; ac datis certis Campanę ſignis, eo modo, & ritu, quo in loco fieri ſolent; & hoc vt excitentur Parentes, & Amici ad intereſſendum exequijs, & diuinis officijs, & ad adorandum Deum prò anima Defunctorum, qui continuò clamant, miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici m . Iob. cap. 19.

CONCLVSIO VI.

Varia eſt enim locorum conſuetudo campanas pulſandi in hominum morte nàm Senis, e. g. bis campanæ prò fœminis pulſantur; ter pro viris; & hoc ad ſignificandum fœminam eſſe naturæ imperfectionis: Vir autem eſt perfectionis naturę, & ter prò eo pulſatur; nàm numerus ternarius eſt perfectus, & perfectionem indicat, & eſſe idcircò virum perfectiorem Mulieris, & quia vir creatus fuit numero ternario. 10

Adamus enim, ex terra, Mulier ex Adamo, & ex vtroque; homo; & ſic trina numeratio apparet, & viri perfectionem, & conſequenter veram eſſe aſſertionem. 11

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruit aſſertionem noſtram Rationale diui. officij. lib. 1. cap. 4. nu: 13. Belleibus cap. 161. vbi ſuprà cum alijs nominandis. 12

CONCLVSIO VII.

In Religioſorum, & ſæcularium Sacerdotum, & Clericorum morte, toties Campanæ, in aliquibus locis, & Diœceſibus pulſantur, quot ordines recepit 13

ſa-

ſacroſ: & mox , quòd expirauit quis illorum , *Aue Maria* pulſatur , vt à fidelibus, pro eorum anima dicatur, aut *De profundis , &c.*

CONCLVSIO VIII.

14 In puerorum morte , Campanæ non pulſantur ad populum conuocandum vt oretur prò eis , quia , talium eſt Regnum Cœlorum; quòd ſi pulſatur , non lugubri, ſed feſtiuo ſono pulſari debet , & lætitiæ , vt dicitur *in Rituali Romano , de ordine ſepeliendi paruulos .*

CONCLVSIO IX.

15 Campanæ in triduo Dominicæ Paſſionis non pulſantur ; quià Campanæ denotant Apoſtolos , iuxtà vaticinium Dauidis , *pſal.* 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* in ſilentio ſteterunt, nèc prædicarunt . quia , *Relicto eo , omnes fugerunt. S. Matth. cap*: 26. & in horto dormitauerunt .

CONCLVSIO X.

16 Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti tempore, loco campanarum pulſatur , Inſtrumentum quoddam ligneum , vulgò dictum in Tuſcia , *Tabella* , qua populus ad diuina officia conuocatur , & ad non nulla miſteria denotanda .

17 Vndè Campanæ ideò non pulſantur, ad denotandum quòd non debebat conuocari populus vt Deus oretur pro ſuo filio , quia non eget orationibus noſtris , & mori voluit vt nobis vitam daret .

Doctorum Allegationes .

Sic astumam aſſertionem noſtram A-
18 *malarius lib.4.cap. 21. de offic. Eccleſiaſt.*
Durandus , in ſuo rationali diuinor. offi-
cio. cum alijs nominandis .

CONCLVIO XI.

Conſanguinei , ſeù Hæredes defuncti , hodie in die funeris vocare ſolent , & inuitare Religioſos , ac Sacerdotes , & egenos pauperes . 19

Doctorum Allegationes :

Ità ſcribunt Origenes in cap. 3. Iob. D. Ambroſ. in orat. funebri , de morte Satyri , D. Hieronym. epiſt. ad Pamachi: de eius morte, D. Chryſoſt. homil. 32. in Math. & homil. 61. in Ioan. & homil. 27. in 1. Corinth. cap. 11. & homil. 4. ad Phylipp. & homil. 84. in Ioan. D. Auguſt. ſerm. 34. & epiſt. 64. ad Aurelium Epiſ. Cartaginenſ. & cap. 110. in Encherid. & lib. 21. cap. 24. tom. 5 de Ciuit. Dei , D. Iſidorus, lib. 1. cap. 18. de offic. Eccleſiaſt. & alij dicendi . 20

CONCLVSIO XII.

In funeris aſſociatione accenduntur
Intorſtitia , ſeù funalia , & candelæ diſtribuuntur, ac cerei, ad ſignificandum , 21
defunctos deduci tamquam Athletas quoſdam de victo ſæculo , ad ſupremum illum deſignatorem pergunt , coronas , & præmia accepturi , ſtrenuè geſtarum pugnarum .

Doctorum Allegationes .

Ità namque habetur in Romano Rituali de ordine exequiarum , Parochus , &c. ad domum Defuncti vna cum alijs procedat , diſtirbuuntur cerei , & accenduntur Intorſtitia . lumina enim in funere accenſa ſuper aurea candelabra , narrat Euſebius lib. 4. de vita Conſtantini Imperator. cap: 66. D. Gregor. Nazianzen. orat. 10. in laudem Ceſarij , D. Chryſost. homil. 4. in cap. 22

Digitized by Google

cap. 2. ad Hæbreos, vbi hæc habet.

Quid ſibi volunt lampades iſta feſtiua, nonne ſicut Athelesas eos perducimus? cùm fideles à deflendis mortuis, dehortantur. Gregorius Turonenſis, lib. 8. cap. 10. Theodoretus. lib. 5. hyſtor. Eccleſiaſt. cap. 26. & accenduntur ad ſignificandum etiam Chriſtum Dominum noſtrum, qui fuit lux Mundi, iuxtà illud Ioan. cap. 8. Ego ſum lux Mundi, & cap. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, & ad denotandum vtique Sanctiſſimam Trinitatem, quæ lux vocatur, vt Eccleſia canit, O lux beata Trinitas.

CONCLVSIO XIII.

23 In Chriſti funere lumina extinguntur in Matutino, ad denotandum, Apoſtolos in paſſione reliquiſſe. *Relicto eo, omnes fugerunt:* hinc Gregorius. S. Papa Magnus in ſuis moralibus dixit: *Cum ad Crucis horam ventum eſt, eius Diſcipulos grauis, ex Iudæorum perſecutione, timor inuaſit, fugerunt ſinguli.*

CONTROVERSIA V.

AN Eccleſia antiquitùs, pro mortuis, die tertio, ſeptimo, nono, depoſitionis defuncti; officium facere, & miſſas celebrare ſolebat.

CONCLVSIO I.

1 Eccleſia diebus huiuſmodi conſueuit, particulare officium peragere, ac miſſas celebrare; *ex cap. quia alij, 13. q. 2. cap: nullus, praſbyterorum, aiit: 44. cap: nullus, de conſecrat: diſt. 1.*

Doctorum Allegationes.

De his diebus, tertio, ſeptimo, & nono in quibus olim officia mortualia fiebant, autumant, D. Clemens, conſtitutio. apoſtolicis, lib. 6. cap. 48. D. Damaſcenus, orat. defunctorum, Tertullianus, de corona militis, cap. 3. vbi ità ſcribit. Oblationes pro defunctis. pro natalitijs, annua die facimus: & lib de monogamia, cap. 10. & lib. de exhortatio. ad caſtitatem S. Ambroſ. de obitu Theodori, Amalari us, lib. 3. de Eccleſiaſt. officio, cap. 44. vbi de tertio, ſeptimo, & trigeſimo die memorat; D. Cyprianus, lib. 1. epiſt. 9. ad clericos Furnitanorum, Euſebius, lib. 4 de vita Conſtantini, Auguſt. lib. 9. confeſſio. cap. 11. de S. Monica matre ſua, & cap. 12. & epiſt. 63. ad Aurelium Epiſco. Carthaginenſ. D. Chryſoſt. homil. 61. in cap. 17. Ioannis, & homil. 37. in epiſt. ad Philippenſ. Rituale Romanum, de officio defunct. rubrica, de officio agendo in exequijs. 2

CONCLVSIO II.

Defunctorum officium, ac miſſæ die tertio, introductæ ſunt celebrandæ pro mortuis, ad imitationem ſepulturæ Chriſti, & in memoriam Reſurrectionis dominicæ, quę tertia facta fuit die. 3

Doctorum Allegationes.

Tradunt aſſertionem Albinus, de diuino. officio, cap. vlt. Tertullianus, de monogamia, & de exhortatione ad Caſtitat. D. Ambroſ. de obitu Theodori Imperator; D. Ephrem Syrus, in ſuo teſtamento, de quo meminit S. Clemens in ſuis apoſtolicis conſtitution. lib. 6. cap. 48. vbi inquit: peragitur dies tertius mortuor. in pſalmis, lectionibus, & orationibus propter eum, qui tertia die reſurrexit. Amatarius Fortunatus, lib. 1. de Eccleſiaſt. officio, 4

cio, cap. 42. vbi ſic habet. habemus ſcriptum in quodam Sacramentario, quod officium mortuorum, agenda ſunt circa tertiam, ſeptimam, & trigeſimam diem, & lib. 3. cap. 44. de miſſis pro mortuis, Durantes, lib. 2. de ritibus Eccleſiæ, cap. 43. num. 5. Durandus, in ſuo rationali diuinor. officior. lib. 7. cap. 35. num. 5. cum alijs nominandis.

CONCLVSIO III.

5 Miſſæ celebrantur, ac mortuorum officia peraguntur die tertia pro ipſis mortuis, ad denotadum; quia cum in Anima hæc tria reperiantur, videlicèt, Iraſcibilitas, concupiſcibilitas, & rationabilitas; & ſimilitèr etiam memoria, intellectus, ac voluntas, ſi defunctus aliquid imperfectionis commiſerit, ei remittatur mediante auxilio Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ per dictum triduum, denotatur.

CONCLVSIO IV.

6 Die ſeptimo pro mortuis officia, & miſſæ peraguntur ad manifeſtandam eorum requiem; cum huiuſmodi numerus ſit præcipuè ſignum quietis, proptèr Sabbati ſacramentum; & ideò meritò numerum ſeptennarium mortuis tribui ſolere.

7 *Hinc, D. Auguſt. q. ſuper exod. lib. 1. q. 172. aſtruit; ſeptennarius numerus, proptèr Sabbati ſacramentum, præcipuè quietis, inditium eſt. vndè conſultò mortuis, tamquam quieſcentibus exhibetur, compleuit namque Deus die ſeptima omne opus, quod fecerat, & requieuit die ſeptima, ab omni opere, quod patrarat. geneſi, cap. 1. & proindè mortuis, tamquam quieſcentibus exhiberi ſolet.*

Doctorum Allegationes.

8 *Ità aſtruunt aſſertionem, D. Auguſt. dict. lo. Rabanus Maurus, de inſtitut. clericor. lib. 7. cap. 28. Alcuinus, de offici. mortuor. cap. 42. item, D. Auguſt. lib. 7. qq. ſuper geneſim, ad finem, D. Ambroſ. de fide Reſurrectio. Amalarius, lib. 3. de Eccleſiaſtico officio, cap. 44. Bellethus, cap. 16. in explanat. diuini officij, item Alcuin. de diuino officio, Rationale diuinor. officior. lib. 7. cap. 35. nu. 6. & alij, & fit mentio in geneſi, cap. 50. verſ. 10.*

CONCLVSIO V.

9 Septennarius numerus in Sacris litteris ſæpiſſimè reperitur ad ſignificandum rerum vniuerſitatem, *vt D. Auguſt. aſtruit, tom. 5. lib. 12. de Ciuit: Dei, cap.* 31. ſequentibus verbis.

10 *Multa huiuſmodi in diuinis Authoribus reperiuntur, in quibus ſeptennarius numerus pro cuiuſque rei vniuerſitate poni ſolet. ille.. quem immitatus venerabilis Beda in 1. cap. Iobi, ait. Nàm ſeptem, iuxtà authoritatem ſcripturarum plenitudinem quãdam ſacri myſterij ſignificat.*

CONCLVSIO VI.

11 Nèc dumtaxat rerum vniuerſitatem in genere; ſed etiam vniuerſitatem in genere electorum, & Eccleſiæ ſignificat, *inquit D. Hieronymus, in cap: 21. in D. Marcum; ſic ſcribens. Septeno, namque numero vniuerſitas perfectorum ſignificatur, & propter ipſum numerum ſeptennarium, quo vniuerſitatis ſignificatio ſæpè figuratur.*

12 Qui etiam numerus, ipſi Eccleſiæ tribuitur propter inſtàr vniuerſitatis, qua de cauſa idem *D. Hieronym. de celebratione Paſchæ aſtruit, D. Ioannem Apoſtolum ideò Apocalypſim ſcripſiſſe ſeptem Ec-*

Eccleſijs: ac proindè mirum eſſe non debet, ſi pro mortuis, die ſeptimo, miſſę, & officia mortuorum peragantur; vt peccata omnia, quæ perpetrarunt, & pœnitentiam non egerunt condignam, deflemus, & pro eis rogamus, ſeorſum, pro anima, & ſeorſum pro corpore.

CONCLVSIO VII.

13 Septennarius numerus componitur ex numero ternario, & quaternerio: per ternarium numerum denotatur Sanctiſſima Trinitas; per quaternarium verò creatura compoſita ex quatuor elementis, & animæ, & corporis vinculum continet, & per ternarium, denotatur anima habente memoriam, intellectum, ac voluntatem; per quaternarium numerum, corpus compoſitum ex quatuor elementis, & ex quatur humoribus.

14 Eſt concluſio *D Auguſtini ſuper 6. pſalm.* vbi ſic ratiocinatur *Manifeſtum eſt autem, ad corpus quaternarium numerum pertinere, propter notiſſima elementa quatuor, quibus conſtat, quatuor qualitates, ſiccam, humidam, calidam, & frigidam: inde quatuor etiam temporibus adminiſtratur, verno, æſtate, autumno, & hyeme; hac ſunt notiſſima; ad animam verò pertinere ternarium, poteſt intelligi ex eo, quod tripliciter diligere iubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. ille. Ideò igitur iſte numerus in ſe continet vinculum corporis, & Anima.*

CONCLVSIO VIII.

15 Septennarius numerus celebratur etiam, ad manifeſtandum huiuſmodi numerum ſummè Deo placere, vt in ſe continentem, petitiones ſeptem, quas diſtinctè Chriſtus Ieſus, in ſua oratione, ad Patrem æternum oblata; pronunciauit.

In qua, ſanè Oratione Sanctiſſima, Sanguis ab eo ſparſus, ſigillatim demonſtratur; & per prima illa verba, *Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum,* demonſtratur Sanguis, & myſterium Circuncíſionis, vbi ei nomen *Ieſus* impoſitum fuit. 16

Per illa autem verba, *Adueniat regnum tuum*; Sanguis coronationis; cùm propter regnum detur corona. Per illa verba: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra.* Sanguis in horto emiſſus. *non mea, ſed tua voluntas fiat. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Sanguis, qui exiuit de latere, ex quo primùm ſacramenta fluxerunt, panis viuus animarum noſtrarum. *Et dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Sanguis crucifixionis manuum, vbi dixit: *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Et nè nos inducas in tentationem.* Sanguis flagellationis, vbi extinguntur carnis tentationes. *Sed libera nos à malo. Amen.* Sanguis pedum, qui calcarunt infernum, receptaculum totius mali. 17

CONCLVSIO IX.

Per diem nouem Romani, Græci, & Gentiles defunctos deplorabant, & pro his, qui magnæ æſtimationis, ſacra nouemdialia ſolemnitèr celebrare ſolebant. 18

Ex quo Homerus Iliad.24. finxit Priamum, hac de cauſa fœdus nouem dierum, ab Achille petiſſe, vt exequias Hectori filio celebrare poſſet, dum ſic eccinit. 19

Si placet, vt dignos nato impendamus honores,
Flere nouem luces, permitte domi Hectora noſtra.
Ætheraq; & miſeris implere vlulatibus Vrbem.

Quòd fortaſsè Gentiles obſeruabant, 20

bant, ex eo quòd, Nouemdiale etat etiam Climatericum, ſicut ſeptennarium propter aliquas proprietates, quas in ſe talis numerus continet; præcipuè, cum ſit cubus ternarij; ex quibus colligi valet, quarè omnium Summorum Pontificum Romanorum fieri ſoleant, per nouem continuos dies exequię, dictæ nouemdialia ſuffragia.

Doctorum Allegationes.

21 *Huius noni diei numerus licet meminerint D. Damaſcenus, ſerm. de fide defunct. Iacobus Boſius, lib. inſcripto, Croce trionfante, lib. 2. cap. 3. fol. 131. & ſeqq. cum alijs: quam tamen, conſuetudinem celebrandi, D. Auguſt. in qq. in geneſim, in fine, his recitat verbis. Neſcio vtrum inueniatur, alicui Sanctorum in ſcripturis, celebratum eſſe luctum nouem dierum, quòd apud Latinos, Nouemdiale appellatur: vndè mihi videtur ab hac conſuetudine prohibenda, ſi quis Chriſtianorum, iſtum in mortuis ſuis, numerum ſeruat, qui magis eſt in gentilium conſuetudine. ille. Albinus, de diuin. offic. tit. de exequijs mortuorum. Durantes, de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. cap. 43. num. 5. Durandus, in ſuo rationali diuinorum officio. lib. 7. cap. 35. num. 7. mentionem faciunt dicti numeri; cum alijs, & D. Auguſtini verba ſunt ſumenda quatenus quis ſuperſtitioſè nouemdialia proſequeretur, minimè vero, vt Eccleſia vtitur circà miſſas celebrandas, & officia diuina pro mortuis, ſoluenda, die nono.*

CONTROVERSIA VI.

AN dies trigeſimus, cum reliquis diebus, vſque ad diem Anninerſarium, pro mortuis miſſæ celebrari, & officia mortuorum, dicere queant?

CONCLVSIO I.

Trigeſimus dies celebratur, ad ſignificandum, quòd quemadmodum, triginta diebus, menſis perficitur, qui denotat curſum vitæ noſtræ præſentis, vt facilè ex lunæ curſu dignoſcitur, qui triginta diebus perficitur; ità mediante miſſæ ſacrificio, opera mortuorum, pro quibus ſacrificum offertur, & deprecatur; ſint plena, ac perfecta in Dei conſpectu. 1

Nàm quandò ſtudemus, vt Amicorum opera noſtrorum, plena coram Deo ſint, triginta diebus, prò eis ſactificamus: in hoc enim, numero perfectio contineri vidtur ex ſacris litteris; quoniam Chriſtus fuit baptizatus in trigeſimo anno: Adamus fuit creatus triginta annorum vt communitèr dicitur; in eadem ætate ſunt corpora in die iudicij reſurrectura, vt multi Doctores autumant, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; Dauid gubernium regni in trigeſimo anno habuit. 2

CONCLVSIO II.

Hinc factum eſt, vt per triginta dies continuos ſine interpollatione, quotidie miſſa pro Defunctis dicatur, & vocantur *Miſſæ D. Gregorij*; ex eo, quod ab iſto Sanctiſſimo Papa Magno hic vſus bonus fuerit introductus, & appellantur *Miſſæ Gregorianæ*. 3

Doctorum Allegationes.

Has duas Theſes tradunt ipſe D. Gregorius Papa, lib. 8. in Iob; & lib. 4. dialoger. cap. 15. Albinus flaccus, de diuin. offic. in fine, Durantes, de ritibus Eccleſiæ, cap. 43. num. 5. Sanctus Ephrem, in ſuo teſtamento Hildebertus Cremonienſis Epiſco: tract. de ordine Eremitarum, & alij 4

V & ka-

tertia vice, additur, *Sempiternam*; ad denotandum Saluatoris exequias; vel quia triplicem pro defunctis à Deo poſtulamus Requiem, vt videlicèt, eis, pœna tollatur, in qua eſt illis labor, & non requies, vt Animæ gloria æterna conferatur; quia tunc veracitèr, requieſcet in bono deſiderato, ideſt, in ipſo Deo, & vt illis corporis gloria præſtetur.

9 Nàm, prima Requies, cum non ſit requies ſempiterna; quia pœna ſublata, adhùc gloriam deſiderant; neque ſecunda requies; quia ante reſurrectionem corporum ineſt Animabus naturalis appetitus corpus reaſſumendi, quo appetitu aliquandò retardantur, nè totalitèr in Deum ferantur: ſed tertia requies eſt vera requies ſempiterna: quia anima præſentialitèr Deum videt, reaſſumpto corpore, & æternalitèr, & perfectiſſimè requieſcit, ideò tertia vice dicere congruit, *Sempiternam*.

CONCLVSIO VI.

10 In Defunctorum Miſſa non præſtatur *Benedictio*: quia in morte ceſſant omnes ſolemnitates; & quia non ſolum datur ad peccata venialia tollenda, ſed vtique ad populum excitandum, vt in Dei auxilio confidat; quod mortui facere nequeunt.

CONCLVSIO VII.

11 Miſſa Defunctorum terminatur cum, *Requieſcant in pace*, vt finis principio reſpondeat, in quo eis æterna requies poſtulatur; & quia illud officium ſingularitèr defunctis applicatur, ideò à principio, medio, & fine; *Requieſcant in pace* æterna, ac iucundiſſima optatur, & chorus reſpondet, *Amen*; ideſt, fiat quod petitur.

Doctorum Allegationes.

Tenent has Theſes Michael Timotheus p. 2. cap. 19. & p. 6. cap. 36. fol. 226. D. Andreas Piſcara, Caſtaldus, Clericus Regular. in ſua praxi Cæremoniarum, lib. 2. ſect. 6. cap. 5. edita nouiſſimè, cum alijs referendis ſcriptoribus. 12

CONCLVSIO VIII.

Thus, quod Defunctis, & ſepulturis eorum præbetur, illis prodeſt; & ſicùt Thus in ſacrificijs, ſic in funeralibus adhibetur, ac ideò eſt improbandum, & maximè repræhendendum illud prouerbium, malè introductum à vulgo, abſque iudicio, videlicèt; *Serue come l'Incenſo à Morti*. quaſi nihil deſeruiat, quod falſiſſimum eſt, & hæreticorum, ac malorum catholicorum eſt exioma. 13

Probatur concluſio ſic; quia cum ſit cæremonia ab Eccleſia approbata, & introducta, obſeruanda eſt, & ſecùs quis aſſerens, remanet excommunicatus. Et quod verum ſit audiantur *Trid: Concilij verba*, *ſeſſ: 23. cap. 5.* vbi hæc habentur. 14

Pia Mater Eccleſia Ritus quoſdam, vt videlicèt, quædam ſubmiſſa voce, alia verò elatione in Miſſa pronunciarentur, inſtituit; cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thimyamata, veſtes, aliaque id generis, multa ex Apoſtolica diſciplina, & traditione. hæc ibi, & canone 7. de ſacrificio Miſſæ, ead. ſeſſ. dicitur Si quis dixerit, cæremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione, Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe, magis, quàm officia pietatis, Anathema ſit. Satis Concilium. Nàm omnes cæremoniæ, & cætera ab Eccleſia inſtituta, multa in ſe myſteria continent, ac varia ſignificata habent, vt angelicè 15

edo-

edocet. *D. Thomas.* 3. *p. q.* 73. *art.* 5.

CONCLVSIO IX.

16 Defunċti, & illorum ſepulturæ thurrificantur, vt ex illius perſona Deum adoremus, ac petimus noſtras præces, quas pro illo fundimus, ſicut incenſum in Dei conſpeċtu deferri: tùm ad fœtorem remouendum, tùm vt defunċtus creatori ſuo acceptabile, bonorum operum, in odorem intelligatur; tùm ad oſtendendum, quòd defunċtis proſit auxilium orationis: quæ per incenſum denotatur; tùm, demùm; quia thurrificatio eſt efficax ad dęmones fugandos.

Doċtorum Allegationes.

17 *Docent Innocent.* 3. *lib.* 2. *Myſt. miſſa, cap.* 17. *Durantes, lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. *Durandus, lib.* 4. *in ſuo rationali diui. offic. cap.* 10. *num.* 5. *& lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 38. *Belleibus, in explanat. diuin. offic. cap.* 161. *Rubrica Miſſalis Romani, & in Rituali Romano, de exequijs, & officio Mortuorum, & de ſepeliendis paruulis, vtique habetur.*

CONCLVSIO X.

18 In Miſſa pro Viuis thurrificantur omnes, ad denotandum, quod orationes illorum ad cœleſtia diriguntur. In Miſſa verò ſolemni defunċtorum minimè incenſatur Altare ad Introitum, ſed tantum ad oblata, prout ipſa oblata, & tunc non alij, ſed Sacerdos ſolus celebrans, qui Chriſtum repræſentat, thurrificatur, & etiam circà defunċti Corpus: alij autem non cenſantur, ad denotandum mortuos, nihil poſt hac valere ſuis orationibus promoueri; quòd ideò dixit *Dauid. pſal.* 112. *Non mortui laudabunt te Domine.*

Doċtorum Allegationes.

De Incenſi virtute plura petantur apud Hieronymum Mengum, ſuo libro, flagellum Dæmonum, & in alio, fuſtis Dæmonum, & apud alios. 19

CONCLVSIO XI.

Defunċti aſperguntur aqua benediċta; & illorum ſepulturæ ex Rituali Romano, de exequijs, nè Dæmones fidelium orationes impediant, & defunċtis illudant, ac vexentur. 20

Nàm, Aqua benediċta in ſpelunca ponitur, ideſt, in ſepultura, nè Dæmones, qui multum eam timent, ad corpus accedant. ſolent, namque deſeuire in corpora mortuorum, vt quòd nequiuerunt in vita, ſaltem poſt mortem agant. ſic habetur in Rationali diuinor. officior. lib. 7. *cap.* 35. *num.* 38.

Præterea, Aqua benediċta Defunċti aſperguntur, vt deſiderium noſtrum exprimamus, quo Animas defunċtorum, cœleſti rore aſpergi optemus; vndè ardor illi purgatorij ignis mitigetur, & omninò extinguatur. 21

Doċtorum Allegationes.

De aqua benediċta, & ſuis effeċtibus bonis ratiocinantur. D. Thomas, quodlib. 3. *art.* 21. *D. Epiphanius, tom.* 2. *contrà hæreſes, hæreſi.* 30. *vbi miraculum aquæ benediċtæ explicat, B. Theodoretus, lib.* 6. *hyſtor. tripartita, cap.* 33. *Concilium* 4. *Toletanum, ſub Henorio* 1. *canone* 8. *Strabo, de rebus Eccleſiaſt. cap.* 29. *&* 30. *D. Vincentius Ferrerius, p* 3. *ſerm.* 9. *de Sanċtis, Vuadenſ. tom.* 3. *de ſacram. traċt. de aqua benediċta, tit.* 44. *cap.* 68. *Syluest. verb. aqua benedicta, Benzonius, de Iubileo, cap.* 15 *Baronius, tom.* 2. *anno* 132. *pag.* 52. *Durantes, de ritibus Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. *Azorius, lib.* 22

CONCLVSIO XIV.

29 Cantu olim defunctos preferebât ad ſepulturam, eo nempe fine, vt Deus benedictus laudaretur, quòd ab ærumnis, & laboribus huius vitæ defunctum liberauit, & in Cœlo quieſcat, ad cuius finem eſt homo creatus.

30 *Hinc Ariſt. in vltimo ſuæ vitæ à diſcipulis rogatus eſt vt aliquam eis ſententiam reliqueret, humiliatus reſpondit. In hunc mundum intraui anxius, vixi conturbatus egredior inſcius, & ignarus.* quæ dixit, vt miſeriam huius vitæ demonſtraret, quæ veluti arbor cum adinſtar ſit, cuius radices, duo mures, vnus albus, qui dies eſt, alter niger, qui eſt nox, ſemper corrodunt.

31 Et oſſibus Magni Alexandri, in vaſe aureo poſitis, non nulli Phyloſophi dicebant. *Heri iſte faciebant de auro theſaurum, hodie aurum facit theſaurum de ſe ipſo. heri illum ſequebantur omnes viuentes, hodie ipſe ſequitur omnes morientes: heri iſte, quos volebat, poterat à morte liberare; hodie mortis vincula ipſe non potuit euitare. heri iſte premebat Terram, hodie ipſe premitur à Terra. heri habebat multos Amicos, & Inimicos, hodie ſibi ſunt omnes æquales.*

32 *Vita namque noſtra eſt vapor ad modicum parens. Iob cap. 4. & D. Auguſt. dicere ſolebat: Tempus vitæ præſentis nil aliud eſſe, quàm curſum ad mortem. Et D. Hieronym exclamabat, dicens: Vita mundi non vita, ſed mors, fœlix, qui tuas cognoſcit fallacias; Fœliciſſimus, qui de te bene priuatus eſt: melior eſt negotiatio eius auro puriſſimo: inuenit enim locum firmum, & ſtabilem, ſtabiliſque manens, dat cuncta moueri. Ille.*

CONTROVERSIA IIII.

IN Defunctorum obitu, qua de cauſa, Campanæ pulſantur? vbi plura ſcitu digna afferuntur, & reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

1 Campanæ, quæ loco æris, & ollæ pertuſæ, hodie pulſantur mox, ac quis ex hac vita deceſſit, terreni ſunt comites, vt ante nec teſtantur mortuum, veneno, vel ferro perijſſe, & animum à dolore alleuiari denotant; ſed vt populus ad pias, pro defuncto, præces fundendas moueatur.

Doctorum Allegationes.

2 *Tradunt ſic Beda lib. 4. cap. 23. hyſtor. Luc. lib. 8. Theocritus Scholiaſtes, annot. cap. 12. cum alijs ſuprà relatis, & dicendis.*

CONCLVSIO II.

3 Ad Defunctorum funeralia populum conuocare tintinabulis, vel campanis olim vſus, & mos fuit; ſicùt tubis milites in exercitu conuocantur; ſic Eccleſiæ Miniſtri campanis conuocantur ad Deum laudandum, contrà diaboli inſidias, & vt populus Deum depræcetur pro defuncto, & ad aduertendum ſpectare. & dæmonum ludibria fugare.

4 Hinc Deus præcepit *Numer. cap. 10. fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem, quandò mouenda ſunt caſtra, & Iſaias cap. 18. & in cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ. ſtat aſſertio.*

Digitized by Google

Doctorum Allegationes.

5 *Suſtinent Theſem hanc noſtram Albund. lib. 2. ad finem, Rationale diuinor. officior. lib. 3. cap. 31. num. 5. & lib. 1. cap. 4. num. 13. & lib. 7. cap. 31. num. 36. D. Chryſoſt lib. 15. cap. 9. de Sacerdotio. Belletbus, cap. 161. vbi ſuprà, Amalarius, lib. 3. de Eccleſiaſtico officio, cap. 1. Angelus Rocca, Tagaſtenſis, in ſuo tract. de campanis, Durantes, lib. 1, cap. 22. nu. 3. de officio, & alij.*

CONCLVSIO III.

6 Campanæ prima vice pulſari ſolent; quandò infirmus eſt in agonia, & Deo eſt ſpiritus redditurus, ad hoc vt audientes pro illo Deum orent iuxtà *Rituale Romanum, ſub Paulo V. reformatum, in ordine, animam commendandi in expiratione, vbi ſequentia habentur verba.*

7 *Cum verò tempus expirandi inſtiterit, tunc vbi viget pia conſuetudo pulſetur campana parochialis Eccleſiæ, aliquibus ictibus, ad ſignificandum fidelibus, in orbe, vel loco, aut in ſuburbo exiſtentibus, inſtantem mortem expirantis ægroti, vt pro eo Deum orare poſſint. hac ibi, quòd Guillelmus Durandus in ſuo rationali diuino. officior. lib. 1. cap. 4. num. 19. explicat.*

CONCLVSIO IV.

8 Secunda vices verò cum ſpiritum Deo reddidit, & in eodem Rituali Romano dicitur, ſic Interim detur campanę ſignum tranſitus defuncti, pro loci conſuetudine, vt audientes, prò eius anima Deum precentur.

CONCLVSIO V.

9 Tertia eſt, quandò ad ſepulturam comitatur, vt ibid: ſic habetur. Conſtitutio tempore, quo corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, conuocetur Clerus, & alij, qui funeri intereſſe debent, & in Parochialem, vel aliam Eccleſiam iuxta loci conſuetudinem, ordine conueniant; ac datis certis Campanę ſignis, eo modo, & ritu, quo in loco fieri ſolent; & hoc vt excitentur Parentes, & Amici ad intereſſendum exequijs, & diuinis officijs, & ad adorandum Deum prò anima Defunctorum, qui continuò clamant, miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici m . Iob. cap. 19.

CONCLVSIO VI.

Varia eſt enim locorum conſuetudo campanas pulſandi in hominum morte nàm Senis, e. g. bis campanæ prò fœminis pulſantur; ter pro viris; & hoc ad ſignificandum fœminam eſſe naturæ imperfectionis: Vir autem eſt perfectionis naturę, & ter prò eo pulſatur; nàm numerus ternarius eſt perfectus, & perfectionem indicat, & eſſe idcircò virum perfectiorem Mulieris, & quia vir creatus fuit numero ternario. 10

Adamus enim, ex terra, Mulier ex Adamo, & ex vtroque; homo; & ſic trina numeratio apparet, & viri perfectionem, & conſequenter veram eſſe aſſertionem. 11

Doctorum Allegationes.

Ità aſtruit aſſertionem noſtram Rationale diui. offici: lib. 1. cap. 4. nu: 13. Bellethus cap. 161. vbi ſuprà cum alijs nominandis. 12

CONCLVSIO VII.

In Religioſorum, & ſæcularium Sacerdotum, & Clericorum morte, toties Campanæ, in aliqu bus locis, & Diœceſibus pulſantur, quot ordines recepit ſa- 13

Digitized by Google

ſacroſ. & mox, quòd expirauit quis illorum, *Aue Maria* pulſatur, vt à fidelibus, pro eorum anima dicatur, aut *De profundis*, *&c.*

CONCLVSIO VIII.

14 In puerorum morte, Campanæ non pulſantur ad populum conuocandum vt oretur prò eis, quia, talium eſt Regnum Cœlorum; quòd ſi pulſatur, non lugubri, ſed feſtiuo ſono pulſari debet, & lætitiæ, vt dicitur *in Rituali Romano, de ordine ſepeliendi paruulos*.

CONCLVSIO IX.

15 Campanæ in triduo Dominicæ Paſſionis non pulſantur; quià Campanæ denotant Apoſtolos, iuxtà vaticinium Dauidis, *pſal.* 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* in ſilentio ſteterunt, nèc prædicarunt. quia, *Relicto eo, omnes fugerunt. S. Matth. cap:* 26. & in horto dormitauerunt.

CONCLVSIO X.

16 Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti tempore, loco campanarum pulſatur, Inſtrumentum quoddam ligneum, vulgò dictum in Tuſcia, *Tabella*, qua populus ad diuina officia conuocatur, & ad non nulla miſteria denotanda.

17 Vndè Campanæ ideò non pulſantur, ad denotandum quòd non debebat conuocari populus vt Deus oretur pro ſuo filio, quia non eget orationibus noſtris, & mori voluit vt nobis vitam daret.

Doctorum Allegationes.

Sic æſtimant aſſertionem noſtram A-
18 *malarius lib.4.cap. 21. de offic. Eccleſiaſt. Durandus, in ſuo rationali diuinor. officio. cum alijs nominandis.*

CONCLVSIO XI.

Conſanguinei, ſeù Hæredes defuncti, hodie in die funeris vocare ſolent, 19
& inuitare Religioſos, ac Sacerdotes, & egenos pauperes.

Doctorum Allegationes.

Ità ſcribunt Origenes in cap. 3. Iob. D. 20
Ambroſ. in orat. funebri, de morte Satyri, D. Hieronym. epiſt. ad Pamachi: de eius morte, D. Chryſoſt. homil. 32. *in Math. & homil.* 61. *in Ioan. & homil.* 27. *in* 1. *Corinth. cap.* 11. *& homil.* 4. *ad Phylipp. & homil.* 84. *in Ioan. D. Auguſt. ſerm.* 34. *& epiſt.* 64. *ad Aurelium Epiſ. Cartaginenſ. & cap.* 110. *in Encherid. & lib.* 21. *cap.* 24. *tom.* 5. *de Ciuit. Dei, D. Iſidorus, lib.* 1. *cap.* 18. *de offic. Eccleſiaſt. & alij dicendi.*

CONCLVSIO XII.

In funeris aſſociatione accenduntur
Intorſtitia, ſeù funalia, & candelæ di- 21
ſtribuuntur, ac cerei, ad ſignificandum, defunctos deduci tamquam Athletas quoſdam de victo ſæculo, ad ſupremum illum deſignatorem pergunt, coronas, & præmia accepturi, ſtrenuè geſtarum pugnarum.

Doctorum Allegationes.

Ità namque habetur in Romano Rituali 22
de ordine exequiarum, Parochus, &c. ad domum Defuncti vna cum alijs procedat, diſtirbuuntur cerei, & accenduntur Intorſtitia. lumina enim in funere accenſa ſuper aurea candelabra, narrat Euſebius lib. 4. *de vita Conſtantini Imperator. cap:* 66. *D. Gregor. Nazianzen. orat.* 10. *in laudem Ceſarij, D. Chryſost. homil.* 4. *in cap.*

cap. 2. ad Habreos, vbi hac habet.

Quid ſibi volunt lampades iſta feſtiua, nonne ſicut Atheletas eos perducimus? cum fideles à deflendis mortuis, dehortantur. Gregorius Turonenſis, lib. 8. cap. 10. Theodoretus. lib. 5. hyſtor. Eccleſiaſt. cap. 26. & accenduntur ad ſignificandum etiam Chriſtum Dominum noſtrum, qui fuit lux Mundi, iuxta illud Ioan. cap. 8. Ego ſum lux Mundi, & cap. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, & ad denotandum vtique Sanctiſſimam Trinitatem, qua lux vocatur, vt Eccleſia canit, O lux beata Trinitas,

CONCLVSIO XIII.

23 In Chriſti funere lumina extinguntur in Matutino, ad denotandum, Apoſtolos in paſſione reliquiſſe. *Relicto eo, omnes fugerunt:* hinc Gregorius. S. Papa Magnus in ſuis moralibus dixit: *Cum ad Crucis horam ventum eſt, eius Diſcipulos grauis, ex Iudaeorum perſecutione, timor inuaſit, fugerunt ſinguli.*

CONTROVERSIA V.

AN Eccleſia antiquitùs, pro mortuis, die tertio, ſeptimo, nono, depoſitionis defuncti; officium facere, & miſſas celebrare ſolebat.

CONCLVSIO I.

1 Eccleſia diebus huiuſmodi conſueuit, particulare officium peragere, ac miſſas celebrare; *ex cap. quia alij, 13. q. 2. cap: nullus, præsbyterorum, dist: 44. cap: nullus, de conſecrat: diſt. 1.*

Doctorum Allegationes.

De his diebus, tertio, ſeptimo, & nono in quibus olim officia mortualia fiebant, autumant, D. Clemens, conſtitutio. apoſtolicis, lib. 6. cap. 48. D. Damaſcenus, orat. defunctorum, Tertullianus, de corona militis, cap. 3. vbi ita ſcribit. Oblationes pro defunctis. pro natalitijs, annua die facimus: & lib de monogamia, cap. 10. & lib. de exhortatio. ad caſtitatem S. Ambroſ. de obitu Theodori, Amalarius, lib. 3. de Eccleſiaſt. officio, cap. 44. vbi de tertio, ſeptimo, & trigeſimo die memorat; D. Cyprianus, lib. 1. epiſt. 9. ad clericos Furnitanorum, Euſebius, lib. 4 de vita Constantini, Auguſt. lib. 9. confeſſio. cap. 11. de S. Monica matre ſua, & cap. 12. & epiſt. 63. ad Aurelium Epiſco. Carthaginenſ. D. Chryſoſt. homil. 61. in cap. 17. Ioannis, & homil. 37. in epiſt. ad Philppenſ. Rituale Romanum, de officio defunct. rubrica, de officio agendo in exequijs, 2

CONCLVSIO II.

Defunctorum officium, ac miſſæ die tertio, introductæ ſunt celebrandæ pro mortuis, ad imitationem ſepulturæ Chriſti, & in memoriam Reſurrectionis dominicæ, quę tertia facta fuit die. 3

Doctorum Allegationes.

Tradunt aſſertionem Albinus, de diuino. officio, cap. vlt. Tertullianus, de monogamia, & de exhortatione ad Caſtitat. D. Ambroſ. de obitu Theodori Imperator; D. Ephrem Syrus, in ſuo teſtamento, de quo meminit S. Clemens in ſuis apoſtolicis conſtitution. lib. 6. cap. 48. vbi inquit: peragitur dies tertius mortuor. in pſalmis, lectionibus, & orationibus propter eum, qui tertia die reſurrexit. Amalarius Fortunatus, lib. 1. de Eccleſiaſt. offi- 4

cio,

cio, cap. 42. vbi ſic habet. habemus ſcriptum in quodam Sacramentario, quod officium mortuorum, agenda ſunt circa tertiam, ſeptimam, & trigeſimam diem, & lib. 3. cap. 44. de miſſis pro mortuis, Durantes, lib. 2. de ritibus Eccleſiæ, cap. 43. num. 5. Durandus, in ſuo rationali diuinor. officior. lib. 7. cap. 35. num. 5. cum alijs nominandis.

CONCLVSIO III.

5 Miſſæ celebrantur, ac mortuorum officia peraguntur die tertia pro ipſis mortuis, ad denotadum; quia cum in Anima hæc tria reperiantur, videlicèt, Iraſcibilitas, concupiſcibilitas, & rationabilitas; & ſimilitèr etiam memoria, intellectus, ac voluntas, ſi defunctus aliquid imperfectionis commiſerit, ei remittatur mediante auxilio Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ per dictum triduum, denotatur.

CONCLVSIO IV.

6 Die ſeptimo pro mortuis officia, & miſſæ peraguntur ad manifeſtandam eorum requiem; cum huiuſmodi numerus ſit præcipuè ſignum quietis, proptèr Sabbati ſacramentum; & ideò meritò numerum ſeptennarium mortuis tribui ſolere.

7 *Hinc, D. Auguſt. q. ſuper exod. lib. 1. q. 172. aſtruit; ſeptennarius numerus, proptèr Sabbati ſacramentum, præcipuè quietis, inditium eſt. vndè conſultò mortuis, tamquam quieſcentibus exhibetur, complenit namque Deus die ſeptima omne opus, quod fecerat, & requieuit die ſeptima, ab omni opere, quod patrarat. geneſi, cap. 1. & proindè mortuis, tamquam quieſcentibus exhiberi ſolet.*

Doctorum Allegationes.

8 *Ità aſtruunt aſſertionem, D. Auguſt. dict. lo. Rabanus Maurus, de inſtitut. clericor. lib. 7. cap. 28. Alcuinus, de offici. mortuor. cap. 42. item, D. Auguſt. lib. 7. qq. ſuper geneſim, ad finem, D. Ambroſ. de fide Reſurrectio. Amalarius, lib. 3. de Eccleſiaſtico officio, cap. 44. Bellethus, cap. 16. in explanat. diuini officij, item Alcuin. de diuino officio, Rationale diuinor. officior. lib. 7. cap. 35. nu. 6. & alij, & fit mentio in geneſi, cap. 50. verſ. 10.*

CONCLVSIO V.

9 Septennarius numerus in Sacris litteris ſæpiſſimè reperitur ad ſignificandum rerum vniuerſitatem, *vt D. Auguſt. aſtruit, tom. 5. lib. 12. de Ciuit: Dei, cap. 31.* ſequentibus verbis.

10 *Multa huiuſmodi in diuinis Authoribus reperiuntur, in quibus ſeptennarius numerus pro cuiuſque rei vniuerſitate poni ſolet. ille, quem imitatus venerabilis Beda in 1. cap. Iobi, ait. Nàm ſeptem, iuxtà authoritatem ſcripturarum plenitudinem quãdam ſacri myſterij ſignificat.*

CONCLVSIO VI.

11 Nèc dumtaxat rerum vniuerſitatem in genere; ſed etiam vniuerſitatem in genere electorum, & Eccleſiæ ſignificat, *inquit D. Hieronymus, in cap: 21. in D. Marcum; ſic ſcribens. Septeno, namque numero vniuerſitas perfectorum ſignificatur, & propter ipſum numerum ſeptennarium, quo vniuerſitatis ſignificatio ſæpè figuratur.*

12 Qui etiam numerus, ipſi Eccleſiæ tribuitur propter inſtàr vniuerſitatis, qua de cauſa idem *D. Hieronym. de celebratione Paſchæ aſtruit, D. Ioannem Apoſtolum ideò Apocalypſim ſcripſiſſe ſeptem Ec-*

Digitized by Google

bant, ex eo quòd, Nouemdiale erat etiam Climatericum, ſicut ſeptennarium propter aliquas proprietates, quas in ſe talis numerus continet; præcipuè, cum ſit cubus ternarij; ex quibus colligi valet, quarè omnium Summorum Pontificum Romanorum fieri ſoleant, per nouem continuos dies exequię, dictæ nouemdialia ſuffragia.

Doctorum Allegationes.

21 *Huius noni diei numerus licet meminerint D. Damaſcenus, ſerm. de fide defunct. Iacobus Boſius, lib. inſcripto, Croce trionfante, lib. 2. cap. 3. fol. 131. & ſeqq. cum alijs: quam tamen, conſuetudinem celebrandi, D. Auguſt. in qq. in geneſim, in fine, his recitat verbis. Neſcio vtrum inueniatur, alicui Sanctorum in ſcripturis, celebratum eſſe luctum nouem dierum, quòd apud Latinos, Nouemdiale appellatur: vndè mihi videtur ab hac conſuetudine prohibendæ, ſi quis Chriſtianorum, iſtum in mortuis ſuis, numerum ſeruat, qui magis eſt in gentilium conſuetudine. ille. Albinus, de diuin. offic. tit. de exequijs mortuorum. Durantes, de ritibus Eccleſia, lib. 2. cap. 43. num. 5. Durandus, in ſuo rationali diuinorum officio. lib. 7. cap. 35. num. 7. mentionem faciunt dicti numeri; cum alijs, & D. Auguſtini verba ſunt ſumenda quatenus quis ſuperſtitiosè nouemdialia proſequeretur, minimè vero, vt Eccleſia vtitur circà miſſas celebrandas, & officia diuina pro mortuis, ſoluenda, die nono.*

CONTROVERSIA VI.

AN dies trigeſimus, cum reliquis diebus, vſque ad diem Anniuerſarium, pro mortuis miſſæ celebrari, & officia mortuorum, dicere queant?

CONCLVSIO I.

Trigeſimus dies celebratur, ad ſignificandum, quòd quemadmodum, triginta diebus, menſis perficitur, qui denotat curſum vitæ noſtræ præſentis, vt facilè ex lunæ curſu dignoſcitur, qui triginta diebus perficitur; ità mediante miſſæ ſacrificio, opera mortuorum, pro quibus ſacrificum offertur, & deprecatur; ſint plena, ac perfecta in Dei conſpectu. 1

Nàm quandò ſtudemus, vt Amicorum opera noſtrorum, plena coram Deo ſint, triginta diebus, prò eis ſacrificamus: in hoc enim, numero perfectio contineri vidtur ex ſacris litteris; quoniam Chriſtus fuit baptizatus in trigeſimo anno: Adamus fuit creatus triginta annorum vt communitér dicitur; in eadem ætate ſunt corpora in die iudicij reſurrectura, vt multi Doctores autumant, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; Dauid gubernium regni in trigeſimo anno habuit. 2

CONCLVSIO II.

Hinc factum eſt, vt per triginta dies continuos ſine interpollatione, quotidie miſſa pro Defunctis dicatur, & vocantur *Miſſa D. Gregorij*; ex eo, quod ab iſto Sanctiſſimo Papa Magno hic vſus bonus fuerit introductus, & appellantur *Miſſa Gregoriana*. 3

Doctorum Allegationes.

4 *Has duas Theſes tradunt ipſe D. Gregorius Papa, lib. 8. in Iob; & lib. 4. dialoger. cap. 15. Albinus flaccus, de diuin. officio in fine, Durantes, de ritibus Eccleſia, cap. 43. num. 5. Sanctus Ephrem, in ſuo teſtamento Hildebertus Cremenienſis Epiſco: tract: de ordine Eremitarum, & alij*

& habetur cap. 20. numeri, vbi dicitur Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per conctas familias ſuas: & Deuteronom: cap. 34. dicitur. fleuerunique eum fili Iſrael, in campeſtribus moab, triginta diebus, & com. pl eti ſunt dies planctus, lugentium Moyſe m.

CONCLVSIO III.

5 Apud Sanctam Matrem Eccleſiam conſuetudo quoque fuit penès Sanctorum Patrum ſententiam; nè quis fidelis mortuus, ſepulturæ tradatur, niſi prius celebraretur Sanctiſs: miſſę ſacrificium, dum fieri poſſet; ac proindè in miſſali legitur, miſſa in die obitus, ſeu defuncti depoſitionis.

Doctorum Allegationes.

6 *Ità ſcribunt D. Bernardus in vita S. Malachia, cap. 18. Poſſidonius, in vita S. Auguſti. cuius obitum narrans, hac habet. pro eius commenda corporis depoſitione, ſacrificum Deo oblatum eſt, & ſepultum eſt. Paulinus in vita S. Ambroſij, inquit. Luceſcente die dominico, cum corpus Ambroſij peractis ſacramentis diuinis, de Eccleſia leuaretur, portandum ad Baſilicam Ambroſianam, &c. D. Auguſt. lib. 9. confeſſionum, cap. 12. ait. Cum eſſet corpus eleuatum, imus, & redimus ſine lachrymis: nam neque in precibus, quas tibi fudimus, cum offertur pro ea ſacrificium pratij noſtri; iàm iuxtà ſepulchrum poſito Cadauere, priuſquam deponeretur ſicut illic fieri ſolet. Euſebius, lib. 4. de vita Conſtantini. Theodoretus, lib. 2. cap. 14. hyſtor. Nicephorus, lib. 12. cap. 11 hyſtor. Eccleſiaſt. Bellethus cap. 67. & 181. in explanat. diuinor. officior. Durandus in ſuo rationali diuino. officio. lib. 7. cap 35. num 17. & alij.*

Et conſtat etiam ex Romano Rituali, tit. de exequijs, vbi dicitur. Antiquiſſimi inſtituti eſt, & illud quantum fieri poteſt retineatur, vt miſſa, præſente corpore defuncti, pro eo celebretur antequam ſepulturæ tradatur, & ſi quis die feſto ſit ſepeliendus, miſſa propria pro defunctis; præſente corpore celebrari poterit, dum tamen, conuentualis miſſa, & officia diuina non impediantur, magnaque diei celebritas non obſiſtat, aut aliqua neceſſitas alitèr ſuadeat. hac ibi.

7

Et Guillelmus Durandus nuper citatus, ità ſcribit de hac re. Anniuerſarium celebrari non debet, nèc miſſa pro defunctis dici, niſi corpus præſens fuerit: tunc ſic, quia omni tempore poteſt miſſa pro defunctis celebrari cadauere præſente, niſi in paraſceue; tunc enim, non debet corpus Chriſti immolari, ſed vſque in craſtinum referuetur, & tunc ſcilicet, in Sabbato, poteſt miſſa pro illo cantari, & corpus ſepeliri. ille. & Syluest. verb. miſſa, 1. num. 18. ait. Quidem non irrationabiliter dicunt, nullam miſſam defunctis eſſe ſalubrem, quam propriam diei. ille. 8

CONCLVSIO IV.

Si poſt meridiem quis erit tumulandus, non offertur ſacrificium, ſed eius loco orationibus Epiſcoporum, Clericorum, & aliorum fidelium iuuari debet, & potiſſimum Religioſorum Regularium. 9

CONCLVSIO V.

In occidentalibus Eccleſijs, dies celebris, ob defuncti memoriam, erat quadrageſimus dies, poſt obitum. 10

Doctorum Allegationes.

Tradunt D. Amborſius in orat. obitus Theodoſij, & in orat. de fide reſurrectio. D. Gregorius, lib 2. dialogi, cap. 23. & homil. 11

homil. 7. & 37. Beda, lib. 4. cap. 25. & lib. 5. cap. 15. & lib. 3. cap. 2. D. Damaſcenus, ſerm. de fidel. defunct. S. Clemens lib. 6. conſtitu. apoſtolicar. cap. 48. *cum alijs.*

CONCLVSIO VI.

12 Quadragenarius numerus iſte à nonnullis ſeruatur in honorem quadraginta horarum, quibus Chriſtus in ſepulchro fuit, computata hora, in qua emiſit ſpiritum, & vltima dominicæ, in qua reſurrexit; vt *Durando placet, in ſuo rationali diuino: offic. lib. 7. cap. 31. num. 9. cum alijs.*

CONCLVSIO VII.

13 Numerus iſte quadragenarius ſecundum aliquos, videtur initium habuiſſe à veteri teſtamento, dum Ioſeph Patriarcha, per quadraginta dies ſui patris Iacob, mortem planſit, & pia preſtando officia ſepulturæ. *Geneſi, cap. 50. & in Moyſe, qui à populo per quadraginta dies deploratus fuit.*

Doctorum Allegationes.

14 *Ità volunt S. Clemens, lib. 6. conſtitutio. apoſtolic. cap. 48. Bellethus, in explanat. diuini officij, vbi loquitur de numero tali, D. Ambroſ. de obitu Theodoſij, ad rem hæc habet. Eius ergò principis, & proximè conclamauimus obitum, & nunc quadrageſimum celebramus diem aſſiſtente ſacris altaribus, Honorio Principe, qui ſicut S. Ioſeph, patri ſuo Iocob, quadraginta diebus humationis officia detulit; ità, & hic Theodoſio patri, iuſta perſoluit. ille. Durantes, de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. cap. 43. cum alijs.*

CONCLVSIO VIII.

Quinquageſimo die etiam nonnulli pro defunctis exequias celebrant ex eo, quòd numerus ſit perfectus repreſentans annum Iubilei, ideſt, octauam ætatem, in qua eſt plena remiſſio. 15

De huiuſmodi numero meminit ſcriptura, dum Abraham à Domino petijt, cum Soddomam deſtruere vellet: *Si quinquaginta fuerint ibi boni, nunquid deſtrues eos?* & Dominus reſpondit; *non*, & ſicut tempus quinquageſimæ, pænitentiæ tempus ſignificat, & remiſſionis; ideò enim tempore pænitentiæ, & remiſſionis dicitur pſalmus quinquageſimus, *Miſerere mei Deus, &c.* prout etiam in exequijs defunctorum; ità officium hoc fit hac quinquageſima die pro mortuis, vt medio altaris ſacrificio, & orationibus ſint digni peccatorum remiſſione, prout in anno iubilei, liberi fiebant Serui, & errores remittebantur; *Leuit. cap. 27.* 16

Doctorum Allegationes.

Autumant aſſertionem cum ſuis annexis Durandus, in ſuo rationali diuin. offic. lib. 6. cap. 27. num. 3. & cap. 107. num. 9. Bellethus, cap. 160. in explanat. diuinor. officior. Toletus lib. 6. ſumm. cap. 24. cum alijs recitandis. 17

CONCLVSIO IX.

Quinquageſimus dies non dumtaxat ſignificat remiſſionis tempus, ſed vtique beatitudinis ſtatum denotat, vt proindè ſerui à ſeruitute, liberantur: hinc Eccleſia in offertorio miſſę defunctorum, dicitur: *Domine Ieſu Chriſte, Rex gloriæ, libera animas omium fidelium defunctorum, de pænis Inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, &c.* 18

Item in quinquageſimo die Agni fuit 19

fuit lex data, & in quinquageſimo die Paſchatis datus fuit diſcipulis Spiritus Sanctus.

CONCLVSIO X.

20 Sexageſimo die etiam ſolent Alij officium pro defunctis celebrare; quo numero denotatur dolor, & mæſtitia Eccleſiæ, propter abſentiam eius ſponſi à peccatoribus, vt tradit *Durandus in ſuo rationali diuino: officio: lib. 6. cap. 26. de ſexageſima, & lib. 7. cap. 35. num. 12.*

CONCLVSIO XI.

21 Centeſimum, alij diem celebrant, vt Animæ è ſiniſtra, ad dexteram, è bello ad pacem, è Terra, ad Cœlum, è tenebris ad lucem, hoc eſt, à purgatorio ad Paradiſum tranſeant; vt in miſſa defunctorum Eccleſia orat; *Nè cadant in obſcurum, ſed ſignifer Sanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam*; & vt de morte tranſeant ad vitam.

CONCLVSIO XII.

22 Miſſæ ſacrificium, dubio procùl, valde prodeſſe Defunctorum Animabus, cum dicat *D. Gregorius, pœna viuorum, & mortuorum relaxabitur illis, pro quibus dicitur miſſa, præcipuè illorum, pro quibus oratur in ſpeciali.*

23 Nèc ſolum miſſæ celebratio, ſed quoque *Miſſam audire*, inquit, *idem Gregorius, deuotè alleuiat animas fidelium defunctorum, & remittit pœnas eorum. Et ex D. Hieronymo habetur: pro qualibet Miſſa deuotè celebrata, plures animæ à purgatorio liberari poſſunt.*

CONCLVSIO XIII.

24 In omnibus fere, Eccleſijs, vbi quotidie, ac frequenter diuina decantantur officia, ac Altaris ſacrificium offertur, ſolet conſtitui Annus, vel ex legato decedentium, vel ex hæredum pietate, vt certus numerus miſſarum, & Anniuerſarium pro certis defunctis celebretur, *cap. de his, de teſtam. cap. ex parte. 3. de verbo. ſignificat.*

Hinc Tertullianus dixit de corona Mi- 25
litis. Oblationes pro defunctis, pro Natalitijs, annua die facimus, & lib. de monogamia, ait: pro Anima prioris Mariti orat, & refrigerium interim poſtulat, & in prima Reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius.

Sic namque Romani Summi Pontifi- 26
ces, immediatis prædeceſſoribus ſuis in die annuo obitus, Anniuerſarium peragere in Capella Maiori, in qua Epiſcopus celebrat omnibus Pontificalibus ornamentis nigris paratus, abſque tamen ſcandalis, & chirotecis.

Anniuerſaria autem dicuntur, quæ 27
emortuali die, ideſt, ipſa die, qua quis mortuus eſt, poſt annum recurrente, fiunt, & celebratur Anniuerſarium, vt Defuncti de annuis calamitatibus, ad annos æternitatis perueniant, ſeu ad vitam æternam, quæ eſt ſine fine, & quaſi annus in ſe reuoluitur: & ipſa Sancta Mater Eccleſia piiſſima ſeruat ſingulis annis memoriam agere omnium fidelium defunctorum; *iuxtà Sanctorum Patrum Sanctiones, ac Romanorum præſulum decreta.*

Doctorum Allegationes.

Diuus Auguſt. lib. 6. de cura pro mor- 28
tuis agenda de Anniuerſario ſic ſcribit. Non ſunt prætermittendæ Supplicationes pro Spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana Societate, defunctis etiam tacitis nominibus, quorum ſub generali Commemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt quibus in iſta vita deſunt parentes, aut filij, aut qualeſcunque cognati, vel Ami-

Amici, ab vna eis exhibeatur pia Matre communi.

D. Gregorius Nazianz. orat. In laudem Cæſarij fratris ità legitur. Alia perſoluimus, alia daturi ſumus anniuerſarios honores, & commemorationes offerentes, & ijdem quidem certi, quòd Superſtites reliquerunt. D. Clemenſ. in Conſtitu. Apoſtolic. lib. 6. cap. 48. Durantes, de Ritibus Eccleſ. lib. 2. cap. 43. num. 6. Alquinus, de diuino offic. de exequijs mort. cap. 67. Titelmanus, tract. de expoſit. Myſtica Miſſa, Amalarius, lib. 3. de officio Eccleſiaſt. cap. 44. vbi hæc habet. Sicut Sanctorum Anniuerſaria dies in eorum honorem, & memoriam Nobis reducitur ſuper vtilitate noſtra; ità defunctorum ad vtilitatem illorum, & noſtram deuotionem implendam, credendo eas aliquandò peruenturas ad conſortium Sanctorum, & alij memorantur de Anniuerſaria die pro defunctis agenda.

CONCLVSIO XIV.

29 Sanctus Remigius in ſuo teſtamento, quod fecit pro eius Anima, Nepoti vineam, & alia legauit, & à Patribus ſuis, omnibus feſtis, ac Dominicis diebus pro commemoratione ſua offerretur in Altaribus ſacris oblatio.

30 *In Rubricis miſalis Rumani hæc habentur. Miſſa Anniuerſarij, & in die depoſitionis defuncti celebrari poteſt: excipitur tamen, totum tempus Paſchale, & quando per annum fit officium duplex, vel ſemiduplex, quibus temporibus non dicitur miſſa principalis pro defunctis, niſi in die depoſitionis defuncti, & in Anniuerſario. hæc ibi.*

CONCLVSIO XV.

31 Defunctorum ergo Animæ in Purgatorio exiſtentes, ſuffragantur miſſæ ſacrificio, quod eſt omnium principaliſſimum: deindè orationibus, eleæmoſynis, ac Ieiunijs. *Ex cap. habent, cap. Anima, cap. quàm præpoſterum, cap. vbicumque cap. qui diuina, q. 2. 14.*

Sanctus Malachia Epiſco miſſa ſacrificio à Purgatorio liberauit animam ſua ſororis. S. Corradus, de officio, poſtquam centies dominicam orationem recitauit cum verſ. Requiem æternam, &c. aliam animam à purgatorio eripuit. alia exempla petantur à Speculo exemplorum diſt. 8. exemplo 8. & 47. & diſt. 9. exemplo 185. 32

Hinc D. Auguſt. ſerm. 32. de verb. Apoſtol. tom. 10. aſſerit: orationibus Eccleſia, & ſacrificio ſalutari, & eleamoſynis, qua pro eorum Spiritibus erogantur non eſt dubitandum, mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. 33

D. Hieronym. lib. 2. de eleamoſyna, de obitu. Satyri fratris, qui inſcribitur, de fide Reſur. & epiſt. ad Pammachium, de Coniugis morte ſic inquit. cæteri Mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt violas, Roſas, lilia, floreſque purpureas; Pammachius noſter, Sanctam Fauillam, oſſaque veneranda, eleamoſyna balzamis rigat, & homil. 61. in Ioan. ait. Vis mortuum honorare? fac eleamoſynas: eleamoſyna plures habet vtilitates, ſcilicèt, meritoriam, ſatiſfatoriam, & impetratoriam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. 2. lib. machab. cap. 12. 34

CONTROVERSIA VII.

Miſſæ, quo namque in loco celebrandæ ſunt, relictæ à Teſtatore defuncto, & in teſtamento minimè cautum eſt, vbi ſint dicendæ?

Digitized by Google

EXPLICATIONES.

1 Defunctus quidam, ſuum ante obitum, apud Eccleſiam Regularium ſepulturam elegit, & in teſtamento ſuo iuſſit, quòd ſanè condidit; vt pro eius Anima perpetuò centum miſſę celebrentur; ſed quoniam nec locum, nec Eccleſiam expreſſit in teſtamento, Parochus Sæcularis aiebat ad ipſum ſpectare; allegans quòd viginti ab hinc annis in ſua Eccleſia Parochiali dictæ fuere. at Regularis Prælatus illius Monaſterij aſſerebat eſſe celebrandas in Eccleſia ſua, in qua eſt defunctus ſepultus. impræſentiarum controuertitur quid de iure dicendum ſit, ideſt, vbi de iure ſint de facto celebrandæ, & an Parocho viginti annorum poſſeſſio ferè, proſit, itàut, in ſua Eccleſia ſint dicendæ?

CONCLVSIO I.

2 Abſolutè, ac ſimplicitèr loquendo, dictæ miſſæ celebrandæ ſunt in Eccleſiæ Regularium, in qua Teſtator Defunctus eſt ſepultus.

3 1 Probatur concluſio, communi Iuriſtarum dicto, nimirum, quòd omnis actus eo modo fieri præſumitur, quo ipſi agenti vtilior eſt, quando ſcilicet Agens non ſuam declarauit intentionem: ſed miſſæ celebratæ in ea Eccleſia, in qua eſt Defunctus tumulatus, cæteris paribus, vtiliores, ac magis defuncto proficuæ exiſtunt, quàm celebratæ extrà ſepulturę locum. ergo vera concluſio.

4 Minor propoſitio, ex Eccleſiæ praxi ſatis conſtat, quæ in generali proceſſione in die omnium fidelium defunctorum, primam orationem dicit pro illis, qui ſepulti ſunt, vt ſacri Theologi autumant, quamuis offeratur etiam pro omnibus fidelibus, magis tamen eis prodeſt qui præſentes ipſæ miſſæ exiſtunt, quàm eis, qui abſentes manent: itàut, ipſi Theologi dicant, quòd tres portiones in miſſa applicantur; vna, videlicèt, Sacerdoti, altera toti Eccleſiæ, tertia circunſtantibus, & miſſæ præſentibus. Cum ergo Sacerdos *in 2. memento miſſa*, oret in communi pro Defunctis, cæteris paribus, credi poteſt, quòd priùs, & in particulari orabit pro præſentibus defunctis, ideſt pro mortuis in ea Eccleſia ſepultis; ſicut *in memento pro viuis*, ſpecificat, dicens, *& omnium circunſtantium*.

Confirmatur, quia cum poſt Miſſam pro Defuncto dicatur Reſponſorium pro defuncto, cum aquæ aſperſione benedictæ, aſperſio illa facta ſuper ſepulturam magis illa pro futura videtur, quàm ſi fiat extrà ſepulturam. ergo vera concluſio. 5

2 Probatur aſſertio, ex vſu, & praxi Eccleſiæ; nàm omnes communiter fideles miſſas pro ſe iubent celebrari in Eccleſia, vel capella ſuæ ſepulturæ. ergo vera concluſio. 6

3 Nàm cum locus ſepulturæ ſit domicilium electum à Defuncto, ſequitur vt homo in vita recipere debeat ſacramenta in loco, vbi domicilium elegit; item in loco ſui domicilij citari debet, & iudicari; vt conſtat ex iure, & praxi. cum ergo ſepultus in aliqua Eccleſia ibi elegerit domicilium, ſequitur quoque quod in eodem debet defunctorum ſuffragia recipere, quæ ſunt miſſæ; eodem ferè modo, quo homo viuus ſua omnia bona, & ſuppellectila congregat ad locum ſui domicilij. ergo. 7

CONCLVSIO II.

Pro certo cum conſtet, miſſas celebrandas eſſe in ea Eccleſia, vbi eſt defunctus ſepultus, minimè gentium ſanè poſſe eas dici in Eccleſia Parochiali, 8

non

non obſtante allegata poſſeſſione viginti annorum, & ibi non ſit tumulatus defunctus.

9 1 Probatur, Nàm Clericus reſidens in vniuerſitate, putà, Senenſi, ſtudiorum cauſa, nequit certè miſſas Senis celebrare, quas defunctus Florentiæ ſepultus, ibi celebrari reliquit, & iuſſit. ergo vera aſſertio.

10 2 Nàm, cæteris paribus, plùs miſſa defuncto prodeſt in loco vbi eſt humatus, quàm alibi; & Papa Gregorius XIII. Romæ petitus à quodam Archyepiſcopo, vt miſſas dicere poſſet, quæ ſunt iuſſæ dici in vna Eccleſia, in alia mandare celebrari Eccleſia eiuſdem Archypiſcopatus, Papa noluit huiuſmodi præſtare facultatem. ergo vera concluſio.

11 3 Nàm ſi miſſæ huiuſmodi celebrari iuſſæ ſunt in ſepulturæ loco; vbi eſt ſepultus defunctus, aliò transferri poſſent; iàm Teſtatoris voluntas mutaretur in re notabili graui, quod admittendum minimè eſt. ergo vera aſſertio.

12 4 Regulares contra Parochum illius Eccleſiæ, in qua eſt defunctus ſepultus, ſe tueri valent, quòd viginti anni poſſeſſionis non ſufficiunt ad præſcriptionem inducendam, vt liquidò patet ex multis *cap. Iuris canonici, & præcipuè cap. de quarta, de præſcript.* & ex alijs multis texſtibus, vbi dicitur. *quòd contrà Eccleſiam non præſcribitur niſi ſpatio quadraginta annorum.* ergo Parochialis Eccleſia non poteſt præſcribere contrà Regularium Eccleſiam per ſpatium annorum viginti. Et D. Benedicti ordo priuilegium habet *ab Eugenio IV.* ne poſſit contra hos Patres præſcribi niſi *centum annorum ſpatio*; quo indulto etiam fruuntur cæteri Regulares per priuilegiorum communicationem, vt in Superioribus tale allegauimus priuilegium ad propoſitum aliud *Controu: 14. diſp. 4. nu. 16. tract: 1. & regiſtratum eſt in codice priuilegiorum ordo: Patrum Prædicatorum fol. mihi 251. & eius Bulla incipit. Et ſi quaslibet perſonas, &c.*

Doctorum Allegationes.

13 *Defenſores harum duarum Aſſertionum ſunt Nauarr. tom. 3. cap. 5. num. 12. de horis Canonicis, notando 5. Zerola, in ſua praxi, p. 2. verb. miſſa, Rodriquez, tom. 4. ſumma, in additi. verb. miſſa, cap. 50. concluſ. 3. & tom. 3. qq. regular. q. 35. art. 3. Portellus, de dub: regular. verb. præſcribere, num. 2. & p. 2. caſ. 19. reſponſ. moral. Sanchez, lib. 6. ſumma, cap. 18. num. 48. tom. 2. allegans Bartolum, Tiraquellum, Menochium, & alios, Innocentius, in cap. Fraternitatem, de ſepulturis, & cæteri referendi.*

CONTROVERSIA VIII.

AN Defuncti ſuffragia, quæ ſibi à Viuentibus fiunt, ſciant? & quam valdè vtile ſit, ac proſit miſſæ ſacrificium pro eis oblatum? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur.

CONCLVSIO I.

Defuncti, qui in vita valdè *Boni* fuere, dubio procùl ſuffragia, quæ ſibi à Viuentibus fiunt ſanè ſciunt: ſecus vero aſſerendum eſt de Defunctis valdè malis, ſeù mediocriter *Bonis*, niſi quatenus eis permiſſum eſt. 1

Concluſio eſt manifeſta *ex cap. interdum* 13. *q. & ex cap. fatendum eſt*, 13. *q.* 2. ſecundò, per diuinam reuelationem. 2

Tertiò, per Angeli Cuſtodis manifeſtationem.

Nàm vt D. Gregorius Papa ait: Vnuſquiſque bonum Angelum ſibi ad cuſtodiam 3

deputatum, & vnum malum ad exercitium habet: Et D. Hieronym. in cap. 8. Matth. tom. 9. inquit. Magna dignitas Animarum eſt, vt vnuſquiſque habeat ab ortu Natiuitatis ſuæ in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. quòd totum comprobatur ex cap. 12. Act. Apoſtol. de Angelo, qui Petri Vincula ſoluit.

4 4 Propter experientiam, quandò vident ſe releuari à purgatorij pænis, animaduertunt ſe iuuari viuorum ſuffragijs.

5 5 Per Animarum ex purgatorio exeuntium intimationem.

Doctorum Allegationes.

6 *Aſtruunt hanc noſtram aſſertionem, D. Auguſt. in cap. fatendum eſt, vbi plures tradit modos de re hac, Turrecremata ibid. diffusè, alios referens, Magiſter Sotus, tom. 2. in 4 diſt. 41. q. 1. art. 4. Durandus, in ſuo rationali diuin. offic. lib. 7. cap. 3. num. 24. Lauorius, cap. 15. nu. 156. tit. 2. tom. 1. variar. lucubrat. & in tract. de Iubileo, p. 2. cap. 30. & cæteri allegandi.*

CONCLVSIO II.

7 Tres Conditiones requiruntur, vt opus, quod pro anima fit in purgatorio exiſtente ei proſit. 1. vt opus faciens, in gratia maneat Dei, niſi miſſæ ſacrificium ſit, quod mortuis prodeſt ex opere operato, minimè verò ex opere operantis, quandò ſcilicèt eſt Sacerdos in mortali peccato. 2. vt opus ſit ſatisfactorium, ac moraliter benè fiat. 3. vt voluntas concurrat ad huiuſmodi opera bona, & miſſæ ſacrificium.

CONCLVSIO III.

8 Defunctorum animæ maiorem valorem conſequuntur à miſſa celebrata in loco vbi eſt defuncti corpus ſepultum, quàm ſi alibi celebraretur: & ſi Teſtator aliquid relinquat pro miſſis dicendis, in eius animæ ſuffragium, debent celebrari in Eccleſia vbi eſt tumulatus, niſi aliàs, interdicta ſit, vel diruta, vel aliter impedita, & in talibus, vbicumque celebrari valent, *penès in ſuperiori Contro. dicta ad ſatietatem.*

CONCLVSIO IV.

Si quis Anniuerſarium perpetuum relinquat, & non dicat in qua Eccleſia dicendum ſit, indubitantèr eſt dicendum, vbi eſt corpus ſepultum, *iuxtà relata ſuperioris Controuerſiæ.* 9

Doctorum Allegationes.

Autumant has duas Theſes noſtras Cumanus conſil. 5. Tuſchus, concluſ. 337. lit. a, in ſuis pract. qq. cum alijs relatis in ſuperiori Contro. & referendis. 10

CONCLVSIO V.

Miſſæ ſacrificium Animabus defunctorum valdè prodeſt, & ſi à Sacerdote deuotè fuerit celebratum abſq; peccato mortali, plures animæ à purgatorio pro qualibet miſſa liberari valent. 11

Concluſio patet ex verbis, D. Gregorij Papæ ſic ſcribentis: pœna viuorum, & mortuorum relaxabitur illis pro quibus dicitur miſſa, præcipuè illorum, pro quibus oratur in ſpeciali; nec ſolum miſſæ celebratio, ſed etiam audire miſſam deuotè alleuiat animas fidelium defunctorum, & remittit pœnas eorum. illo. 12

Et D. Hieronym. aſtruit, plures animas liberari à pœnis Purgatorij qualibet miſſa deuotè celebrata. Et animas, quæ in purgatorio torquentur pro quibus Sacerdos ſolet in miſſa orare, nullum interim, 13

tor.

tormentum ſubſtinere, dum Miſſa celebratur.

CONCLVSIO VI.

14 Mortuos in purgatorio manentes, valdè pium eſt, cum non ſit contra fidem, nec bonos mores, aſſerere non ſolum per ſe ipſis orare Deum, ſed etiam pro viuis, ac defunctis; quàmuis longè probabiliùs ſit contrarium aſtruere penès D. Thomę authoritatem 2. 2. *q.* 83. *art.* 11. *ad* 3. vbi hæc ait.

15 *Illi, qui ſunt in purgatorio, & ſi ſint ſuperiores nobis propter impeccabilitatem, ſunt tamen inferiores quantum ad pœnas, quas patiuntur, & ſecundum hoc non ſunt in ſtatu orandi, ſed vt magis oretur pro eis. Ille.*

16 Pars prima conſtat, *ex lib.* 4. *Regum, cap.* 13. Eliſeum mortuum, alium mortuum reſuſcitaſſe. Abrahamum ſuſcepiſſe Lazarum mortuum in ſinum eius, *Lucæ, cap.* 6. Ozias, & Hieremias mortui, viſi ſunt orare pro Iudæorum populo. *lib.* 2. *Machabeor. cap.* 15. *& vlt.*

Doctorum Allegationes.

17 *Docent concluſionem D. Ambroſ. lib. de viduis, D. Baſil. homil. de* 40. *martyr. D. Gregor. lib.* 4. *dialogi, cap.* 40. *D. Petrus Damian. epiſt. de miraculis ſui temporis, D. Auguſt. lib. de cura pro mortuis, cap.* 4. *Gabriel, in canon. Lect.* 56. *Medina, de orat. tract. Bellarminus, Affinis in duplici gradu Genitricis meæ, tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 15. *colum.* 1950 *lit. b. mihi, Suarez, tom.* 2. *de Religio. lib.* 1. *cap.* 11. *& tom.* 4. *in* 3. *p. D. Thom. diſp.* 47. *ſect.* 2. *num.* 9. *Petrus Cluniacenſis, & alij recentiores dicendi.*

CONCLVSIO VII.

Miſſam de requiem in dominicis, & feſtiuis deibus inſepulto, & in Eccleſia præſente Cadauere; *Sacra Rituum Congreg. decreuit die* 23. *Maij* 1603. *vbi conſuetudo viget, defunctos ſepeliendi ſimul cum Miſſa, celebrari poſſe.* 18

CONCLVSIO VIII.

In die Reſurrectionis Dominicæ, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini, ſi quis moriatur, eius corpus in ſequentem diem ſeruetur, ob reuerentiam Paſchæ. *Ex Romano Rituali Pauli V. tit. de exequijs.* 19

CONCLVSIO IX.

Miſſę de Requiem in feſto duplici tolerari poſſunt quãdò non eſt de pręcepto, pro Teſtatorum voluntate implenda vt *declarauit Sacra eadem Congreg. die prima Septembris*, 1626. vbi eſt aduertendum, quòd non dicitur ad viuorum arbitrium, ſed pro Teſtatorum voluntate implendo: vndè ſi feſtum duplex cadat in diem aſſignatum pro Altari priuilegiato, & illud ſit feſtum de præcepto, nequit in illo Altari miſſam de Requiem dici, *vt eadem Sacra Congreg. die* 24. *Aprilis*, 1627. *decretauit.* 20

CONCLVSIO X.

Miſſæ Defunctorum certo die dicendæ, eo impedito, ſunt transferendæ in ſequentem diem: vt *eadem declarauit S. Congreg. die* 27. *Septembris*, 1608. *& in vna Egitanienſi.* 23. *May.* 1603. *dub.* 3. 21

CON-

CONCLVSIO XI.

22 Miſſæ votiuæ in diebus, in quibus prohibetur fieri de feſto duplici, nequeunt celebrari; nec etiam de Requiem. *vt eadem S. Congreg. die* 28. *Maij*, 1626. *declarauit, nempè, infrà octauam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, in hebdomada maiori, feria* 4. *Cinerum, & in vigilijs Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes.*

CONCLVSIO XII.

23 Pro miſſa de Requiem dici poteſt miſſa de Sancto, vel de feria currente quandò quis maiori deuotione in his miſſis afficitur, & multò magis ſi Rubricæ obſtent, quibus eſt obediendum: *vt autumat inter alios Gauantus, tom.* 1. *p.* 3. *tit.* 12. *num.* 20.

CONCLVSIO XIII.

24 Miſſę triginta D.Gregorij haud prohibitæ ſunt, vt dicta *S. Congreg. declarauit die* 28. *Octobris*, 1628. ſed dici debent iuxtà præſcriptum eius traditum, *lib.* 4. *cap.* 55. *Dialogi*. 5.

25 Per triginta dies continuos ab vno, ſiuè à pluribus Sacerdotibus miſſa recitata, quæ occurrit, vel de requiem, penès miſſalis Rubricas, cum Sacrificij applicatione illi animæ, pro qua dicuntur. Si intra hos triginta dies occurrat paraſceues, cum Sabbato ſancto, immò feria quinta queq; in Cœna Domini, non dicitur tamen triginta dies diſcontinuari; quia Eccleſia prohibet miſſam duobus primis prædictis diebus, & feria quinta in Cœna Domini, iubet Sacerdotum comunionem in vnica ſolemni miſſa.

Qui verò celebrant in feria quinta, & Sabbato Sancto continuare valent triginta dies, die Paraſceues omiſſo, in quo die propriè ſacrificium minimè fit. ſin autem dicantur vno die triginta miſſæ, vel pluribus diebus ſeparatis proderunt ſanè, ſed non ex D. Gregorij inſtitutione, de qua, in dict: Dialogo: & pari modo, ſi intrà triginta miſſas, eas enumeres, quas ter in die Natiuitatis Domini celebrabis: ſat eſt enim, vt eodem die vnam miſſam, miſſarum titulo, D. Gregorij pro Defuncto facias, & alias duas pro quibus volueris. 26

Impręſentiarum autem, eſt omninò ſciendum, quòd dictæ miſſæ à Sacedote non dicantur ſuperſtitiosè, nec à Sæcularibus dici fiant ſuperſtitiosè: quemadmodum optimè adnotant, & tradunt *Rodriquez, tom.* 1. *qq. regular. q.* 43. *art.* 10. *Hieronym. Rodriquez, reſolut.* 25. *nu.* 8. *Sanchez, tom.* 1. *ſumma, lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 40. *&* 41. *& alij dicendi; ſed ſecundum, D. Gregorij intentionem, ac deuotionem, &c.* 27

Præfatus Reuer. Pater Frater Franciſcus Maria Samuellius, Prædicatorum Ordinis, Cluſinius Patritius, ac Nobilis Senenſis componebat, profeſſus Conuentus S. Agnetis de Monte Politiano, Deo gratias agit immenſas, B. M. V. Sanctiſs. Patriarchæ Dominico, & SS. omnibus. Cenſuræ, & Correctioni. S. R. E. Apoſtolicæ ſe, & hos duos Tractatus ſuos de Sepultutis libentiſs. animo ſubmittit.

FINIS.

INDEX

Tractatus Primi, Diſputationum, ac Controuerſiarum, de Eccleſiaſticis Sepulturis.

DISPVTATIO PRIMA.

De Sepeliendis mortuis in Eccleſia; de Sepulturæ Nominibus varijs, atque de Sepulturarum Iuribus.

Controuerſia prima. Quandò namque Catholicorum fidelium corpora in Eccleſijs ſepeliri incœperunt? fac. 14.

Controu. 2. *An Chriſtianorum Cœmeteria primitùs extra Vrbem extiterint, ac poſt pacem præſtitam cum Eccleſia, intra Vrbem fuerint?* fac. 16

Controu. 3. *An Nomina Sepulturarum varia ſint, & quomodo inter ſe differant? vbi plura, ſcitu digna curioſa reſoluuntur.* fac. 18

Controu. 4. *An ſepulturarum Iura, ſeu Sepulchrorum dentur? vbi multa ad rem ſcitu digna reſoluuntur.* fac. 22

Controu. 5. *Sepulchrorum namque Iura, quo pacto acquirantur? vbi multa alia reſoluuntur.* fac. 24

Controu. 6. *Ad quem namque pertinet facultatem concedere ſepeliendi, putà, in tali loco? vbi plura, de Sepulchrorum Iuribus reſoluuntur.* fac. 26

Controu. 7. *An valeat Conuentio, vt minimè liceat Emptori in loco empto, Eccleſiam, Capellam, aut Sepulturam ædificare? vbi cætera de ſepulchrorum Iure reſoluuntur.* fac. 28

Controu. 8. *An Iuris cauſa Sepultura, ad forum Eccleſiaſticum attineat, & quo pacto, ius Sepulturæ ammittatur? vbi plura ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 30

DISPVTATIO II.

De Sepulturæ electionis omnimoda, ac totali libertate.

Controuerſia prima. An Clerici Sæculares, ac Regulares vtriuſque ſexus, licitè valeant Infirmum inducere, in propria eorum Eccleſia, ad ſepulturam eligendam? fac. 37

Controu. 2. *An Inducentes ad Sepulturam eligendam cum voto, iuramento, aut promiſſione mortaliter peccent, & excommunicati ipſo iure exiſtant; effectu non ſequuto?* fac. 38

Controu. 3. *An Letaliter peccet, & in excommunicationem incidat, qui ad ſepulturam eligendam inducit cum obligatione apud illam Eccleſiam, apud quam, de iure ſepeliri debuerat.* fac. 39

Controu. 4. *An Ignorantia, & qualis ſufficiens ſit, vt ad ſepulturam eligendam, Inducentes cum obligatione, in excommunicationem non incurrant?* fac. 42

Controu. 5. *An Sepulturæ electio facta? ſit nulla.* fac. 43

Controu. 6. *An Regulares vtriuſque ſexus, & Clerici Sæculares aliquem Inducentes, vt ſe obliget ad ſepulturam eligendam, ſeu electam non mutandam apud ſuas Eccleſias, in quibus de Iure, & præciſa tali electione, iam ſepeliri debet, valeat adhuc in ea Eccleſia ſepeliri, poſt factam talem obligatoriam inductionem?* fac. 45

Controu. 7. *An ſepulturam eligens, e. g. apud Sanctum Marcum, ac deinde, etiam hanc mutans, aliam eligat cum voto, aut iuramento, & promiſſione à Iure interdicta tali electione; debeat in Eccleſia Sancti Marci prius electa ſepeliri, an pro vt de iure?* fac. 46

Controu. 8. *An ſi Vnus ex Regularibus vtriuſq; ſexus, & ex Clericis Sæcularibus, ad ſepulturam eligendam inducat apud ſuam Eccleſiam cum obligatione ipſius eligentis, &c. ele-*

ctio

ſtio huiuſmodi irrita ſit, ac nulla maneat. fac. 48

DISPVTATIO III.

De Eccleſiaſticorum, ac Parochorum munere, quatenùs ad funera ſpectat, diſſeritur.

Controuerſia prima. An Eccleſiaſtici Sæculares, vt Canonici, & Porochi in aſſociatione funeris ad Eccleſias Regulares, queant ſuper funus, officium peragere? fac. 51

Controu. 2. An parochi in proceſſionibus, & in Defunctorum aſſociatione, Canonicos de nouo inſtitutos alicuius Eccleſiæ Collegiatæ praecedere debeant, atque in horum Diplomate Apoſtolico Inſtitutionis, nullum ius, ac priuilegium à Sede Apoſtolica conceditur, vt ipſos Parochos præcedant. fac. 56

Controu. 3. An Crux Parochialis, in funeralibus erigenda ſit, quando funus ad Eccleſias Regulares tumulandum, defertur? vbi alia ſcitu digna curioſa reſoluuntur. fac. 64

Controu. 4. An parochi, ac cæteri curam Animarum gerentes, accipere plus valeant in funeralibus, quæ apud Regularium Eccleſias fiunt, quàm, quæ habentur in proprijs Eccleſijs? fac. 70

Controu. 5. An Parochi, ac cæteri curam Animarum gerentes, teneantur funus proſequi vſque ad Eccleſiam, in qua eſt ſepeliendum? vbi multa alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur, ad Curatos attinentia circa funeralia. fac. 72

Controu. 6. An Parochi ob ſepultura ius minime ſolutum, ſeu prætextu compoſitionis quartæ funeralis, aut ratione debiti non ſoluti à Defuncto in vita contracti, ad creditoris inſtantiam, retinere cadauer inſepultum poſſint? vbi plura alia curioſa reſoluuntur. fac. 76

Controu. 7. An parochus intrà Eccleſias vnitas monaſterij Regularium, in funeralibus licitè, ac legitimè ſtolam ferre queant, ac cæteras ragere functiones. fac. 80

Controu. 8. An parochus defunctorum corpora propè Altare, aut ſub Bradellis tumulare valeat in Eccleſia ſua parochiali? vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur ad rem. fac. 82

Controu. 9. An quarta funeralis de iure. in funeralibus, parocho ſolui debeatur? fac. 86

Controu. 10. De quibus namque quarta Parochialis ſolui Parocho debeat? fac. 90.

DISPVTATIO IIII.

De ſepultura quò ad Regulares ſpectante perſonas; in qua multa ſcitu digna, & curioſa reſoluuntur.

Controuerſia prima. An Regulares de iure quartam funeralem Parocho ſoluere teneantur, quandò Cadauera in ſuis Eccleſijs tumulantur. fac. 94

Controu. 2. An Regulares quartam funeralem ſoluentes, de quibus eam ſoluere debeant, & quo tempore, ac die? fac. 101

Controu. 3. An Regularis Nouitius, in Anno ſui Nouitiatus moriens extrà Monaſterium, in domo ſuorum Parentum, ad quam petijt, cauſa ſuam curandi infirmitatem, cum ſuorum Superiorum licentia, & in Eccleſia ſui Monaſterij ſepulturam eligens, quarta funeralis, de iure Parocho debeatur; vbi plura ſcitu digna, & curioſa ad rem, reſoluuntur. fac. 110

Controu. 4. An Regulares morientes extrà Monaſterium, inconſulto Parocho ad ſuam Eccleſiam ſui Religioſi deferre licitè, ac liberè queant, abſque quarta funerali parocho præſtanda? vbi plura curioſa ſcitu digna reſoluuntur. fac. 113

Controu. 5. An Regulares licitè, ac liberè exhumare valeant Cadauera ſua Eccleſia, & in alia loca, eiuſdem Eccleſia transferre. fac. 114

Controu. 6. An Regulares decedentes exh ac vita extrà ſuum Monaſterium, queant licitè, ac liberè ſecundum ius commune ſepulturam ſibi eligere? fac. 115

Con-

INDEX

Controu. 7. *An Regularis profeſſus moriens extrà ſitum proprium Monaſterium, in quo eſt aſſignatus, valeat ſepulturam ſibi eligere. ſi ibi vbi moritur adſit Monaſterium, aliàs, ſui ordinis, & quid verò eſt dicendum ſi non adſit?* fac. 118

Controu. 8. *An Regulares Superiores tàm maiores, quàm minores locorum, ſepulturam ſibi deligere valeant? & quid aſſerendum de Subprieribus, ac Vicarijs locorum?* fac. 120

Controu. 9. *An Regulares diffinitores Capituli Generalis, & Prouincialis, Conſultores, Theatini, ac Aſſeſſores Generalis pro tempore Eremitani, D. Auguſtini; an hi omnes queant ſibi licitè, ac legitimè ſepulturam eligere? quid de Viſitatoribus eſt dicendum?* fac. 122

Controu. 10. *An Prælati omnes Regulares, ac Officiales præfati, ſepulturam ſibi eligentes, ac eorum Prælatura, & Officijs finitis, & determinatis, ſi decedant ex hac vita ſepeliri debeant in iam electa ſepultura?* fac. 124

Controu. 11. *An Regulares profeſſi, cum ſuorum Superiorum localium venia ſibi ſepulturam eligere queant licitè & ſi ijdem locorum Prælati, pro ſibi ſubditis ſepulturam eligere valeant?* fac. 125

Controu. 12. *An Regulares ſint ad defunctorum funera vocandi, & in eis quo pacto ſe gerere debeant? vbi plura curioſa digna ſcitu ad rem reſoluuntur.* fac. 127

Controu. 13. *An Regularium numerus, in defunctorum aſſociatione, ad eorum Eccleſias, ſit a Parocho, vel ab ipſis Hæredibus Defuncti præficiendus, ſicut etiam Clericorum, quandò videlicèt, defertur ad ſepeliendos, vbi alia curioſa digna ſcitu reſoluuntur.* fac. 129

Controu. 14. *An Regulares, de iure communi, pleno iure, ac licitè è domo, aut ab Eccleſia Parochiali, inconſultis Parochis, Cadauer ſumere, & ad ſuas Eccleſias transferre, quando ſcilicèt in ſuis Eccleſijs tumulanda ſint, valeant?* fac. 132

Controu. 15. *An Regulares valeant omnia ſacramenta miniſtrare, tam in Eccleſia quam in ſuis Monaſterijs omnibus Chriſti fidelibus Infirmis, & his, ex hac vita decedentibus abſque ſepultura electione, ſepelire in ſuis Eccleſijs, parochis inconſultis, pleno iure, licitè, ac liberè queant?* fac. 140

Controu. 16 *An Monialium Confeſſores, tanquam ipſorum Parochi valeant omnes ſuos Sæculares, Seruiteres vtriuſque ſexus, monialium ſumptibus viuentes, in Paſchate pro præcepto ſatisfaciendo annua Confeſſionis, & Communionis confiteri, & communicare, ac cæteros alios aduenas ad earum Eccleſiam confluentes, & abſque ſepultura electione decedentes, in ipſarum Eccleſia, ipſis Parochis inconſultis, & cætera ſacramenta his perſonis omnibus adminiſtrare poſſint?* fac. 156

Controu. 17. *An Monialium Confeſſarius tamquam ipſarum Parochus ad exequias peragendas defunctæ Sororis, clauſuram ingredi valeant? vbi plura ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 161

Controu. 18. *An Regulares Conuerſi, Laici, Oblati, Donati, ſeù Commiſſi ſepulturam ſibi eligere valeant.* fac. 165

Controu. 19. *An Sorores Tertiariæ, ordinum Regularium, ſibi ſepulturam eligere valeant? vbi plura ſcitu digna, & curioſa reſoluuntur ad rem, de monialibus in genere.* fac. 168

DISPVTATIO V.

De Sepulturæ electione, à quibus perſonis Sæcularibus legitimè, ac Canonicè fieri poſſit, vel non poſſit, diſputatur.

CONTROUERſIA Prima. *Quæ namque perſona licitè, & validè ſibi ſepulturam eligere valeant? vbi alia curioſa ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 171

Controu. 2. *An Vxor, Marito, aut Patre contradicentibus, ſepulturam ſibi eligere valeat, licitè ac liberè; vbi alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 175

Controu. 3. *An Vxor licèt ſit Mariti domum ducta, & nihiloſecius, copula non eſt ſequuta,* vel

INDEX

vel è contrà, & etiam ſi Vidua exiſtat; eſt ne in ſui Mariti ſepultura ſepelienda, ſi illam non elegerit, ac deceſſerit? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur. fac. 176

Controu. 4. An Vxor proditoriè à Marito occiſa iniuſtè ſepeliri debeat de iure in ſepultura Patris, aut Mariti? fac. 178

Controu. 5. An Filij puberes, ſeu Minores vtriuſque ſexus, in Patrum poteſtate manentes, poſt quintum decimum annum completum, valeant ſibi ſepulturam eligere, abſque Parentum ſuorum conſenſu? vbi alia ſcitu digna curioſa reſoluuntur. fac. 185

Controu. 6. An Ius detur ſepulturam eligendi, vel ſuorum maiorum, vel apud Eccleſiam Parochialem, cum quis moritur, non electa ſepultura, quam deligere valebat? fac. 188

Controu. 7. Quæ namque Maiorum ſepultura dicatur, in qua ſepeliendus quilibet eſt ſi ſepulturam ſibi non elegit? fac. 189

Controu. 8. An Viatores, Aduenæ, Peregrini, Scholares, Seruitores, Ciuitatum, & locorum Officiales, ac domos conductas habentes, & ſimiles decedentes abſque ſepultura electa, vbi ſepeliendi ſint, & ſi in Parochia dignoſcenda, domicilium; nè, an præſens habitatio conſideranda ſit? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur. fac. 191

Contro. 9. An Imperatori, Regibus, Principibus, ac cæteris vtriuſque ſexus hominibus ſepultura Eccleſiaſtica ſit de iure aſſignanda, ſi abſque electa ſepultura decedant? vbi alia ſcitu digna traduntur. fac. 196

Controu. 10. An Confratres Societatum Sæcularium ſint in ſuis Eccleſijs Confraternitatum tumulandi? vbi alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur. fac. 199

Controu. 11. An Dominus Papa, Cardinales, Nuncij Apoſtolici, Primates, Patriarchæ, Archyepiſcopi, Epiſcopi, ac Abbates Sæculares ſepulturam ſibi non eligentes, vbi de iure ſint ſepeliendi? fac. 201

Controu. 12. Quibus namque expenſis Papa, Cardinales, Legati de Latere, Nuncij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, Archyepiſcopi, Epiſcopi, eorumdem Coadiutores, & cæteri Eccleſiaſtici, Prælati Officiales ſepeliendi ſint, quando ex hac vita decedunt. fac. 204

Controu. 13. Eccleſiaſtici Inferiores namque vt Præpoſiti, Priores Eccleſiarum Collegiatarum, Canonici, Rectores, Parochi, Vicarij Perpetui, Capellani, ac Clerici; vbi ſint ſepeliendi, & quibus expenſis, & ſi licitè ſepulturam eligere valeant? fac. 205

DISPVTATIO VI.

Controu. Prima, An Pater pro Filio impuberi licitè, ac validè ſepulturam eligere valeat? fac. 208

Controu. 2. An Pater ſi Filio impuberi ſepulturam eligat; adhuc debeat viuens, & pubes factus, & poſteà decedat, in ea ſepeliri? fac. 210

Controu. 3. An Pater pro Filio Impuberi, iàm mortuo, adhuc ſepulturam eligere queat? fac. 211

Controu. 4. An Patris poteſtas eligendi ſepulturam pro Filio Impubere, tempus habeat præſcriptum, ac determinatum? fac. 213

Controu. 5. An Mater pro Filio Impuberi ſepulturam eligere valeat? fac. 214

Controu. 6. An Conſanguinei, & Affines pro ſuis Conſanguineis, & Affinibus ſepulturam eligere valeant filijs Impuberibus. fac. 216

Controu. 7. An Tutor licitè, ac validè pro Filio Impuberi pupillo ſepulturam de iure eligere valeat? fac. 217

Controu. 8. An Amicus alteri Amico licitè, ac validè ſepulturam eligere queat? fac. 218

Controu. 9. An Pater, ac Mater, ſuis filijs naturalibus, ac ſpurijs de iure ſepulturam licitè, ac validè deligere valeant? fac. 219

Controu. 10. An Filius pubes ſi decedat abſque ſepultura electa, eius Pater licitè, ac liberè queat pro eo ſepulturam eligere? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur. fac. 220

Controu. 11. An ſepulturæ electio per Teſtes, ac Teſtes ſingulares fieri, ac probari valeat. vbi

I N D E X

ubi alia curioſa ad rem reſoluuntur. fac. 222

Controu. 12. *An ad probandam ſepultura electionem ſufficiat Teſtamentum, aut Codicillus inualidus, aut ſcriptura manu propria facta, ſeu Confeſſoris dictum, ac Atteſtatio?* fac. 224

Controu. 13. *An ſepultura electionem ſi Moribundus ſuæ Vxori, aut Filio capaci, ſeu Alteri committat, fieri ipſa debeat adhuc eo viuente, vel poſt eius obitum, ad effectum, vt rata, ac valida ſit.* fac. 225

Controu. 14. *An Locorum Ordinarij, ac Prælati Regulares locales valeant aliquem ſepelire facere in alterius ſepultura, eo inuito? vbi alia multa ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 227

Controu. 15. *An Sumptus, & expenſæ in Defunctorum funeralibus facienda ſint, & à quibus? vbi plura curioſa ſcitu digna reſoluuntur.* fac. 231

Controu. 16. *An locorum Ordinarij licitè valeant Cœmeterium aliàs benedictum, ad profanos vſus humanos transferre?* fac. 234

Controu. 17. *An Locorum Ordinarij, iuſtis de cauſis pro Eccleſiarum Parochialium bono regimine, Eccleſijs, Oratorijs, Sacellis, Confraternitatibus, & Eccleſijs à Laicis gubernatis, licitè, ac legitimè ſepeliendi ius denegare debeant, & ius Capellanis funerandi dictarum Eccleſiarum præſtare valeant, & illud proprijs Parochis auferre? vbi alia curioſa ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 236

TRACTATVS SECVNDVS.
De perſonis Chriſti fidelibus, quibus Eccleſiaſtica ſepultura prohibita exiſtit.

DISPVTATIO I.
De his hominibus, qui in Eccleſiaſtica ſepultura vtriuſq; ſexus, de iure Canonico ſepeliri nequeunt, & alia ſcitu digna curioſa diſputantur.

Controuerſia prima. *An in dubio, quis ſepultura Eccleſiaſtica priuandus ſit, ac dari poſſit ignorantia inuincibilis, aut in aliquo caſu, homicidium ſuper ſe factum, licitum ſit?* fac. 241

Controu. 2. *An lethalitèr vulneratus, ſeù alias moribundus quilibet, cuiuſuis ſtatus, qualitatis, & conditionis, vtriuſque ſexus ſit, teneatur rancorem, odium, & omnem pœnam temporalem, ac iniuriarum actionem offendenti Inimico remittere, aliàs abſolui nequeat, & proindè ſepultura careat?* fac. 244

Controu. 3. *An Infirmus quilibet, cuiuſuis ſtatus, & conditionis, ac qualitatis exiſtat ante mortem teneatur famam, & pecuniam pro vtroque foro reſtituere, quòd vtrumque abſtulit, aliàs abſolui nequeat, & Eccleſiaſtica ſepultura careat?* fac. 247

Controu. 4. *An de iure Canonico dentur Catholici Chriſtiani vtriuſque ſexus, quibus ſepultura Eccleſiaſtica interdicta ſit.* fac. 249

Controu. 5. *An ſint ſepultura Eccleſiaſtica priuandi, qui ſe præcipitem dederunt ſanè non eo fine, vt ſe interficerent; vel qui ſe proiecerunt per feneſtras, aut in flumine, ſeu in puteo eſt repertus, ſeu laqueo ſuſpenſus mortuus repertus, aut in ſimilibus caſibus.* fac. 252

Controu. 6. *An Regularis vtriuſque ſexus, ex improuiſo mortuus, & in Cella cum marſupio eſt repertus denariorum, ſit in Eccleſiaſtica ſepultura humandus? vbi plura curioſa alia ſcitu digna ad rem reſoluuntur.* fac. 254

Controu. 7. *An ſepultura ſint priuandi Infans in mortis articulo baptizatus, in vmbilico, aut per capillos; Clericorum percuſſores, Clerici concubinarij; qui ſemel in anno confeſſi non ſunt, nec in Paſchate communicati; & de his ſimilibus plura curioſa reſoluuntur.* fac. 260

Controu. 8. *An in Torneamentis, ac Duello decedentes, ſepultura careant Eccleſiaſtica? vbi multa curioſa ſcitu digna ad rem reſoluuntur alia.* fac. 265

Controu. 9. *An excommunicati, Hæretici, illorum Receptatores, Defenſores, Fautores, ac eis credentes, careant ſepultura? vbi alia curioſa ſcitu digna reſoluuntur ad rem.* fac. 269

Digitized by Google

INDEX

Controu. 10. *An pœnæ taxatæ ſint pro illis, qui præfatas perſonas in loco ſacro ſepeliunt à Iure prohibitum, & etiam qui fidelium corpora in Eccleſia, vel Cœmeterio tumulata exhumant, & expoliant?* fac. 273

Controu. 11. *An ſepultura Eccleſiaſtica Interdicti tempore prohibita ſit, & quibus perſonis? vbi plura ſcitu digna ad rem reſoluuntur* fac. 276

Controu. 12. *An ſepulturæ Eccleſiaſticæ prohibitio, Interdicti tempore locum habeat, tempore Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, Pentecoſtes, Natalis Domini, Corporis Chriſti, & Aſſumptionis B. M. V. in quibus ſolemnitatibus celebrari conceditur à Iure, in cap. Alma Mater, de ſentent. excommunic.* fac. 279

Controu. 13. *An moribundo liceat in Eccleſia pro ſepultura honorabiliorem locum emere abſque ſimoniæ labe; vt proinde abſolui poſſit, & in Eccleſia ſepeliri? vbi multa curioſa ad rem ſcitu digna reſoluuntur.* fac. 281

DISPVTATIO II.

De Mortuorum exequijs, ac ſuffragijs agendis die tertio, ſeptimo, nono, trigeſimo, quadrageſimo, & Anniuerſario.

Controuerſia Prima. An in defunctorum funeralibus, in laudem eorundem, orationes funerales fieri queant? fac. 289

Controu. 2. *Quos namque Ritus, ac Cæremonias, Eccleſia Romana Apoſtolica in Ortodoxorum fidelium Chriſti Domini, funeribus adhibeat? vbi alia curioſa ſcitu digna, reſoluuntur.* fac. 291

Controu. 3. *Qui namque Ritus in miſſis Defunctorum dicendis, ſeruandus ſit? vbi alia ſcitu digna, multa alia curioſa reſoluuntur in propoſito.* fac. 295

Controu. 4. *In Defunctorum obitu, qua de cauſa, Campanæ pulſantur? vbi plura ſcitu digna afferuntur, ac reſoluuntur.* fac. 299

Controu. 5. *An Eccleſia antiquitus, pro mortuis, die tertio, ſeptimo, nono, depoſitionis defuncti, officium facere, & miſſas celebrare ſolebat?* fac. 302

Controu. 6. *An dies trigeſimus cum reliquis diebus, vſque ad diem Anniuerſarium pro mortuis miſſæ celebrari, & officia mortuorum dici queant?* fac. 305

Controu. 7. *Miſſæ quo namque loco celebrandæ ſunt, relictæ à Teſtatore Defuncto, & in teſtamento minimè cautum eſt, vbi dicendæ ſint.* fac. 309

Controu. 8. *An Defunctis Suffragia, quæ ſibi à Viuentibus fiunt, ſciant? & quam valdè vtile ſit, ac proſit Miſſæ Sacrificium pro eis oblatum? vbi alia ſcitu digna reſoluuntur.* fac. 311

IN-

INDEX

Copioſus omnium materierum, quæ ſparſi in hoc Opere de Sepulturis Eccleſiaſticis, continentur.

A

ABBAS Generalis Regularis, & locales valeant ne ſibi eligere ſepulturam? Contro. 8. fac. 120. Sęculares Abbates abſque ſepultura electa decedentes, vbi tumulandi ſint? 204. num. 25.

Aduenæ Vbi ſunt ſepeliendi, ſepultura non electa, morientes? fac. 191. controu. 8. diffuſè agitur.

Adoptiuus, ſeù Arrogatus tumulandus vbi eſt mortuus ſine ſepultura electa? fac. 199. num. 24.

Adulter, & Adultera in franganti crimine interfecti ſtatim, abſque ſignis contritionis, ſepultura priuantur. fac. 261. num. 15.

Adultus abſque Curatoris authoritate poteſt ne ſibi ſepulturam eligere? fac. 199. num. 25.

Ægypti Pyramides inter ſeptem Orbis miracula annumerantur. fac. 20. num. 17. vbi plura dicuntur.

Affines, & Conſanguinei pro ſuis Affinibus, & Conſanguineis valeant ne ſepulturam eligere. fac. 216. controu. 6.

Altare. Cadauera prope Altare, aut ſub Bradellis nequeunt tumulari. fac. 82. controu. 8. per totam.

Amicus, Alteri Amico poſſit ne ſepulturam eligere? fac. 218. controu. 8. vbi expenditur exioma, Amicus eſt alter ego.

Animæ. Animabus, quæ pœnis Purgatorij expiandæ deſtinantur, multùm prodeſt, ſi in Eccleſia tumulentur, fac. 276. num. 25. pro anima ſua S.Remigius vineam ſuo Nepoti reliquit, vt miſſas ſacris feſtiuis diebus, & Dominicis dicere faceret. fac. 309. num. 29. Animæ in Purgatorio ſtantes ſuffragantur maximè ſacrificio Miſſæ ibid. 309. num. 31.

Animæ in Purgatorio manentes an pro nobis orent? fac. 313. num. 14. maiorem valorem conſequuntur à Miſſa celebrata pro eis, in loco, vbi eorum corpora ſepulta ſunt. 312. num. 8. tria requiruntur, vt opus proſit eis, quod à nobis fit ibid. num. 7. Animabus purgantibus eleæmoſynæ multum iuuant. 309. num. 32. & 33.

Anotomia, de Cadaueribus ſuſpenſis, & per iuſtitiam mortuis fieri valeat. fac. 263. num. 26. & 27. ante finem.

Appelatio fieri nequit, ſi ſententia feratur, ne Cadauer ſepulturæ tradatur. fac. 31. num. 10. non datur appellatio in mortuorum ſepultura, & in his, quæ tempore pereunt. fac. 341. num. 2. & fac. 276. num. 23.

Aqua Benedicta mortui aſperguntur. fac. 297. qui eius inuentor fuit in Dei Eccleſia? ibid. num. 19. & ſeqq. de eius qualitatibus, & effectibus, ſermocinatur.

Archyepiſcopi, & Epiſcopi decedentes ſine ſepultura electa vbi ſint ſepeliendi? fac. 202. num. 15. & ſeqq. quibus expenſis. 205. nu. 9.

Area vnde dicatur, vbi plura pulchra dicuntur. fac. 19. num. 10.

Arma, ſeù inſignia in Eccleſia, vel Capella, aut ſepultura poſita poſſint ne tolli? fac. 228. num. 8. & ſeqq. vbi multa reſoluuntur.

Aſſeſſores Regulares Eremitani Generalis valeant ne ſibi eligere ſepulturam? fac. 124. num. 15.

B

Baptiſmus. Qui abſque baptiſmo mortui ſunt, ſepultura priuantur Eccleſiaſtica. fac. 250. num. 7. & 251. num. 18.

Bona Fideicomiſſo ſubiecta pro ſepulturæ conſtructione alienari nequeunt; benè tamen pro exequijs faciendis Teſtatori. fac. 27. nu. 13.

Digitized by Google

INDEX

Bradellæ. Cadauera ſepelliri nequeunt ſub bradellis. fac. 83. num. 3.

Bullæ Sanctiſſimi Pij V. *Et ſi Mendicantium ordinis*, &c. & alia, *Ad hoc Nos Deus*, *&c.* fuerunt à Gregorio Tertiodecimo per ſuum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ confirmatæ, & Authenticatæ, fac. 3. num. 8. & fac. 5. num. 1. & ſeqq.

Buſtum pro quo deſumatur, curiosè traditur. fac. 21. num. 22.

C

Cadauera Sepulturæ tradita perpetuò exhumare non poſſunt Regulares ſine Ordinarij venia vt à Curia Sæculari recognoſcantur. fac. 132. num. 23. An inconſultis Parochis cadauera Regulares valeant ad ſuas Eccleſias ferre ad ſepelienda? ibid. 132. controu. 14. per totam.

Campanæ in Defunctorum obitu cur pulſantur? fac. 299. controu. 4. per totam.

Canonici Cathedralis Eccleſiæ cum toto Capitulo parochum præcedere debent defuncti. fac. 62. num. 48. incedentes in defuncti aſſociatione ſola Crux eorum eſt ferenda, licèt ad Eccleſias Regulares mortuus feratur ad ſepeliendum. fac. 70. num. 39. quandò in eorum Eccleſia Cathedrali mortuus ſepelitur, valent inconſulto Parocho portare. fac. 71. num. 6. mòx diſcedere debent, ac ad Eccleſias Regularium cadauer aſſociauerint. fac. 82. num. 14. pro eorum libito nequeunt pauimentum frangere pro defunctis tumulandis. 83. num. 7. nequeunt de iure officia peragere ſuper cadauera in Regularium Eccleſijs. 51. controu. 1. diſp. 3. & fac. 55. num. 26. & ſeqq. Canonici Eccleſiæ Collegiatæ de nouo inſtituti abſque vllo priuilegio, an præcedere debeant parochos. fac. 56. num. 1. & ſeqq. diffusè. tàm Canonici, quàm cæteri Eccleſiaſtici Sæculares, in Regularium Eccleſijs non poſſunt cadauera ſepelire, miſſas celebrare, nèc officia recitare, & huiuſmodi. 131. num. 19. & ſeqq.

Capella alicui conceſſa etiam cum iure Patronatus non intelligitur ius conceſſum ſepeliendi, niſi de eo mentio facta ſit expreſſa. fac. 30. num. 7. capellæ arma, ſeù inſignia an poſſint auferri. 228. num. 7. & ſeqq.

Capuccini Eremitæ D. Franciſci Regulares poſſunt ne Legatum recipere ſub conditione factum? fac. 31. num. 13. & ſeqq.

Cardinales decedentes ſine electa ſepultura vbi ſint ſepeliendi. fac. 201. num. 6. & ſeqq. quibus expenſis exequiæ faciendæ ſint? ibid. & 204. num. 3. & 4.

Collector Apoſtolicus quibus expenſis eſt tumulandus? fac. 205. num. 7.

Cœmeterium. antiquitùs quomodo vocabatur. fac. 16. num. 17. & ibid. num. 19. & ſeqq. in primitiua Eccleſia Epiſcopi vetuſtiores congregabant Synodas in Cœmeterijs, & pro Eccleſijs ſeruiebant, ibid. & fac. 18. controu. 3. per totam. in eis non debent reponi ſupellectilia, nec pannos Soli exponere ad exiccandos. 85. num. 24. poſſit ne conuerti ad vſus humanos profanos, aliàs benedictum. 234. controu. 16. per totam. poſſit ne domus pro Parocho ab ordinario loci fieri? 239. num. 19. aliquid recipi poſſit pro Cœmeterio. 285. num. 21. & 287. num. 44.

Cœnotophium, quid ſignificet, & cuius cauſa factum ſit. fac. 21. num. 24.

Cenſuræ emanatæ contra impedientes priuilegiorum vſum Regularium, nè eis vti valeant ipſi. fac. 13. prælud. 13. num. 1. & ſeqq.

Cineres Imperatorum, ac Reguum antiquitùs vbi reponebantur. fac. 20. num. 14. & ſeqq.

Ciuitates, in quibus aliqui non poſſunt morari, poſt mortem ad ſepulturam reduci nequeunt. fac. 264. num. 33.

Clauſtra exedræ olim dicebantur. fac. 15. num. 14.

Clerici Sæculares, ac Regulares queant vtriuſque ſexus, in proprijs Eccleſijs infirmum inducere ad ſepulturam eligendam. fac. 32. controu. 1. num. 2. & ſeqq. per totam. & fac. 45. & ſeqq.

Digitized by Google

INDEX

& ſeqq. & fac. 48. & ſeqq. nequeunt in Regularium Eccleſijs funeralia peragere.51.& ſeqq. diffusè, & 55. num. 26. & 27. Vſum rationis habentes, & annum completum quartumdecimum valent ſepulturam ſibi eligere. 199. num. 27. & ibid. num. 29. Clericus, & etiam Sacerdos, qui in Eccleſiam excommunicatum admiſit, decedens abſque pœnitentia, priuatur ſepultura 261. nu. 10. Clericus concubinarius notorius ſepultura caret. ibid. num. 11. non valent pro ſepultura exterorum plus recipere, quàm Ciuium. 288. num. 51.

Cluſium Ciuitas Regia in Tuſcia, olim Sedes Regis Porſenæ, vbi Pyramis adeſt, aliàs nunc dicta, Labetintus, in quo Rex ipſe ſepultus fuit, fac. 20. num. 16. huius Ciuitatis eſt Author huius operis, antiquus Patritius: ibid.

Codicillus. Regulares vtriuſque ſexus, ac Clerici Sæculares inducentes ad ſepulturam eligendam cum codicillo, ſeù teſtamento, vel cum obligatione irreuocabili apud propriam Eccleſiam, eo ipſo in excommunicationem incidunt. fac. 35. num. 22. Codicillus inualidus an ſufficiat ad ſepulturæ electionem probandam. 224. diffusè.

Communio Annua in die Paſchatis in Regularium Eccleſijs fieri poteſt à fidelibus quibuſuis pro præcepto ſatisfaciendo. fac. 140. nu. 3. à Seruitoribus, & Famulis eorundem Regularium. 144. num. 20. abſque annua communione, & confeſſione decedentes ſunt priuati ſepultura. 260. num. 2.

Concubina ſepelienda minime eſt in ſui Amaſij ſepultura. fac. 178. num. 11.

Concubinarius, & Concubina ſi inuenti fuerint mortui, in actu venereo, ſepultura carent. 262. num. 15.

Confeſſarius Monialium tenetur omnibus famulis vtriuſque ſexus in mortis articulo, ac in die Paſchatis miniſtrare ſacramenta confeſſionis, communionis pro præcepto ſatisfaciendo, & extremæ vnctionis. fac. 156. controu. 16. per totam, & ſine electa ſepultura decedentes, tumulare in exteriori Eccleſia Monialium. 158. num. 12. lucratur omnia funeralia, vt Parochus adminiſtrans perſonis Sæcularibus ſacramenta, & ſepulturæ tradens in locis exemptis monialium decedentibus. 160. num. 26. & ſeqq. & 161. num. 30. an valeat clauſuram ingredi ad exequias peragendas. ibid. controu. 17. Confeſſarij atteſtatio, ſeu dictum an ſufficiat ad ſepulturæ electionem probandam. 225.

Confeſſione annua, & Communione abſque decedentes, ſepultura priuantur. fac. 260. nu. 2.

Confinati, & Relegati ad tempus, ſeù perpetuò, vbi ſunt ſepeliendi? fac. 197. num. 14.

Confratres, ſeù Sæcularium Societates non debent ad funera accedere ſi vocati non fuerint, & aſſociantes, crucem non valent erigere. fac. 74. num. 19. an poſſint ſepeliri in ſuis Eccleſijs. 299. controu. 10. per totam.

Conſanguinei, & Affines pro ſuis Affinibus, & Conſanguineis an ſepulturam eligere valeant? fac. 216. controu. 6.

Conſultores Theatini eorum Generalis valeant ne ſepulturam eligere? fac. 123. num. 3. & ſeqq.

Conſuetudo. Introduci nequeunt particulares conſuetudines contra ius tertij, & in præiudicium Regularium priuilegiorum, ſicut nec leges etiam ſynodales Eccleſiarum particularium. fac. 7. præludio 16. num. 1. & ſeqq. & fac. 66. num. 11. & ibid. num. 14. & ſeqq. & 105. num. 27.

Corpora Exempterata Defunctorum, ac diuiſa, & immanitèr diſcerpta, ſepultura carent. fac. 265. num. 40.

Creditores Defunctum debitorem an poſſint, ac ſuos hæredes, & conſanguineos tempore luctus moleſtare, & inſepultum petere, vt maneat quouſque ſatisfecerint debitum. fac. 77. num. 14. & ſeqq.

Crimen Leſæ Maieſtatis committens Pater, & per ſententiam damnatus, illius filius ſepulturæ iura perdit. fac. 22. num. 6.

Cultra. Propriam cultram habens parochus ſupponendum in Defunctorum bara, nihil ex pacto recipere valet, nèc prohibere vt aliundè habeatur. fac. 63. num. 56.

† 2 Crux

INDEX

Crux ſemper eſt ponenda capiti defuncti Catholici, & cur? fac. 18. num. 16. in funeralibus an erigi valeat. 59. numer. 29. & ſeqq. Parochialis Crux an erigenda ſit in aſſociatione funeris. 64. controuer. 3. per totam. Cruces affigere ad Eccleſiæ portas ad quos ſpectat, etiam Eccleſiæ Collegiatæ de nouo inſtitutæ. 62. numer. 45. in aſſociatione funeris ſi Capitulum Eccleſiæ Maioris incedat etiam ad Eccleſias Regulares, tantum Crux vna eſt ab eo portanda. 70. numer. 39. Eam Confratres in cadaueris aſſociatione portare nequeunt, ibid. numer. 41. & 74. numer. 19. ad cadaueris caput eſt Crux ponenda donec ad locum ſacrum transferatur. 84. numer. 18. quot virtutes ſignificet in funeralibus? 291. numer. 4.

D

Damnati ad mortem per Iudicis ſententiam, vbi ſunt ſepeliendi? fac. 198. num. 16. & ſeqq.

Defunctus quandò in Eccleſia depoſitatur, vt in aliam transferatur, fieri debet authenticum Teſtimonium. fac. 114. nu. 5. & ſeqq. videatur etiam fac. 128. num. 6. & cætera, verbo *Mortui*.

Diffinitores Capituli generalis, ac Prouincialis Regulares, an valeant ſepulturam ſibi eligere. fac. 122. controu. 9.

Delictum ex vnius Clerici Sæcularis, vel Regularis de Eccleſia, tota ipſa Eccleſia damnum ne patiatur? fac. 50. num. 17.

Depoſitum quid ſit, curioſè tradatur. fac. 21. num. 29.

Deſcendentes ſequuntur ſepulturam Aſcendentium, ſed non vice verſa. fac. 198. numer. 22.

Dies Tertius, ſeptimus, & nonus, pro exequijs defunctorum, & Miſſæ celebrandæ, in his diebus agitur fac. 302. controuer. 5. per totam.

Doctores Vniuerſitatis ſtudiorum, ſepeliendi vbi ſunt. fac. 196. num. 7.

Dolus, Fraus, ac malitia in funere tumulando, ſi in Eccleſia Regularium contingant, quid operantur. fac. 102. numer. 6. & ſeqq.

Domicilium qui habet in Ciuitate, ſeù Caſtro, ac ſe rus transfertur, decedens, vbi ſepeliendus eſt? fac. 194. num. 19. & ſeqq.

Donatio. Quis donationem ſumens, aut fideicommiſſum, cum iuramento, voto, &c. ad ſepulturam eligendam penès Teſtatoris voluntatem, tenetur ad eius obſeruantiam. fac. 37. num. 40.

Duello, & in Torneamentis morientes perpetuò ſepultura priuantur. fac. 265. numer. 1. & ſeqq.

E

Eccleſia. Eccleſiarum particularium leges Synodales condi nequeunt in præiudicium Regularium priuilegiorum. fac. 7. numer. 1. præludio. 6. & ſeqq. in Eccleſijs quando fidelium cadauera ſepeliri incœperunt? fac. 14. numer. 3. & ſeqq. & 17. numer. 6. & ſeqq. in propria Eccleſia tàm Regulares vtriuſque ſexus, quàm Clerici Sæculares inducere ad eligendam ſepulturam an valeant? 32. numer. 2. & ſeqq. in Eccleſia cum olim mortui ſepeliri non poterant? 15. numer. 6. & 11. Eccleſiæ vbi mortui ſepeliuntur immunitate gaudent; & eius loca. 15. num. 5. pro Eccleſia olim cœmeteria deſeruiebant. 17. numer. 2. ex delicto vnius Regularis vtriuſque ſexus, ac Clerici Sæcularis de Eccleſia, damnum ne tota Eccleſia patiatur? 50. numer. 17. in Eccleſijs Regularium Eccleſiaſtici omnes nequeunt officia mortualia peragere. 51. & ſeqq. Eccleſia vetuſtate ſi diruta ſit, vel noua fiat cum Ordinarij venia corpora defunctorum in nouam Eccleſiam transferri valent. 114. numer. 6. in Eccleſia arma, ſeù inſignia poſita, tolli ne poſſint? 228. numer. 7. & ſeqq. Eccleſia quelibet

Digitized by Google

INDEX

libet de iure recipere volet ad ſepulturam, quem vult. 229. num. 22.

Eccleſiaſtici Inferiores, vt Præpoſiti, Priores Eccleſiarum Collegiatarum, Canonici, Rectores, Vicarij perpetui, Parochi, Capellani, & Clerici vbi ſepeliendi ſint, & quibus expenſis? fac. 205. controuer. 13. per totam.

Effectus non ſequutus eorum, qui inducunt ad ſepulturam eligendam cum voto, iuramento, &c. in propria Eccleſia an excommunicati exiſtant? fac. 38. num. 1. & ſeqq.

Eleæmoſyna non eſt maior Parocho præſtanda quando defuncti ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium, vltrà quartam ſolitam, nec vnum ſcutum. fac. 130. numer. 4. & 5. & 131. num. 13. & ſeqq. quantæ vtilitatis Animabus purgantibus ſit, 309. num. 33. & 34.

Epydimiæ Morbo laborantes, & contagioſo, vbi ſunt ſepeliendi? 197. num. 9.

Epiſcopi antiquitùs in cœmeterijs ſynodas congregabant, & pſalmos canebant, ac ſacramenta adminiſtrabant. fac. 17. controuer. 2. numer. 2. ſunt exequutores omnium piarum diſpoſitionum tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos. 30. num. 6. ſepulturæ ius nequeunt inuito domino, alteri concedere etiam pro loco ſepulturæ. ibid. num. 18. nec etiam valent diſponere pro alijs ſepulturam conſtructam de Teſtatoris mandato pro Doctoribus tantum. 29. numer. 11. ad Epiſcopos ſpectat veniam concedere ſepulturæ ius. 83. numer. 1. Epiſcopi, & Archyepiſcopi ſine ſepultura electa decedentes, vbi ſepeliendi ſint? 202. numer. 15. & ſeqq. quibus expenſis? 206. numer. 9. in ſua Eccleſia, Capellam cum ſepultura conſtruens Epiſcopus, ad ſucceſſores vadit, & non ad conſanguineos, niſi conſtiterit iuridicè de bonis patrimonialibus eam conſtruxiſſe. ibid. num. 27. valeant nè Epiſcopi Cœmeteria ad vſus profanos humanos conuertere. 234. controuer. 16. per totam tenentur quot annis Eccleſias Laicales omnes viſitare, & illarum Adminiſtratores. 37. numer. 4. per totam. poſſint ne ſepelire facere in alterius ſepultura aliquem, domino inuito. 227. controu. 14. valeant ne ius auferre Parochis funerandi, & illud Capellanis præbere aliarum Eccleſiarum Sæcularium? 236. per totam Controuer. in viſitando, ſi occaſione procurationis aliquid receperint, & non reſtituerint ante celebrationem Miſſæ, irregulares euadunt, & impœnitentes morientes, priuantur ſepultura. 250. numer. 10.

Eremitæ nullam regulam profitentes, vbi ſepeliendi ſunt? fac. 196. num. 9.

Ergaſtulum vnde deriuatur, & pro quo ponatur? fac. 21. num. 23.

Exedræ dicuntur Volſæ, quæ anteriùs Eccleſiæ parietibus adherent, & nunc dicuntur clauſtra Regularium, & Canonicorum. fac. 15. num. 14.

Excommunica: Ipſo iure in eam incidunt Clerici Sæculares omnes, & Regulares vtriuſque ſexus inducentes in proprijs Eccleſijs ad ſepulturam eligendam cum voto, iuramento, &c. fac. 32. Controuer. 1. numer. 2. & ſeqq. diſp. 2. in excommunicationem latæ ſententiæ incidunt, qui defunctorum corpora exenterant, concidunt, aut elixantur. 115. num. 7. & ſeqq.

Excommunicatus admiſſus in Eccleſiam à quouis Eccleſiaſtico etiam Sacerdote decedente impœnitente, ſepultura priuatur. fac. 261. nu. 10. poreſt ne à Laico in neceſſitatis caſu abſolui? 271. numer. 13. ſepultura caret. 269. Contro. 9. per totam.

Ex hereditatis ſepulchra familiaria non tolluntur. fac. 24. num. 21.

Exhumantes, & ſpoliantes fidelium corpora, in quas pœnas incurrant? fac. 275. numer. 17.

Expenſæ à quibus fiendæ ſint in obitu Domini Papæ, Cardinalium, & cæterorum Prælatorum Eccleſiaſticorum? fac. 127. controuer. 12. per totam. Expenſæ, ac ſumptus in mortuorum funeralibus, à quibus ſunt peragendæ? 231. controu. 15. per totam.

Exequiæ. Statutum factum à Sæcularibus circa

exequias faciendas eſſe tali modo, &c. an valeat? fac. 233. numer. 19. & ſeqq. quæ debetur mortuis, ſermocinatur copioſè. 289. controu. 1. diſp. 2. per totum.

F

Fama ab infirmo moribundo an ſit reſtituenda, ac abſolui poſſit, & ſepultura careat? fac. 247. controu. 3. per totam.

Familiaris. Talis dictio in Regularium priuilegijs quid importet. fac. 148. numer. 41. & ſeqq. & 155. numer. 82. & 159. num. 19.

Familiæ Sepultura, vel hæreditaria, quomodo probatur. fac. 223. num. 13.

Famuli, ac Seruitores vtriuſque ſexus Regularium, Monialium tenentur in die Paſchatis confiteri, & communicare, ac cætera ſacramenta recipere ab eiſdem Regularibus, & à Monialium confeſſarijs, ac morientes ſine electa ſepultura, ſunt ſepeliendi in Eccleſia Regularium, & Monialium. fac. 144. numer. 20. & ſeqq. & 155. numer. 78. & 157. num. 9. & 158. num. 12.

Feretrum dicebatur ſepulchrum plebeiorum, ac damnatorum. fac. 21. num. 28.

Filius ob crimen leſæ Maieſtatis Patris damnati, iura ſepulturæ perdit. fac. 22. numer. 6. emancipatus adhùc retinet ſepulturæ ius. 24. numer. 24. dum pubes eſt, valet ſibi ſepulturam eligere. 172. numer. 12. & 174. numer. 23. & ſeqq. ſi decedat abſque ſepultura electa, Pater eius valeat pro eo, ſepulturam eligere. 220. controu. 10. vtriuſque ſexus filij puberes valeant nè ſepulturam ſibi eligere abſque ſuorum parentum conſenſu? 185. controu. 5. per totam.

Fœminæ ſepulchrorum iura etiam retinent quæ in aliam tranſeunt familiam, ſiue proximiores, ſiue remotiores ſint. fac. 24. num. 23. & fac. 25. num. 7.

Fornicatio ad eam euitandam minime eſt licitum ſe occidere. fac. 242. num. 10.

Fraticelli, Qui certum habitum aſſumunt ad quæſtuandum, vbi ſepeliendi ſunt 196. numer. 5.

Fratres Germani ſecundum carnem decedentes non electa ſepultura, vbi ſepeliendi ſunt? fac. 197. numer. 11. & numer. 13. & 279. num. 21. videatur.

Fraus, malitia, & dolus, in tumulando funere ſi hæc contingant apud Regularium Eccleſias, quos effectus operantur. fac. 102. numer. 6. & ſeqq.

Funerandi, ac ſepeliendi ius Regulares habent. fac. 11. num. 2. & 3.

Funus ſuper Cadauera peragere Canonicis & cunctis Eccleſiaſticis Sæcularibus in Eccleſijs Regularium interdictum eſt. fac. 51. & ſeqq. diffusè agitur. funus teneantur ne proſequi Parochi vſque ad Eccleſiam, in qua ſepelitur? 72. controu. 5 per totam.

Fures, ac Latrones interfecti in actu funerandi, priuantur ſepultura. fac. 251. numer. 15.

G

Generales Ordinum Regularium valeant re ſepulturam ſibi eligere? fac. 120. controuer. 8.

D. Gregorij Papæ Magni Miſſæ pro defunctis dici adhuc valeant, & quomodo? fac. 314. numer. 24.

H

Habitu Regulari induere Sæculares vtriuſque ſexus volentes ante illorum obitum, Indulgentias eaſdem lucrantur, quas ipſi Religioſi adipiſcuntur. fac. 153. numer. 71. vbi ad rem plura d cuntur.

Hære-

Digitized by Google

I N D E X

Hæredes Defunčti ſi non vocauerint numerum Sacerdotum, & Religioſorum, & conſuetudo adſit, vt Parochus prouideat, eius erit cura vocandi. fac. 74. numer: 21. hæres non ſepeliens cadauer ſui anteceſſoris, qua pœna puniatur? 79. numer. 30. moleſtari nequit ob debita à defunčto relicta, tempore ſepulturæ. 78. numer. 21. & ſeqq. & num. 33. fac. 79. ad hæredes ſpectat numerum Religioſorum, & Clericorum præficere in Defuncti aſſociatione 129. controuer. 13. numer. 1. non valent obligari à Parocho ad dandam maiorem eleæmoſynam quando defuncti in Eccleſijs Regularium tumulantur. 130. numer. 4. & ſeqq. nèc miſſas facere celebrare in ſuis Eccleſijs parochialibus. ibid. num. 10.

Hæres in ſepultura ſepeliri poteſt, licèt in poſſeſſione miſſus non ſit. fac. 25. numer. 15. & fac. 27. numer. 9. non ſepeliens ſui Anteceſſoris cadauer, qua pæna puniatur? 31. num. 11. & ſeqq. & 79. num. 30.

Hæretici, & eorum receptatores, fauctores, defenſores, & eis credentes ſepultura careur. fac. 269. controu. 9. per totam.

Homicidium factum ſuper ſe ob ignorantiam inuincibilem excuſat à culpa mortali fac. 241. controu. 1. per totam.

I

INfantes expoſiti vbi ſepeliendi ſunt. fac. 198. numer. 23. Infans in mortis articulo baptizatus in vmbilico, aut per capillos, ſit ne ſepultura priuandus? 260. num. 1.

Infideles omnes, ac hæretici ſepultura carent. fac. 251. num. 18.

Infirmus an induci valeat à Regularibus vtriuſque ſexus, & à Clericis Sæcularibus ad eligendam ſepulturam in eorum Eccleſijs? fac. 32. controuer. 1. diſp: 2. per totam. quilibet infirmus cuiuſuis ſtatus, & conditionis ſit, famam, & rem ablatam inuito domino an teneatur reſtituere, aliàs, ſepultura careat? 247. controu. 3. per totam.

Ignorantia, & qualis ſufficiens ſit ad excuſandum inducentes ad ſepulturam eligendam cum voto, &c. in proprijs Eccleſijs? fac. 42. controu. 4. per totam.

Ignorantia inuincibilis an excuſet à peccato homicidij ſuper ſe ſacti? fac. 241. controuer. prima, per totam: & fac. 243. num. 12.

Impuberes Filij, & Filiæ non valentes ex ſe ipſis ſepulturam eligere, an eorum parentes queant pro eis illam deligere? fac. 130. num. 7.

Inimicus veniam petens à ſuo offenſo, ſi ipſe pacem dare teneatur in ſcriptis, aliàs ſepultura careat? fac. 244. num. 7.

Imperator. Corpora Imperatorum, ac Regum olim in Templorum porticu ſepeliebantur? fac. 16. num. 15. & ſeqq. ſepeliendus vbi eſt Imperator? 196. num. 1.

Interdictum. Quæ perſonæ interdicti tempore valeant in Eccleſia ſepeliri? 276. per totam controu. vndecimam, in quibus ſolemnitatibus interdicti tempore defuncti ſepeliri poſſint in Eccleſijs? 279. controuer. 12. per totam.

Iuramentum. Cum iuramento inducentes Regulares vtriuſque ſexus, & Clerici omnes Sęculares Eccleſiaſtici in proprijs Eccleſijs ad ſepulturam eligendam in pœnam aliquam an incurrant. fac. 32. controuer. 1. diſp. 2. per totam. Iuramentum ſolus Papa valet decernere non obligari quo, quis ſepulturæ electionem fecit. 47. num. 9. & ſeqq.

Ius an detur ſepulturam eligendi, vel ſuorum Maiorum, vel apud Eccleſiam parochialem cum quis moriatur? fac. 188. controu. 6. diffusè.

L

LAicus poteſt ne in neceſſitatis caſu excommunicatum abſoluere? 271. num. 13.

Legatum ſub conditione à Teſtatore, putà Capuccinis, ſi ipſum in eorum Eccleſia ad ſepulturam receperint, an valeat? fac. 31. nu. 13.

† 4

13. parochus nequit hæredes defuncti obligare, vt faciant tot legata apud ſe, quot faciunt apud Regulares. 86. num. 28.

Leges Synodales particulerium Eccleſiarum condi non poſſunt in Regularium præiudicium priuilegiorum. fac. 7. num. 1. Prælud. 6. per totum.

Liberam. Huiuſmodi dictio poſita in Regularium priuilegijs, quid importat, expenditur, ſatis eruditè, & exaptè. fac. 150. num. 53.

Licitè. Huiuſmodi dictio in Regularium priuilegijs poſita, quid ſignificet, egregiè illuſtratur. fac. 150. numer. 54.

Locus dignior, & honorabilior in Eccleſia pro ſepultura an emi poſſit abſque ſimoniæ labe? fac. 281. controu. 13. per totam.

M

Maioratum ſumens aliquis fideicommiſſum, aut donationem, & ſe obligans cum iuramento ad ſepulturam eligendam penès Teſtatoris voluntatem, ad eius obſeruantiam tenetur. fac. 37. num. 40.

Maiorum, quæ namque ſepultura dicatur, in qua, quilibet eſt ſepeliendus, non electa ſepultura? fac. 189. controu. 7. diffusè.

Malitia, ac fraus, & dolus in funere tumulando in Regularium Eccleſia ſi contingant, quid operantur. fac. 102. numer. 6. & ſequent.

Mater pro Filio impubere ſepulturam eligere valeat? fac. 214. cotrouer. 5. & controuer. 9. fac. 219.

Mare: morientes in mari, vel in terra, vbi ſunt ſepeliendi? fac. 197. num. 10.

Mauſoleum vndè dicatur, & eſt propriè ſepulchrum Principum. fac. 20. num. 18.

Meretrix nequit ſepulturam de bonis turpiter acquiſitis ædificare. fac. 29. numer. 8. quæ ſe exponit publicè ad meretricandum, priuatur ſepultura. 261. num. 12.

Miracula inter ſeptem Orbis annumerantur Pyramides Ægypti. fac. 20. num. 17.

Miſſæ, ac mortuorum officia præſente defuncto diebus dominicis, & feſtis dici valent. fac. 85. numer. 27. & 86. numer. 28. & 313. num. 19. parochi nequeunt miſſas celebrare facere in ſuis Eccleſijs cogentes defuncti hæredes. 130. numer. 10. in miſſis defunctorum quis ritus ſit ſeruandus? 295. controuer. 3. vbi ſunt dicendæ miſſæ à Teſtatore relictæ, loco non aſſignato 309. controuer. 7. quando Miſſæ defunctorum celebrari poſſit? 311. controuer. 8. miſſæ D. Gregorij ſic nuncupatæ, an celebrari queant? 314. num. 24.

Monialium Confeſſarius ſacramenta tenetur in Paſchate, & in mortis articulo adminiſtrare, famulis, & famulabus, & puellas Sæculares etiam interdicti tempore, ſepulturæ tradere decedentes abſque ſepultura electa. fac. 157. num. 9. & ſeqq. gaudent moniales priuelegijs cæterorum ordinum. 156. numer. 1. & ſeqq. earum Confeſſarius tàm intra, quàm extrà Clauſuram cuiuis Sæculari incidenti in mortis articulum valet omnia Sacramenta adminiſtrare, & ſine electa ſepultura, aut carente ea ſuorum maiorum ſepelire in Eccleſia exteriori monialium. 159. numer. 20. ad eum ſpectat aſſociare cadauer monialis defunctæ, quæ ex indulto Apoſtolico elegit ſepulturam aliunde. 160. num. 28. ad earum exequias peragendas valet clauſuram ingredi confeſſarius. 161. controu. 17. moniales ſunt à quarta funerali exemptæ. fac. 164. nu. 22. inuentæ proprietariæ, ſepultura priuantur. ibid. num. 22. in earum ſepultura, nulla Sæcularium corpora ſepeliri queunt. ibid. num. 25. & ibid. numer. 28. & fac. 292. numer. 10.

Monumentum vnde dicatur? plura recitantur curioſa. fac. 19. num. 6.

Moribundus valeat ne vxori, aut Filio capaci ſeù Alteri ſepulturæ electionem committere, & debeat fieri ante eius mortem, vel poſt obitum eius? fac. 225. diffusè. moribundus, ſeù lethalitèr vulneratus tenetur ne rancorem, & omnem pœnam temporalem, & in-

iuria-

iuriarum actionem offendenti remittere, aliàs ſepultura careat? 244. controu. 2.
Mortuorum corpora in Eccleſia parochiali poſita vt in Eccleſijs Regularibus tumulentur. nihil debetur parocho. fac. 74. numer. 12. quando tumulantur in proprijs parochijs, aut Clericorum Eccleſijs, vel Laicorum, ad parochum ſpectat officium peragere, & ibid. numer. 13. prope Altare, aut ſub bradellis mortui ſepeliri nequeunt. 83. numer. 3. mortuorum officia, & miſſæ dici valent, & quando. 85. numer. 27. eſt opus bonum mortuos ſepelire. 10. nu.4.præl.8. quando in Eccleſia mortui ſepeliri inceperunt. 14. & ſeqq. mortui vbi ſepeliebantur, immunitate Eccleſiaſtica fruebantur. 15. numer.5. mortuus tumulatus per vim, aut alio quouis modo, eſt reſtituendus illi Eccleſiæ, vbi de iure ſepeliendus erat. 41. numer. 14. mortui inuenti, & qui in flumen, aut per feneſtras ſe proijcerunt, aut laqueo ſuſpenſi reperti, careant ne ſepultura? 252. controuer. 5. in mortuorum miſſis, qui ritus ſeruandus ſit. 289. num. 1. & ſeqq. mortuorum corpora exenterata, & diuiſa, carent ſepultura 265. num. 40.
Moriens ex improuiſa morte valeat in ſacro ſepeliri? 243. num. 17.
Mulieres, quæ incarceratæ nuncupantur, vbi ſepeliendi? fac. 196. num. 6.

N

NVmerus Religioſorum, ac Clericorum in mortuorum aſſociatione eſt ab hæredibus præficiendus Defuncti. fac. 129. num. 1. controuer. 13. numerus ternarius, ſeptennarius, nouennarius, &c. quid denotent in miſſis defunctorum celebrandis. 302. controu. 5. trigeſimus numerus cum reliquis, vſque ad Anniuerſarium ſermocinatur. 305. controu. 6.
Nuncij Apoſtolici ſine electa ſepultura humandi vbi ſint? fac. 202. numer. 14. quibus expenſis: 205. num. 5.

O

OBligatio: Regulares vtriuſque ſexus, & Clerici Sæculares cum obligatione inducentes ad ſepulturam eligendam in propria Eccleſia in quid incurrant. fac. 35. numer. 22.
Occidentes ſemet ipſos ex induſtria, & deſperatione, ſepultura priuantur. fac. 249. num. 2. 252. controuer. 5. ſi licitum ſit ſe ipſum occidere ad fornicationem euitandam. 242. numer. 10.
Offenſus teneatur ne pacem dare in ſcriptis ſuo inimico veniam ei petenti. fac. 244. num. 7.
Officia pro defunctis parochus nequit hæredes obligare, vt fiant apud ſe, quot fiunt apud Eccleſias Regulares. fac. 86. numer. 28. & 293. numer. 19. & ibid. numer. 16. videantur.
Officiales Ciuitatum, & aliorum locorum morientes abſque ſepultura electa, vbi ſepeliendi ſint? fac. 191. controuer. 8.
Opera Scriptorum mittenda prelo an impediendа ſint? fac. 12. num. 1. & ſeqq.
Oracula viuæ vocis omnia ante Pium V. emanata in Regularium fauorem, non ſunt amplius oracula, ſed ſunt bullata priuilegia facta. fac. 3. numer. 1. & fac. 5. numer. 1. ſeqq. diffuſè diſcurritur.
Orationes funerales an fieri poſſint in mortuorum laudem. fac. 289. num. 1. & ſeqq.

P

PActum factum in tali loco de ſepulturæ electione ſimonia eſt. fac. 50. num. 19. & ibid. numer. 22. & 25.
Papa decernere valet iuramentum non obligar

Digitized by Google

quo, quis ſepulturæ electionem fecit. fac. 47. numer. 9. moriens, quibus eſt expenſis ſepeliendus, 204. controuer. 12. numer: 1. decedens abſque electa ſepultura vbi eſt humandus? 201. num. 1. & ſeqq.

Parentes, vt Pater, & mater an valeant ſuis impuberibus filijs vtriuſque ſexus ſepulturam eligere vbilibet, parocho contradicente. fac. 130. num. 6. & ſeqq.

Parochus violenter arripiens cadauer, & eius funus in quid incidat, plura curioſa afferuntur. fac. 37. numer. 35. in Eccleſijs Regularibus nullum habet ius quo ad funera peragenda ſuper Cadauer. 51. controuer. 1. inducens ſuum Parochianum ad ſepulturam eligendam in ſua parochia, in quam pœnam incidat. 49. numer: 15. & fac. 54. numer. 22. 75. nu. 26. nequit cadauera in Eccleſijs Regularium humare propria authoritate. 55. numer. 26. & 27. an præcedere debeat Canonicos de nouo inſtitutos Eccleſiæ Collegiatæ? 56. controu. 2. tenetur locum præſtare in funeralibus toti Clero Eccleſiæ Cathedralis quando totum Capitulum funus aſſociat. 62. numer. 48. & 64. numer. 62. inter parochos præcedentia qualis. ibid. numer. 64. pro cultra nequit aliquid ex pacto recipere, nec vetare aliunde alia prouideatur in funeralibus. 63. numer. 60. tenetur in integrum ad reſtitutionem funeralium, quæ ab Eccleſijs Regularibus accepit ob Crucis erectionem. 69. numer. 32. vſque ad portam Eccleſiæ Regularis tenetur aſſociare funus. ibid: numer. 34. an plus valeat recipere in funeralibus, quæ fiunt in Eccleſijs Regularium, quàm quæ habentur in proprijs Eccleſijs. 70. controu. 4. an teneatur funus proſequi vſque ad Eccleſiam, in qua eſt ſepeliendum. 72. controuer: 5. eo irrequiſito valeant Canonici Cathedralis Eccleſiæ ad ſuam Eccleſiam cadauer deferre, ad ſepeliendum. 73. numer. 6. nequit interdicere quin defunctus ſepeliatur in Eccleſia, quam ædificauit. ibid. numer: 7. monitus, ac requiſitus, & venire recuſans ad cadauer aſſociandum ad Regulares Eccleſias valeant eo inuito, recto tramite ad ſuas Eccleſias ferre. 73. numer. 10. cura eius erit ſi conſuetudo adſit numerum Sacerdotum, & Regularium vocandi in funerali. 74. numer. 21. quilibet parochus tenetur ſeruare horam, & tempus tumulandi cadaueta. 75. numer. 24. vbi adeſt conſuetudo in funeralibus Confeſſionem facere, conſeruerur. ibid: numer. 28. in Eccleſijs Regularium ſtolam ferre nequit parochus. & ibid. numer. 30. & ſeqq. 80. controu. 7. non valet cadauer inſepultum ſub quouis prætextu ſtare. 76. controu. 6. ſub bradellis, & prope altare nequit defunctos ſepelire. 82. controuer. 8. ad eum attinet officia peragere ſuis defunctis vbique, exceptis in Regularibus Eccleſijs. ibid. num. 16. & 128. numer. 11. an quarta funeralis, & de quibus eſt parocho præſtanda 86. controuer. 9. & 90. controuer. 10. & 94. controuer. 1. diſp. 4. & 101. & ſeqq. nequit impedire ſepulturæ electionem in Regularium Eccleſijs 130. numer. 6. & ſeqq. nec cogere queit defuncti hæredes miſſas celebrare facere in ſua Eccleſia. ibid. numer. 10. vltra quartam parochialem nequit recipere vnum ſcutum ab ipſis, qui ſepeliuntur in Eccleſijs Regularium. 131. numer. 13. ſpolians cadauera priuſquam ad Eccleſias Regulares perueniant, in quas pœnas incidat. ibidem num. 16. & 17. & ibid. num. 20.

Parochia, ad eam cognoſcendam, quid ſit reſpiciendum. f. 192. num. 8. & ſeqq.

Paruuli baptizati habere debeat ſepulturam ſpecialem. fac. 85. numer. 23. & 198. numer. 20.

Paſcha ſi quis eo die Reſurrectionis moriatur, Pentecoſtes, & Natiuitaris Domini, eſt in ſequentem diem humandus. 313. num. 19.

Pater de crimine leſæ Maieſtatis damnatus, illius filius iura ſepulturæ perdit. fac. 22. numer. 6. valet pro filio impubere ſepulturam eligere. 208. controu. 1. & 210. controuer. 2. & 211. controuer. 3. an tempus detur præfixum Patri ſepulturam eligendi filio impuberi. 213. controu. 4. & 219. controu. 9.

Patriarchæ, Primates, Archyepiſcopi, & Epiſcopi ſine electa ſepultura decedentes, vbi ſint ſepe-

ſepeliendi. fac. 202. numer. 15. & ſeqq. quibus expenſis, 205. num. 9.

Patricida decedens impænitens priuatur ſepultura. 251. numer. 14.

Pauperum cadauera ſunt à parochis gratis, & Dei amore ſepeliendi. fac. 71 num. 8.

Pax an danda ſit ab offenſo offendenti in ſcriptis, veniam petenti. fac. 244. num. 7.

Peccatores occulti. ſi hæretici, aut excommunicati ſint, non ſunt ſepultura priuandi. 262. numer. 18.

Pecunia, ſeù quælibet res æſtimabilis ablata inuito domino à moribundo non reſtituta, & proinde non abſolutus, careat ſepultura. fac. 247. controu. 3.

Percuſſores publici, ac notorij Clericorum impœnitentes excommunicati morientes, ſepultura priuantur. fac: 260. num. 8.

Peregrini ſepeliendi vbi ſint, ſepultura non electa, morientes fac. 191. controu. 8.

Pœnæ taxatæ ne ſint pro illis, qui perſonas ſepeliunt à Iure prohibitum. fac. 273. controu. 10.

Polyandrium vnde dicatur. fac. 19. num. 5.

Pyramis vnde dicatur, & quot in mundo fuerunt, & alia recitantur curioſa de eis. fac. 20. num. 14.

Præces. Regulares vtriuſque ſexus, & Eccleſiaſtici omnes præcibus magnis inducentes ad ſepulturam eligendam in ſuis Eccleſijs, in quas pœnas incidant? fac. 35. num. 16.

Præcedentia inter parochos in funeralibus, qualis. fac. 64. numer: 64.

Prælati Regulares Maiores, & Inferiores locorum an poſſint ſepulturam eligere ſibi. fac. 120. controuer. 8. an ſepelire valeant facere aliquem in alterius ſepultura. 227. controu. XIV.

Præſidentes locorum Regulares an poſſint ſepulturam ſibi eligere. fac. 120. controu. 8.

Primates, Patriarchæ, Archyepiſcopi, & Epiſcopi morientes ſine ſepultura electa, ſepeliendi vbi ſint? fac: 202. numer: 15. quibus expenſis 205. num. 9.

Principes vbi ſint ſepeliendi. fac. 196. num. 1.

Priuilegia Regularium per non vſum, ſeu contrarium vſum, aut per præſcriptionem haud tolluntur, fac. 1. num. 2. & ſeqq. plura curioſa adducuntur; in duabus Bullis Pij V. multa priuilegia ponuntur. 5. numer. 3. omnia viuæ vocis oracula facta ſunt priuilegia. 3. num: 1. à Regularibus ſunt manutenenda. 7. num. 9. priuilegia Regularium impedientes quòad vſum, in quas pœnas incurrant. 13. numer. 1. in priuilegijs Regularium quid importet dictio *liberam*, & *licitè*, expenditur. 150. num. 53. & 48. moniales omnibus priuilegijs cæterorum ordinum gaudent. 156. num. 1.

Promiſſio. Regulares vtriuſque ſexus, & omnes Eccleſiaſtici cum promiſſione inducentes ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia, in quas incidant pœnas. fac. 32. controuer. 1. diſp. 2. quid ſi magnis præcibus? 35. numer. 16.

Puella Sæcularis intra clauſuram monialium exiſtens educationis cauſa tempore Interdicti omnia Sacramenta valet recipere à Confeſſario, & eam ſepulturæ tradere. fac. 159. num. 16. & 161. numer. 30. ob ignorantiam inuincibilem puellæ ruſtica ſe in flumen dedit, erat ne ſepelienda in ſacro? 243. num. 12.

Q

QVarta funeralis an danda ſit Parocho à Regularibus, & de quibus, & quando? fac. 86. controuer: 9. & 90. controuer. 10. & 94. controuer. 1. diſp. 4. & 101. controuer. 2. & 106. num. 33. & 110. controuer. 3. & 113. controuer. 4.

R

REgulares ſuis priuilegijs renunciare nequeunt, nec eis per contrarium vſum præiudicare valent. fac. 1. & 2. num. 3. & ſeqq. ius ſepe-

I N D E X

habent funerandi, & ſepeliendi. 11. numer: 2. & 3. an ſi eis legatum fiat ſub conditione valeat. 31. numer. 13. in quas pœnas incidant inducentes ad ſepulturam eligendam in ſuis Eccleſijs. 32. controu. 1. diſp. 2. & 45. per totum. in Regularium Eccleſijs tàm Canonici, quàm cæteri Eccleſiaſtici nequeunt de iure funeralia peragere. 51. controuer: 1. diſput. 3. vna tantum Crux eſt ab eis deferenda quando in ſuis Eccleſijs cadauera humantur. 64. controuer. 3. an valeant cadauera inconſulto parocho deferre ad ſuas Eccleſias ſepelienda. 73. numer: 10. & fac. 132. & 137. nequeunt ſub bradellis, & propè Altare cadauera ſepelire. 85. num. 3. an quartam funeralem parocho dare teneantur. 94. contr: 1. diſp: 4. & fac: 90. controuer: 10. & 101. controu: 2. an Nouitius Regularis moriens in domum parentum, quarta funeralis parocho ſit præſtanda. 110. controuer: 3. in quibus caſibus non teneantur eam dare. 106. num: 33. quid dicendum, morientes extra ſua Monaſteria. 113. controuer: 4. an valeant exhumare cadauera ſuæ Eccleſiæ, & transferri ad alium locum. 114. controuer: 5. queunt de iure morientes extra Conuentum ſepulturam eligere. 115. controuer: 6. & 118. controu: 7. & 120. controuer: 8. 122. & 124. controuer: 10. & 125. controuer: 11. videantur omnes ad funus an vocandi ſint. 127. controuer: 12. numerus Regularium à quo eſt præficiendus in funeralibus. 129. controuer: 13 ad eos attinet decidere per quam viam defunctus incedere debet quando ad eorum Eccleſias fertur. 128. num: 8. eorum cadauera per plateas, & Ciuitatem nequeunt deferri. 125. numer: 6. qui manualibus beneficijs perficiuntur, poſſint ne ſepulturam eligere 127. nu: 15. in Regularium Eccleſijs parochus nequit impedire ſepulturæ electionem. 130. numer: 6. & 7. quando cadauer valent leuare ex parochia. 139. numer: 19. omnia ſacramenta miniſtrare valent omnibus fidelibus ad ſua loca exempta aduentantibus, & ſepulturæ tradere, ſine ea electa decedentibus. 140. controuer: 15. & 144. numer: 20. & ſeqq. numer: 24. & 29. & 148. numer: 43. & 149. numer: 47. & 151. numer: 58. & ſeqq. num. 61. Regulares ſuperiores clauſuram monialium ingredi valent 165. numer: 33. Regulares Conuerſi, Oblati, Tertiarij, Donati, & Commiſſi an valeant ſepulturam eligere, & ibid. contr: 18. tempore interdicti valent in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepeliri, abſque tamen ſolemnitate. 178. numer: 18.

Regulares vtriuſque ſexus ex improuiſo mortuus, & in cella cum marſupio repertus denariorum, ſit in Eccleſia ſepeliendus. fac: 254. controuer: 6. & in camera eſt inuentus clauſo oſtio cum laqueo collo appenſo, mortuus? 259. num: 40.

Relegati, & Confinati ad tempus, vel perpetuò vbi ſepeliendi. fac. 197. num: 14.

Religioſi Tertiarij, Conuerſi, Oblati, Donati, & Commiſſi an queant ſibi ſepulturam eligere. fac: 165. contr. 18. cętera videantur verbo Regulares, ſuprà.

Regum, ac Imperatorum corpora olim vbi ſepeliebantur. fac. 15. numer: 14. & ſeqq. eorum cineres vbi antiquitùs reponebantur. 20. numer: 14. & ſeqq: ſepeliendi vbi ſunt. 18. numer: 1.

Res aliena inuito Domino, æſtimabilis ablata, ſi ante mortem ab Infirmo non abſoluto, non reſtituatur, an ſepultura careat? 247. controu: 3.

Reuiſores operum quales eſſe debent, & quo pacto ſe in eis videndis gerere ſe debeant. fac. 12. prælud: 12. num. 1. & ſeqq.

S

Sacerdos, vel Clericus, qui in Eccleſiam admiſit excommunicatum, impœnitens moriens, ſepultura priuatur. fac: 261. numer. 10.

Sacramenta omnia in locis exemptis valent à Regularibus adminiſtrari omnibus Chriſti fidelibus,

INDEX

libus, vtriuſque ſexus. fac. 140. controuer: X V.
Sarchophagus vnde dicatur. fac: 20. num: 20.
Sacriſta Eccleſiæ Cathedralis, & Patochus præcedere debent ptoprium defuncti in aſſociatione funeris. fac: 64. numet: 62. Sacriſta Eccleſiæ Collegiatæ nouæ, nequit cruces affigere portis Eccleſiæ, ſed ad parochos ſpectat. fac: 62. num: 45.
Scamna, ſeú ſedilia in tali Eccleſiæ loco ius habere, vendi nequit. fac. 288. num. 45.
Scholares vbi ſint ſepeliendi, ſepultuta non electa, motientes. fac: 191. controuer: 8.
Srcriptores opera prælo mittentes, non ſcribentes contra fidem, nec bonos mores, &c. non poſſuut impetri ſub quouis prætextu, & colore, &c. 12. prælud: 12. num: 1. & ſeqq.
Scriptura manu ptopria firmata, an ſufficiat ad ſepulturæ electionem probandam. fac. 224. controuer: 12.
Scutum vnum, vltra quartam ſolitam parocho præſtari non debet. fac. 131. num: 15.
Sæcularis ſi quis motu proprio, ad nullius inſtantiam ſibi eligere ſepulturam cum voto an eſſet excommunicatus. fac: 38. numer. 46. ante obitum volens cum habitu teligioſo indui, ac ſepeliri indulgentias lucratur. 153. numer: 71.
Sepeliendi ius, ac funerandi habent Regulates. fac. 11. Prælud. 10. num: 2. & 3.
Sepelientes corpus fidelis Catholici occultè extrà Eccleſiam ob aliquem finem, in quas pœnas incurrant. fac. 275. numer: 20.
Sepeliri in tali loco ad quem ſpectat licentiam dare. fac. 26. controu. 6. num. 1.
Sepultura quid ſit, 9. prælud: 7. numer. 1. & 37. & ſeqq. quare eſt inuenta. 10. prælud. 8. numer: 1. & ibid. prælud. 9. num: 1. trifariam ſumitur. 11. prælud. 10. numer: 1. cuiuis Catholico eſt danda, ſi aliàs non ei interdicta ſit. & ibid. numer: 3. eius electio eſt totaliter libera. 17. numer: 9. recitantur varia eius nomina. 18. numer. 1. & ſeqq. ſepulturæ iura an dentur. 22. controuer: 4. & quo pacto eius ius acquiratur. 24. controuer: 5. & 26. contr: 6. & 28. controuer: 7. ius ſepulturæ ob quæ perditur. 30. controuer: 8. eius alienatio fieri nequit. 31. numer: 9. ad eam eligendam in propria Eccleſia non poteſt quis induci cum iuramento, &c. 32. controuer. 1. quid eſt dicendum non ſequuto effectu. 38. controuer. 2. & 39. conttouer: 3. videatur. & fac. 45. controu: 6. & ſeqq. ſepultura fieri nequit ſine venia Otdinarij. 83. numer. 1. & in Eccleſijs Regularium ad Ptouincialem attinet licentiam date. ibid: numer: 6. pro paruulis eſt ſpecialis ſepultura. 85. numer: 23. quæ perſonæ eam ſibi deligere queant. 171. conttouer. 1. diſp. 5. Quibus perſonis ſit de iure interdicta. 249. conttouer. 4. an ſine ſimonia emi poteſt in digniori loco Eccleſiæ. 281. controuer: 13. pro iute ſepulturæ eſt ne licitum aliquid recipere. 286. numer. 27. eſſe ſepulturam de familia vnde dignoſcitur. 230. num: 24. & 229. & ſeqq. etiam fœminæ in ius ſepulturæ ſuccedunt, & ibid. 130. numer: 26. in dubio an ea priuandus ſit aliquis. 241. controuer: 1. diſp. 1. & 269. numer: 26. electio eius vbi fieri debeat. 223. numer: 10. ſepultura familiæ, & hæreditatia, quo pacto probatur. ibid. numet: 13. eius arma, & inſignia an leuari queunt. 228. num: 7. eius proprietas non poteſt eſſe apud Sæculares, ſed eius tantum vſus. 287. numer. 36. legari nequit. 288. numer: 48. pro ea conſuetum dari valet, ac peti ibid. num: 50.
Seruitotes decedentes ſine ſepultura electa vbi ſepeliendi ſint? fac. 191. controu. 8.
Simonia ex electione ſepulturę cum pacto inducitut. fac. 50. numer: 19.
Synodi antiquitùs fiebant in Cœmeterijs. fac. 17. numer: 2. Synodales leges Eccleſiarum particularium in præiudicium priuilegiorum Regularium condi nequeunt. fac. 7. numer. 1. & ſeqq.
Solemnitates, in quibus Interdicti tempore, in Eccleſia mortui ſepeliri poſſint. fac. 279. controu. 12.
Sorores Tertiariæ Regularium ordinum, an ſibi ſepulturam eligere valeant? fac. 168. controuer: 19.

S 3 2

Spoliantes mortuos, & diſhumantes, in quas pœnas incidunt. fac. 275. num. 17.
Stolæ ratione Archypresbyter Eccleſiæ Cathedralis Viterbienſis Archydiaconum præcedit. fac. 63. numer. 53. parochus eam ferre non poteſt in Regularium Eccleſijs 75. numer. 30. & 31. & 129. num. 13.
Subpriores Regulares an queant ſepulturam eligere. fac. 120. controuer. 8.
Suffragia mortuorum, & exequiæ quo modo fieri debent. fac. 289. controuer. 1. diſp. 2. colioſè agitur.
Suggeſtio an licita ſit pro eligenda ſepultura. faciat. 43. contr. 5.
Suſpenſi furcha decedentes impœnitentes, priuantur ſepultura. fac. 262. nu. 26. an anotomia eius corporis fieri poſſit. 263. numer. 26. & ſeqq. num. 27. ante finem.
Superiores Regulares monialium, earum clauſuram ingredi valent tempore opportuno, & in caſu neceſſitatis. fac. 165. num. 33.

T

Terra, vel in mari morientes vbi ſunt ſepeliendi. fac. 197. num. 10.
Teſtamentum Regulares vtriuſque ſexus, & Sæculares Clerici inducentes facere pro ſepultura eligenda in ſuis Eccleſijs in quas pœnas incurrant. fac. 35. numer. 22. teſtamentum, aut codicillus inualidus, aut ſcriptura manu propria firmata ſat ſit, ad ſepulturam probandam 224. controu. 12. diffusè.
Teſtator ſi legatum faciat ſub conditione an valeat. fac. 31. num. 13. & 14. ad eius mentem ſi quis ſe obliget cum iurmento ad ſepulturam eligendam an teneatur ad eius obſeruantiam. 37. numer. 40. de eius mandato ſepultura conſtructa pro Doctoribus tantum, nequit Ordinarius pro alijs diſponere. 29. numer. 11. videatur 27. numer. 13. & 24. numer. 2. cur ſæpè eius voluntas reijciatur in funere. 232. numer. 13.
Teſtis ſingularis an ſufficiat ad ſepulturam probandam. fac. 222. controuer. 2.
Thus, quod defunctis, & eorum ſepulturis datur eis prodeſt. fac. 296. num. 13.
Sanctus Thomas Aquinas, Angelicus Doctor, Eccleſiæ Foſſenouæ mortuus, & ibi ſepultus eſſe voluit. fac. 117. numer. 12.
Torneamentis, ac in duello morientes, perpetuò ſepultura priuantur. fac. 265. num. 1. & 3.
Tumulus vnde dicatur. fac. 20. numer. 12.
Tutor valeat ne licitè pro filio impubere pupillo ſepulturam de iure eligere. fac. 217. controuer. 7.

V

Vaſes marmorei, vrnæ lapideæ, ac ligneæ, ad ſepulturam deſtinati an vendi queant. fac. 285. numer. 22.
Venereo actu morientes, ſepultura carent. fac. 261. numer. 15.
Viatores vbi ſepeliendi ſint. 191. controu. 8.
Vicarij locorum Regularium an ſepulturam eligere valeant. fac. 120. controuer. 8.
Violatores ſacrorum corporum ſunt ipſo iure excommunicati. fac. 274. num. 14.
Viſitator Apoſtolicus quibus expenſis moriens eſt tumulandus. fac. 205. numer. 6.
Viſitatores Regulares Prouinciarum valent ne ſepulturam eligere. fac. 124. numer. 18.
Votum; ſi cum voto, & iuramento Regulares vtriuſque ſexus, & Clerici Eccleſiaſtici inducentes ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia, in quas pœnas incurrant. fac. 32. contr. 2. num. 2. & fac. 35. numer. 16.
Vſurarij publici, & manifeſti priuantur ſepultura. fac. 264. numer. 34. & ſeqq.
Vulnera ad videnda à Iudice Sæculari corporis ſepulti, ſine Ordinarij licentia non poteſt corpus eius diſhumari. fac. 263. numer. 29. & 30.

Digitized by Google

& 30. mortaliter vulneratus in quouis Sacerdote non excommunicatus denunciatus abſolui. fac. 246. num. 13. & ſeqq.

Vxor poſſit ne marito, & eius Patre contradicentibus ſepulturam eligere. fac. 175. controuer: ſecunda, & ſeqq. à marito proditoriè occiſa vbi eſt ſepelienda. fac. 178. controuerſia quarta.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XV. E. 28.
7114
Digitized by Google

XV
E.2
Digitized by Google